Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

kw
235
D 17

~~[illegible]~~
~~A 155.~~

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

MAGNI

HIPPOCRATIS COI,

Medicorum Principis,

COACÆ PRÆNOTIONES,

Græcè & Latinè.

OPUS DIVINUM.

Cum verſione

D. ANUTII FOESII

Mediomatricis:

Et Notis

JOH. JONSTONI Med. Doct.



AMSTELÆDAMI,

Ex Officinâ Elzevirianâ.

CIƆ IƆC LX.

Koninklijke Bibliotheek te 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

Nobiliſſimis, & Excellentiſſimis Medicinæ Doctoribus, Archiatris & Profeſſoribus,

GUILHELMO D'AVISSONO, Nobili Scoto, Sereniſſimarum Poloniæ & Sueciæ Majeſtatum Archiatro;

CASPARO FAUSSIO, Sereniſſimi Electoris Palatini Archiatro, & in Academia Heydelbergenſi Profeſſori;

JOHANNI CASPARO BAUHINO, Celſiſſimi Marchionis Badenſis Archiatro, & in Academia Baſileenſi Profeſſori;

ADOLPHO VORSTIO, Lugdunenſis Academiæ Profeſſori, & Botanico;

WENCESLAO SCHOLTZIO, Civitatis Ducalis Lubecenſis Proconſuli & Poliatro, &c.

Amicis integerrimis,

Hoc quicquid eſt opellæ, amicitiæ teſſeram, addicit, & in templo Mnemoſynes ſuſpendit,

J. JONSTONUS Doctor.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

PRÆFATIO
AD
LECTOREM.

EN *Tibi*, Benevole & Philiatre Lector, *Coacas Hippocratis* προγνώσεις, *quas à Medicis Cois & aliis obſervatas, maximus hic Medicorum, ſcientiæ iſtius conditor, naturæ peritiſſimus, divinâ vir ſcientiâ, ut veteribus & recentioribus nominatur, in unum quaſi faſciculum collegit. Vt aliorum iſtius generis laborum, ſic & hujus unicum incitamentum & ſcopus, juventutis Medicæ commodum, quod & ad*

ægros ſine dubio redundabit. Video in eam jam conſuetudinem Tyrones noſtros delapſos, ut nullam partem Medicinæ minoris æſtiment quàm iſtam. Omnes ferè ita concinnati ſunt, ut inter Eleuſinia μυςήρια, & nati & educati videantur. Vbi parum & in tranſcurſu, velut Canis è Nilo, de Pathologia, Therapeutica generali, & Noſocomica deguſtaverunt, neſcio quibus turgeſcentes arcanis, prædictionum incurioſi & negligentes, ſatis ſe paratos ad praxin ſeu Medicinam faciendam arbitrantur. Sed & inter veteranos invenias, qui ſe neſcire quid Coacæ Prænotiones ſint, nec ſe vidiſſe unquam, fatentur; quæ verba cum ſtupore ex quodam audivi. At verò prima quæ praxi Medicæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

debetur pars, ſemeiotica eſt. igno-
ti morbi nulla curatio: phyſiolo-
gia & pathologia ad προϋπάρχου-
σαν γνῶσιν magis ſpectant. Potior
in illa quæ de prognoſi & prædi-
ctionibus agit. Ejus namque be-
neficio, & imminentia mala præ-
videntur, & errata, ab ægrotis
ſub ipſa Medici providentia hæ-
rentibus commiſſa, deteguntur,
ſingulari ἀγχινοίᾳ ἐπιγινόμενα
præcaventur, ex iiſq́; ubi ingruê-
re, quid ſpei, quid metus ſit, colli-
gitur; eventus ejuſdem modi &
tempora oſtenduntur, quidq́; filum
curationis expoſcat, obſervatur.
Vnde & Medicus φιλόσοφος ἰσό-
θεος evadit, & ægro optimè con-
ſulitur. Quia verò ſoli veteres
maximè in hac parte, ut alibi oſ-
tendam, laborarunt, non tantum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

non diſtractis ita inter ſe Medicorum, ut nunc, animis; ſed & ſcholis, Coâ, Gnidiâ, Rhodiâ, & aliis, in unum conſpirantibus: quia nihil ferè à recentioribus, qui Anatomicis duntaxat & apparatui remediorum invigilant, acceſſionis; ſoluſque Hippocrates collecta nobis dedit: quia multos reperiri ſcio, qui partim ſententiarum obſcuritate (invenias quandoque multa per ſyndromen congeſta), partim Commentariorum prolixitate terrebantur, quo minus ſe huic ſacrario concrederent: ideò Hippocrates, & ne iſtis deeſſem, ſuccinctioribus notis illuſtrandus erat. Addidero ſtimulum & exempla. Scio tale opus in Excellentiſſimi Lindani & aliorum deſideriis. Præivit & Æſculapius Batavo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

tavorum Heurnius in nonnullis, daturus ita univerſum Hippocratem, ſi ad plures curas vitam produxiſſet. Sed & authores haud paucos, Hebræos, Arabes, Græcos, Latinos, ſacra denique oracula, à veteribus & recentioribus, Græcis & Latinis ſcholiis illuſtratos habemus. Cur non idem in Hippocrate fieret? Cæterum, ut, quid in hoc opere voluerim & velim, noris, ſcito 1: *Textum me ſumſiſſe, prout is ab Anutio Foëſio Mediomatrice, viro linguæ Græcæ & artis Medicæ peritiſſimo, correctus & Latinitate donatus eſt.* 2. *Notas addidiſſe ſuccinctas, ſed quæ, ni fallor, lucem textui ſufficientem fœnerabuntur, Hollerii, Dureti, Iacotii, Foëſii, Proſperi Marciani, Horſtii, opera uſus.*

Ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

Ex hujus notis, pleraque de febribus illuſtrata ſunt. Circa finem ſi quid deſideratur, dabis veniam. Cum affectione hypochondriaca, ſtupore ſiniſtri brachii periodico, & aliis ſymptomatibus colluctatus, properabam, ne, ſi aliquid humani ſuperveniſſet, opus imperfectum relinqueretur. Multa tamen & nunc enodanda ſupereſſe, tutemet ipſe videbis. 3. Textum Latinum numeris adſtrinxiſſe, quia ejus apud Tyrones frequentior uſus, nec tam commodè Græco ſcholia applicari poterant. 4. Indicem adjeciſſe copioſiſſimum, ad quem confugere poteris, quando aliquid in motu morbi ἐπιγίνεσθαι *vel* ἐπιφαίνεσθαι *videbis. In eo concinnando & deſcribendo me olim juvit eruditus & ingenuus juve-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

nis Iohannes Henricus Hector Medic. Candidatus, qui poſt Franequeræ obiit. Et hoc inſtitutum meum eſt. Si itaque à Medicinæ ſtudioſis impetravero, ut & meum in ſe ſtudium boni conſulant, & conſilium ſequantur, ſatis magnum operæ pretium me feciſſe putabo. Ab illis qui per mendacem novitatis jactantiam, & impudentem antiquorum contemptum, admirationem ſui apud imperitos venantur, nihil expecto vel exveto gratiæ. Vmbra cani Æſopico caro; nubes Iuno Ixioni. Heroſtratus gloriâ ad poſteritatem templum Epheſinum incendit. Invenias, qui dum maximè ſtulteſcunt, maximè ſibi ſapere videntur. Vale Lector, & Ideam Medicinæ Practicæ generalis recenſitam, &

ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

ad rationis ac experientiæ vete-rum & recentium ductum con-formatam, in qua etiam quid mo-derni prioribus addiderint, expo-nam, expecta, ſi Deus voluerit. Dabam ex meo Cibeniaco, in Du-catu Lignicenſi, menſe Auguſto, Anno reparatæ ſalutis MDC LIX.

INNO-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΚΩΑΚΑΙ ΠΡΟΓΝΩΣΕΙΣ.

HIPPOCRATIS COACÆ PRÆNOTIONES.

Titulus I.

De Febribus.

I. Οἱ ἐκ ῥίγεος περιψυχόμενοι, κεφαλαλγέες, τράχηλον ὀδυνώδεες, ἄφωνοι, ἐφιδροῦντες, ἐπανενέγκαντες θνήσκουσιν.

I. *Qui ex [1] rigore perfrictione [2] detinentur, cum [3] capitis ac cervicis dolore, vocis [4] defectione ac [5] tenui ſudore, ii, ubi vires [6] reſumpſerint ac ſeſe velut recollegerint, [7] moriuntur.*

1. Id eſt, concuſſione totius corporis, maximè autem partium poſticarum, quæ adjacent lumbis, metaphreno & cervici ad caput; non critica, quæ acutis; vel periodica, quæ intermittentibus accidit; ſed ſymptomatica, propter ma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

teriam morbificam ad partes ſenſibiles ab excretrice commotam, & ob imbecillitatem naturæ reſtitantem, nec per ſudorem vel aliâ ratione reſolutam.

2. Totius corporis nempe, & quidem non amabili, qualis, exacto paroxyſmo, vel in diſceſſione febris critica: ſed glaciali quaſi, propter innati caloris νέκρωσιν, ſi fixa permanet, nec denuò ægri incaleſcunt; propter ejuſdem in partibus ſolidis ἀσθένειαν, ſi caloris viciſſitudinem habet.

3. Tranſlatâ ad caput biliosâ materiâ, quo affecto vicinæ partes, & medulla cervicis & membranæ eam involventes laborant.

4. Propter efflandi impotentiam, & materiæ vocalis inopiam. Illam vocalium muſculorum exſolutio, ob ſpirituum animalium inopiam, parit: Hanc, aëris inſpiratio parva & rara.

5. Vel circa caput & thoracem, vel in toto corpore, propter materiæ copiam, expreſſo ſudore levi, ſeu reſoluto propter facultatis retentricis imbecillitatem humore alimentario.

6. Id enim eſt hic ἐπαναφέρειν· videturque aliquando natura oppreſſa & victa quaſi reſurgere. Unde Galenus: αἱ διοικοῦσαι τὸ σῶμα δυνάμεις, ἀνάγκης τινὸς καταλαβούσης, σφοδρότερον καταπλοῦσι. Nonnulli de ſubſultante ac ſingultuoſo ſpiritu, & faucibus eliſo, accipiunt; quod ἀναφέρειν, ὑπολίζειν ἀναπνέοντα, de revocato bis foras ſpiritu, aut ſingultiente, exponat Galenus in Exegeſi vocum Hippocraticarum.

7. Quod τὰ ὀλέθρια ἀσήμως ῥαστωνήσαντα, θάνατον σημαίνει, *pernicioſa, quarum ſine ſignis levatio eſt, mortem ſubeſſe oſtendunt*; vel quod materia ad partes nobiles transferatur; vel quod partium ſolidarum facultas, emortuo penè calore vitali, concidat.

II. *Αἱ μετὰ καταψύξιος δυσφορίαι κάκισται.*

II. *Corporis* [1] *jactationes & incontinentiæ cum* [2] *perfrictione*, [3] *peſſimæ.*

1. Moleſtiæ incredibiles & anxietudines, quæ cernuntur in jacendi habitu inquieto, cum ægra difficilique admodum tolerantia ſymptomatum, quæ à febribus acutis, vel viſcerum phlegmone inferuntur. Sub δυσφορίᾳ, tanquam ſuo genere, continentur, ἄση, ἀλυσμὸς, ἀπορία, ῥιπτασμὸς, ἀδημονία, βληστρισμὸς, μετεωρισμός.

2. Quandóque partes extimæ vivifici caloris affluxu defraudantur, vel quod calor cum ſanguine ab extimis partibus ad interiora, tanquam à cucurbitula, in maximis inflammationibus retrahatur, vel quod inſitus calor in circumferentia corporis reſolvatur, quemadmodum in morientibus fieri ſolet.

3. Quatenus naturæ robur maximè ſuppreſſum indicant, ita ut principales ac nobiliores partes imbecilliores ſint, quo minus ab iis tanquam à centro ad circumferentiam cauſa peccans expellatur. Κάκιστα in morbis ea vocantur, in quibus τὰ μὲν ὑπάρχοντα, κακά· & ἀσυμβεβηκότα, καλά· id eſt, Omnia quæ adſunt, mala; & quæ ab iis abſunt, bona.

III. *Κατάψυξις μετὰ σκληρυσμοῦ, ὀλέθριον.*

III. *Ubi totum* [1] *corpus ita perfrixit, ut* [2] *obrigeat*, [3] *perniciem affert.*

1. Id eſt, ubi refrigeratio aſſiduè corpus febre acuta laborantis apprehendit.

2. Cute ſucco venarum alibili primum defraudata; mox humido primigenio abſumto, ſic-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

citate obrigeſcente, ut durior & aſpera fiat. Talem Hippocrates appellat δέρμα σκληρὸν, περιτεταμένον, καὶ καρφαλέον.

3. Quia νέκρωσιν calidi innati, viriúmque principalium diſſolutionem indicat.

IV. Ἐκ καταψύξιος φόβος καὶ ἀθυμίη ἄλογος, ἐς σπασμὸν ἀποτελευτᾷ.

IV. Ex [1] perfrictione metus [2] ac animi abjectio præter occaſionem, in [3] convulſionem tendit.

1. Partium nempe externarum æquali & perdurante, propter contractionem ſpirituum impurorum melancholicorum ad ſuum principium. Marcianus, de refrigeratione totius corporis, aut ſaltem partium poſteriorum, accipit: quod ſymptoma non modo in ſuo genere malum eſt, ſed etiam nervoſo generi, cui frigidum inimicum, infeſtum.

2. Minimè ſcilicet ab externa cauſa procedens, ſed potius ab infectione ſanguinis & ſpirituum producta, quatenus materia melancholica collecta ſurſum ad caput, exitu alio deſtituta, transfertur.

3. Quatenus convulſio Melancholiæ ſoboles eſt, juxta Aph. Hipp. quod Melancholici facilè fiant Epileptici, tranſlata videlicet atrabilari materia ex ſubſtantia cerebri ad nervoſas ac ſentientes partes, niſi forte per egregiam evacuationem hæmorrhoïdum, menſtruorum, vel alia ratione, convulſionis materia ſuum exitum nanciſcatur. Vid. hiſt. 11, ſect. 3, lib. 3 Epidem. Potiùs autem convulſio, quàm paralyſis; quod in febre acuta, adeò humor acris redditur, ut neceſſario nervoſas particulas irritet, quarum virtus, ut noxium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

noxium à ſe expellat, motum convulſionis facit. Ἀμφίδοξον tamen hoc eſſe, nec neceſſarium, ex Euryanactis filiæ hiſtoria patet, lib. 3 Epidem., in qua nulla convulſio nominatur. Nec in magna totius corporis, cervicis & dorſi perfrictione, ἀψυχίη καὶ ὀμμάτων ἀμαύρωσις convulſionem ſatis ſuſpectant, Prorrhet. 113. ſed velut ex conſecutione atteſtantur, ut illic ſcribit Galenus.

V. Αἱ ἐκ καταψύξιος οὔρων ἀπολήψιες, κάκιστον.

V. [1] *Urinarum ex* [2] *perfrictione interceptiones* [3] *peſſimæ.*

1. Labefactata videlicet expultrice veſicæ, ſeu ſtupefacto quoque ſenſu illius rei moleſtæ præſentiam non animadvertentis.

2. Propter inſiti caloris reſolutionem in malignis & acutis accidentem in toto corpore, potiſſimum vero in veſica, parte ſanguinis & carnis præ reliquis experte. Galenus κατάψυξιν, τῆς κύστεως κατάψυξιν exponit.

3. Quod intemperies frigida per calorem diſſolventem in reliquo corpore, maximè vero in veſica partium omnium frigidiſſima, genita, ſalutis ſpem omnem adimat. Vide Prorrhet. 51.

VI. Μετὰ ῥίγους ἄγνοια, κακόν. κακὸν δὲ καὶ λήθη.

VI. *In* [1] *rigore familiares* [2] *non agnoſcere, malum. malum quoque, eorum quæ geſta ſunt* [3], *oblivіſci.*

1. Quando ſcilicet calor nativus ſuccumbit, & à ſymptomatica perfrigeratione vincitur.

2. Seu interceptio cognitionis, ubi rei præſentis ſpecies ab intellectu non dignoſcitur.

3. Quando præteritarum rerum non recordatur æger.

4. Inprimis ſi utraque ſit diuturna & fixa. Fit enim hoc ipſum, quatenus cerebrum præter naturam refrigeratur, dum influxu ſpirituum deſtituitur, ita ut cor loco ſpirituum defæcatorum craſſos ac multos vapores, ſubordinatas intellectioni functiones impedientes, nanciſcatur. Sententiam vide Prorrhet. 64.

VII. Τὰ κωματώδεα ῥίγεα ὑπολέθρια· καὶ τὸ φλογῶδες ἐν προσώπῳ μεθ' ἱδρῶτος ἐν τούτοισι κακόηθες. ἐπὶ τουτέοισι ψύξις τῶν ὄπισθεν, σπασμὸν ἐπικαλέεται. καὶ ὅλως δὲ ψύξις τῶν ὄπισθεν σπασμῶδες.

VII. [1] *Rigores cum* [2] *ſopore nonnihil* [3] *periculi denuntiant: & facies* [4] *incenſa cum ſudore* [5] *malignitatem in his ſignificat. Inſuper poſteriorum partium frigus,* [6] *convulſionem provocat. Ac omnino poſteriorum partium refrigeratio, convulſionem minatur.*

1. Symptomatici nempè, quos bilis in motu excitat.

2. Quem & à vaporibus & humoribus calidis & ſiccis ad caput elevatis excitari, teſtis eſt, Prorrhet. 1. in quo ſoporem à principio comparentem, phrenitidis prænuntium eſſe, ſcribit Hippocrates. Duretus id de Cauſorum rigoribus accipit, & καυματώδεα, non κωματώδεα, ex Prorrhet. 33, legi debere contendit: Sed nos, cum Marciano, retinendam potius vulgarem lectionem, & ex Coaca Prorrheticum corrigendum cenſemus, cum magis

magis conſonum ſit rationi, rigores cum ſopore malos eſſe, quàm in febre ardente, cujus ſolutio à rigore ſæpe dependet, ut 4 Aphor. 58 traditur.

3. Quod ſopor vapores elevatos cerebrum petere, quos humor ipſe facilè conſequatur, innuat. *Nonnihil* inquit. Præceſſerunt enim hæc eadem, *etſi rarò*, optimas Criſes, ut obſervaverat in ægroto juxta Medoſadæ ædes decumbente, lib. 4 Epidem. qui, morbo ad judicationem tendente, ſoporoſus factus; cum rigore aliiſque ſymptomatibus optimè judicatus eſt.

4. A bile ſurſum motâ.

5. Nam caput pars nobilis materiæ totius affluxum abſque noxa ſuſtinere nequit: quam ob cauſam delirii, convulſionis, aliarúmque affectionum metus adſertur. Sudatiuncula ἐφίδρωσις verò critica non eſt, quod nullum paucum criticum: imò ſupervenire ſudatiuncula ſolet, quando natura ab humorum copia ita obruitur, ut omne dominium ſuper eos amiſerit. At nulla evacuatio, quantumvis critica, poteſt eſſe ſalutaris, ubi vires effœtæ languent.

6. Quod frigus nervoſis particulis inimicum ſit, earundémque expultricem irritet, ut in 4 dictum. ἡ ψύξις ἀπωσμοῦ ποιητική, ut ſcribit Galenus.

VIII. Αἱ ἐκ νώτου φρίκαι πυκναὶ, καὶ ὀξέως μεταπίπτουσαι, δύσφοροι. οὔρου γὰρ ἀπόληψιν καὶ ἐπώδυνον σημαίνουσι. τὸ ἐφιδροῦν τούτοισι κάκιστον.

VIII. *Crebri ex dorſo* [1] *horrores, ſubinde locum* [2] *commutantes, graves* [3] *ſunt & difficiles. Laborioſam* [4] *quippe* [5] *urinæ ſup-*

preſſionem minantur. His tenuiter [6] *exudare peſſimum.*

1. Symptomaticè excitati videlicet in ipſa affecta parte (hinc dicit ἐκ νώτε, non ἐν νώτῳ· dorſum autem aptius eſt ad eos excipiendos, quod poſteriora ſint nervoſiora & frigidiora anterioribus. Pars verò intemperata ſimilem intemperiem facilius excipit & percipit), propter inflammationem ſpinalis medullæ & membranarum ejus, juxta Galenum, Comm. ad Prorrh. 45, p. 2, lib. 2. Periodici ab exterioribus potiùs partibus cubitorum & femorum ortum habent. Hippocr. 6 Epidem.

2. Quod dum horroris materia, frigida illa & craſſa, ab inflammatione attenuatur, calor & cum eo humores ipſi, modo ad interiora convertantur, modò expandantur foras: quod ſi ὀξέως μεταπίπτειν, de celeri horroris & caloris permutatione accipias, cauſa erit, quod vi caloris contrà naturam exardeant; imbecillitate verò paupertatéque caloris innati per vices refrigerentur.

3. Tum propter cauſam additam, tum propter ipſius inflammationis anxietatem.

4. Ex Coaca ſectionis hujus quinta. Scilicet, inflammatione aucta, nervi ii, qui à ſpinali medulla ad ſenſum partibus urinæ excretioni dicatis inſerviunt, comprimuntur.

5. Quod ab inflammatione earum partium oriatur.

6. Eſt enim nota ſuppurationis, aut doloris qui premit, aut extinctionis caloris nativi, quatenus talis ſudor infirmitatis & reſolutionis partium ſolidarum cauſa & ſignum eſſe poteſt.

IX. Ῥῖγος

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

IX. Ῥῖγος ἐν συνεχείᾳ τοῦ σώματος ἀσθενέος ἤδη ἐόντος, θανάσιμον.

IX. *Continenter & aſſidue vexans* [1] *rigor imbecillo* [2] *jam corpore, lethalis* [3] *eſt.*

1. Ut συνεχεία hic dicatur, pro ἐν συνεχεῖ, id eſt, πυρετῷ μὴ διαλείποντι, febre non intermittente, ut aphor. 46, l. 4, habetur.

2. Ita ut nec ipſius rigoris fruſtra oborti concuſſionem ferre poſſit, neque ad vacuationem liberalem ſufficere.

3. Tum ratione ipſius rigoris, qui hic eſt inter τὰ κρίσιμα κρίνοντα· tum ratione ipſarum virium proſtratarum, quæ ſe morbo jungunt. Præſtat naturam feriari, quàm aliquid fruſtrà moliri. Quicquid movetur, & non excluditur, dolorem adfert.

X. Οἱ πυκνὰ ἐφιδροῦντες καὶ ἐπιρριγέοντες, ὀλέθριον. καὶ ἐπὶ τῇσι τελευτῇσιν ἀναφαίνονται ἐμπύημα ἔχοντες καὶ κοιλίας ταραχώδεας.

X. *Qui crebro tenuiter* [1] *exudant ac ſubinde* [2] *rigent, ii pernicioſe* [3] *habent, & tandem ſub mortem* [4] *ſuppurati & alvum* [5] *conturbatam habere deprehenduntur.*

1. Oppreſſa ſcilicet natura per materiæ copiam, cujus reſpectu ſæpius quidem inani conatu ſudorem incipit, ſed ſuccumbens ac magis debilitata, minimè perficit. Ἱδρωτὰς πόλλους in Prognoſtico; ὕδατα πόλλα in Epidemiis ſcripſit.

2. Ita ut ſudatio & rigor crebrò mutuò ſe excipiant, idque ob imbecillitatem, ſudatione interrupta propter oppreſſam naturam à morbificæ cauſæ copia, viriumque imbecillitate.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

3. Quod cum cauſa rigoris ex cacochymia, per ſudatiunculas abſumatur, talis rigor nec criticus nec periodicus eſſe poſſit: morbique vehementia, facultatis infirmitas, ob quam ſuccus alibilis diſſipatur, accedat.

4. Quando ſcilicet puris fit ſeceſſio & eruptio, quod antea continebatur adhuc in parte phlegmone obſeſſa, potiſſimum in thorace & pulmonibus. Empyemata interiorum partium, primùm rigore & nova febre oborta denuntiantur.

5. Vel potius diffluentem. Id enim ſæpe per ταραχώδεας κοιλίας efferre ſolet Hippocrates: & quidem propter incipientem caloris extinctionem, facultatis retentricis reſolutionem, totius colliquationem, quam excretionem ſymptomaticam reſudans ſanies mordicatione ſua magis extimulat. Vide lib. 5, Aph. 12.

XI. Τὰ ἐκ νώτου ῥίγεα δυσφορώτερα, ὃς δ' ἂν ἑπτακαιδεκαταίῃ ῥιγώσας, τετάρτῃ καὶ εἰκοστῇ ἐπιῤῥιγῶσι, δύσκολον.

XI. *Qui rigores* [1] *ex dorſo proficiſcuntur graviores* [2] *ſunt & moleſtiores. Ubi vero quis decimo* [3] *ſeptimo die rigore correptus, quarto ac vigeſimo* [4] *die inſuper riguerit, difficulter* [5] *habet.*

1. Non qui à dorſo incipiunt, ſed qui partes ad dorſum ſpectantes affligunt.

2. Tum quod ſpinalis medulla, ſua natura frigida, citius præter naturam afficiatur, & vehementiorem impreſſionem patiatur, propterea quod validior ſit offenſio frigoris in partibus frigidis, quàm calidis; tum quod cauſa gravis ſit & vehemens, inflammatio videlicet ſpinalis medullæ

&

& membranarum ejus; tùm quod ratione loci caput, membrum principale, per communicationem maxime lædatur.

3. Nimirum Critico die convenienti.

4. Qui Criticus non eſt.

5. Id eſt, in periculo eſt. Quia talis commotio non fit die Critico, quam ob cauſam ex hypotheſibus Hippocratis laborem ſignificat & morbi longitudinem & recidivam pro diverſitate affectuum. Adeſt enim mutatio ordinis naturæ, ut exacerbatio moveatur die pari, quod tamen impari fieri debebat, propterea quod calor nativus excitatus per copiam & malignitatem peccantis materiæ pugnam citius repetat, non ſine periculo in acutis; vel quod potius à putredinis diffuſione, quam vera Critica motione, tale quid 24 accidit. Marciano rigor hic ideò graviſſimus, tum quia hi ſunt dies contemplabiles, in quibus tantum malitiæ ſignis malis additur, quantum bonitatis & firmitatis ſalutaribus, tum etiam quia à principio morbi longè abſunt. Nam quo ſeriùs in acuto morbo gravia Symptomata ſuperveniunt, eò periculoſiora exiſtunt. Motus enim tarditatem id ſignificat, & motus longitudinem. Foëſius, quia de rigore Critico intelligit, ideò per τὸ δύσκολον, morbum non ita periculoſum & lethalem difficillimè ſolvi aut judicari credit. Alias τὸ δύσκολον, ἀκίνδυνον καὶ ὀυκ ὀλέθριον ſignificat. Galen. Comm. 3 in Prorrhet. de exiguis malis efferri ſcribit.

XII. Οἱ φρικώδεες κεφαλαλγικοὶ ἐφιδροῦντες, κακοήθεες.

XII. *Qui ſubinde* [1] *inhorreſcunt, ex capite* [2] *laborantes, tenuiter exudantes, ii maligne* [3] *habent.*

 1. Semi-

1. Semitertiana videlicet affecti, quibus αἱ φρῖκαι ἀτάκτως καὶ πεπλανημένως accidunt. Φρικώδεες, inquit Foëſius, dicuntur, qui ſubinde & magna morbi parte inhorreſcunt.

2. Per periodicam horripilationem.

3. Tum ob cerebri oppreſſionem & facultatis animalis infirmitatem, tum ob materiæ crudæ exagitatæ copiam.

XIII. Οἱ φρικώδεες ἐφιδρῶντες, πολλῷ δύσκριτοι.

XIII. *Qui ſubinde inhorreſcunt,* [1] *ſæpe tenui ſudore corripiuntur, difficili* [2] *morbo laborant.*

1. In febribus nempè acutis & horridis, juxtà ſecundum Prorrhet. Aphor. 23.

2. Quia inhorreſcentia & ἐφίδρωσις ſignificat, tam humorum multitudinem, quibus natura, ut par eſt, non dominatur: quam craſſitiem & frigus, propter quæ tuto & fideliter febris per ſudores non judicatur: ſed morbus aut longus evadit, aut mortem infert.

XIV. Τὰ πολλὰ νωθρώδεα ῥίγεα, κακοήθεα.

XIV. *Rigores multi* [1] *cum torpore, malignum* [2] *quiddam denuntiant.*

1. Quando ſcilicet crebrò cientur veternoſi rigores, ut pigrities adſit, adſtantes & familiares interdum non agnoſcantur, & inexpugnabilis inclinatio ad ſomnum ſuccedat.

2. Quia ſegnities illa fit vel ab oppreſſione cerebri per glutinoſum, crudum atque frigidum humorem copioſè collectum, qui rigore ſymptomatico movetur quidem, ſed minimè expellitur;

litur; vel ab extinctione facultatis animalis, ubi mors eſt in propinquo. Vide Gal. ad 13 Prorrhet. Foëſius in ſummam humorum inæqualitatem cauſam conjicit, quæ difficillimos morbos parit.

XV. Οἷσιν ἑκταίοισι ῥίγεα γίνεται, δύσκριτον.

XV. *Rigores* [1] *qui in ſextum diem incidunt, difficile* [2] *judicium adferunt.*

1. Tales qui Critici dicuntur, quando vi naturæ morbum aggredientis bilioſa & mordax materia è vaſis ad partes exquiſitè ſentientes expellitur.

2. Quia ſextus dies in febribus continuis & malignis eſt malus Criticus, in quo natura non per ſe, ſed vel copia vel malignitate quadam extimulata cum morbo pugnam init. Hinc periclitantur ægri, cum ſexta inhorreſcunt in continuis, ut patet ex obſervatione Hippocratis. Sed & rigor die ſexta apparens, morbum per pares dies moveri indicat. Nam quæ paribus moventur, paribus judicantur. Δύσκριτον vocat Galenus, καὶ τὴν ὅπη τέρον κρίσιν ὡσεὶ καὶ κακόκριτον ἐλέλεκτο, ἢ οὐ βεβαίαν, quod difficilem ſolutionem facit, ac recidivas affert, aut in longum tempus morbum protrahit, aut cum gravibus ſymptomatibus judicium molitur.

XVI. Ὁκόσοισι φρίκαι πυκναὶ ὑγιαίνουσιν, οὗτοι ἐξ αἵματος ῥύσιος ἐκπυΐσκονται.

XVI. *Qui per* [1] *ſanitatem crebro* [2] *inhorreſcunt, ii ex* [3] *ſanguinis fluxu purulenti* [4] *evadunt.*

1. Id eſt, qui abſque febre, aut alia evidenti ægritudine, ſunt. Alii de convaleſcentibus & ut-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

cunque morbo defunctis ſumunt. ut *ὑγιαίνοντες* quidem tales dicantur *οἱ εὖ τὰ σώματα ἔχοντες.* Aphor. II. 36.

2. Præter manifeſtam vel externam cauſam, ob motum humoris in ſanguine agitati.

3. Quem ipſius tenuitas & ſeroſitas cauſatur; quam motus humoris in ſanguine agitati magis ac magis auget. Duretus vertit pro hæmorrhagia, ut illi tangantur, qui abſceſſus periculo ſine ſanguinis profuſione defuncti, pro ea empyema experiuntur. Nec tamen is neceſſariò fit.

4. Quod facilè vena aliqua rupta, aperta aut rarefacta, ſanguis in thoracis, qui per ſe nudus, excarnis & interno fulcimento carens, magis quam aliæ partes in rigore patitur, & fluxum humorum lubentius ſuſcipit, cavitatem diffluat, & partim exſpuatur, partim putreſcens in pus abeat. Agglutinationem impedit, tùm ſuccedens inflammatio; tum ipſiuſmet ſanguinis ſeroſitas.

XVII. Τὸ *φελκῶδες καὶ τὸ δύσπνουν ἐν τοῖσι πόνοισι, σημεῖα φθινώδεα.*

XVII. *Ubi* [1] *horror in* [2] *malis ſubinde incidit cum* [3] *difficultate ſpirandi, tabes* [4] *denuntiatur.*

1. Totius corporis, inordinatus ſcil. ac ſubindè incidens, ab humore vel ad ſuppurationem parato, vel in pus jam tranſeunte.

2. Alii, *in doloribus*, ubi nempe febris aſſidua noctúque magis increſcens.

3. Ob materiæ pondus & copiam, quæ vias ſpiritales intercipit, quod *ταχέως* & *εὐπετέως* non exſpuatur.

4. Illa nimirum, quæ fit ex ulcere. Duretus non primitivam, ſed ſupervenientem, intelligi debere putat.

XVIII. Ἐξ ἐμπυήσιος πλεύμονος, καὶ κατὰ κοιλίην ἐνίοτε ἀλγήματα καὶ κληῗδα, καὶ τὸ ὑποῤῥέγχειν ἀσώδεα, σημαίνει πτύελου πλῆθος ἐν τῷ πλεύμονι.

XVIII. *Ex pulmonis* [1] *ſuppuratione, interdum circa* [2] *ventrem dolores ac* [3] *claviculam, & cum incontinenti* [4] *corporis jactatione aliquantulum* [5] *ſtertere, ſputi* [6] *copiam in pulmone indicant.*

1. Quæ vel abſceſſum ſuppuratum, vel peripneumoniam ſequitur. Foëſius pro thoracis totius ſuppuratione ſumit, cum materia in pulmones tranſumitur.

2. Inferiorem nempè, qui ſuppuratis, impetus diuturnitate & humoris acrimonia, & quod materiæ pars tenuior in eundem aliquando reſudet, turbari & dolore affici ſolet.

3. Quod copia puris pulmo gravior factus, mediaſtini membranas claviculis ſuperiùs annexas deorſum trahat.

4. Quæ vel ab oppreſſione, vel ab æſtu & materiæ agitatione, primis venis circa ventrem comprehenſa, contingit.

5. Ob gutturis & bronchiorum pulmonis vehementem repletionem, ita, ut agitata materia ſeu à fervore, ſeu à ſpiritu, anguſtia viarum prohibeat, quo minus aër liberum ingreſſum habeat.

6. Generali nempe ſignificatione, qua purulenta materia quoque ſic dicitur.

XIX. Οἱ φρενκώδεες, ἀσώδεες, κοπιώδεες, ὀσφυαλγέες, κοιλίας καθυγραίνονται.

XIX. *Qui*

XIX. *Qui ſubinde* [1] *inhorreſcunt, ac incontinenti corporis* [2] *jactatione cum laſſitudinis* [3] *ſenſu & lumborum* [4] *dolore conflictantur, iis alvi* [5] *effunduntur.*

1. In febribus nempè acutis, ob commotam materiam (magna permixtionis humorum inæqualitas hic fieri ſolet), & quæ, natura propter debilitatem ad motus Criticos minimè ſufficiente, excerni non poteſt.

2. Quod materia regurgitet à circumferentia ad centrum.

3. Id eſt, pigritiei cujuſdam tenſivæ, ob tenuia excrementa in muſculorum habitum diſperſa.

4. Ab ingenti materiæ, in inſignibus vaſis eas partes perreptantibus commotæ, fervore. Interdum, inquit Foëſius, naturæ robore materia in ambitum corporis deturbatur, & venis excluſa, in lumbos & articulos firmatur. Dolent autem interiores lumbi per meſocola, quæ veniunt à nervis, qui ex ſpina oriuntur.

5. Promiſcuè confertimque multa excernunt, motu humoris, naturæ impulſu, & partium obſeſſarum conditione, ita ferentibus.

XX. Τὰ ἐπιῤῥιγέοντα ἐς νύκτα μᾶλλόν τι παροξυνόμενα, ἄγρυπνα, φλεγματώδεα, ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν ἐστιν, ὅτε οὖρον ὑφ' ἑωυτοὺς χαλῶντα, φλεβοδονώδεα ἐς σπασμὸν ἀποτελευτᾷ.

XX. *Qui ſubinde* [1] *rigore prehenduntur, & ſub* [2] *noctem aliquando gravius habent,* [3] *pervigiles, in ſomnis* [4] *nugantes*

ac delirantes, interdum ſeſe lotio [5] *perfundentes, ii in convulſionem* [6] *tendunt.*

1. Fruſtra nempè, in febribus à bile & pituita mixtis, oborto.

2. Propter pituitoſam materiam tum temporis moveri ſolitam.

3. Ob magnum ex vehementi humorum putredine incendium & æſtum; nec non calidas evaporationes caput occupantes.

4. Ob bilis ad caput appulſum. Φλεδονώδεα Foëſius, cujus verſionem ſequimur, legit, &, cum φλεδόνες ſint φλυαρίαι, de nugis & deliramentis accipit. Alii legunt φλεβοδονώδεα, quod Galeno ſignificat φλέβας δονȣμένας, venas & arterias tenſas & vibratas, in temporibus ſcilicet, & jugulo, à maxima in iiſdem perturbatione, qualis fieri ſolet in febribus, quæ pituitam ſalſam cum bile permixtam & putreſcentem fovent. Unde in iiſdem urinæ conturbatæ, & ſubjugalium, aut longo tempore depoſitis ac returbatis, ſimiles. Alii denique φλεγματώδεα, vel de febre pituitoſa ex humore frigido & albo orta, intelligunt, qui incenſus diu evaporationes febriles emittere poteſt: vel de febre acuta, quam pituita putreſcens, bili permixta excitavit, unde ingens efferveſcentia & ſanguinis fervor, ita ut φλέγμα φλόγωσιν ſignificet, ſeu ἐπὶ τῆς παρὰ φύσιν θερμασίας τῆς φλογώδȣς dicatur.

5. Ἀπροαιρέτως, vel quod judicium ſit depravatum, vel quod ſphincter muſculus ſit reſolutus.

6. Rapta acriori parte ſeroſorum & ſalſorum humorum ad cerebrum.

XXI. Τὰ ξυνεχέα ῥίγεα ἐν ὀξέσι, πονηρόν.

XXI. *Con-*

XXI. *Continentes in præcipitibus malis rigores*, [1] *malo* [2] *ſunt.*

1. Qui ſubinde & frequenter invadunt, ita ut per ξυνεχέα intelligi debeant συχνὰ καὶ διὰ τέλεος.

2. Quod ſint κρίσιμα μὴ κρίνοντα, ſive enim excretio ſequatur, ſive non, indicant naturam, quæ movere abſque fructu conatur, ipſa verò in molimine ipſo fatiſcit.

XXII. Αἱ ἐκ ῥίγεος μετὰ κεφαλαλγίης ἐκλύσιες, ὀλέθριον. τὰ αἱματώδεα οὖρα ἐν τούτοισι πονηρόν.

XXII. *Virium* [1] *exolutiones ex* [2] *rigore cum capitis* [3] *dolore, perniciem* [4] *denuntiant. Cruentæ in his* [5] *urinæ malo* [6] *ſunt.*

1. Sive ἔκλυσις ſignificet virium imbecillitatem, ἀσθένειαν καὶ ἀῤῥωστίαν, quæ, ſi ſumma eſt, παρεξαδυναμία dicitur; ſive animi deliquium & præcipitem virium caſum; ſive corporis ad motum impotentiam quandam.

2. In acuta nempe febri.

3. Per tranſlationem materiæ peccantis exorto.

4. Quod ejuſmodi virium imbecillitas nec ad morbum vincendum, nec ad ſymptomatum vehementiam ſuſtinendam, ſufficiens ſit. Omnes quippe morbi, qui aliis ſeu per ἐπιγένεσιν, ſeu per μετάστασιν, ſuperveniunt, prioribus ſunt pejores.

5. Id eſt, οὖρα ἐξέρυθρα, prærubræ, quaſi cruoris aliquam partem admixtam habeant, quales à nephriticis ſæpe excernuntur. In his quia feroſitas non ſufficienter per coctionem ſegregatur, ideò

ideò non puræ, ſed ſanguineo colore infectæ minguntur. Vide ſect. 4, Aphor. 75.

6. Quod naturalis facultatis venarum ſummam imbecillitatem indicent.

XXIII. Ῥῖγος ὀπισθοτονῶδες κτείνει.

XXIII. *Rigor* 1 *cum poſteriorum partium diſtentione* 2 *mortem adfert.*

1. Ὀπισθοτονώδης, in quo nervoſa corpora à materia morbifica, propter difflationem denegatam, replentur.

2. Non tantum propter reſpirationis interceptionem, uſum ejus augendo (in rigentibus frequentior eſt reſpiratio), & motum inſtrumentorum prohibendo: ſed etiam, propter humorum, per rigorem agitatorum, ad partes priùs affectas confluxum: intellige autem hoc de rigore in acutis. A frigidis ſuccis in opiſthotono ortus, diſcuſſa per ipſum materia peccante, ſalutaris eſſe poteſt.

XXIV. Τὰ φρικώσαντα καὶ ἀνιδρώσαντα κρισίμως, ἐς δὲ τὴν αὔριον φρίξαντα παραλόγως, μὴ ἀγρυπνοῦντα, μήτε πεπαινόμενον, αἱμοῤῥαγήσειν οἴομαι.

XXIV. *Quibus ubi* 1 *inhorruerint, judicatorii ſimul* 2 *ſudores contingunt, poſtridie* 3 *vero, ſi horror repetierit, & temere* 4 *pervigilent,* 5 *abſque concoctione, iis forte ſanguinem* 6 *erupturum ſperare oportet.*

1. Ob materiæ diverſæ peccantis, ſeu humoris pituitoſi multo ſero diluti, ſanguiniſque motum.

2. Et quidem ſtatim, non longè poſt, & in fine

ſine acceſſionis, quemadmodum in ſudoribus Criticis obſervatur. *Judicatorii* dixit, ut indicaret, tenuiorem quidem partem per ſudorem excluſam, morbum tamen perfectè judicatum non eſſe. Foëſius addit ἅμα, ſimul.

3. Natura ad alteram evacuationem, priore ob diverſitatem materiæ in totum non remota, inſurgente, & quidem non longe à prima, quod materia expurganda concoctionem præcedentem non expoſcat, & urinas tenues exhibeat. Videtur igitur hic addi debere παραλόγως, præter rationem, ut innuatur, horrorem hunc ſine ſignis Criticam motionem determinantibus accidere.

4. Vel potiùs, ut vulgata lectio, μὴ ἀγρυπνεῦντα, non pervigilent, ut vel exinde colligas, Criticum fuiſſe illum, qui poſt inhorreſcentiam, ſudorem; cum eum ſomnus excipiat. Foëſ. addit, Prorrh. 149, παραλόγως. Alii excludunt particulam negativam, & vigilare volunt, ſanguine bilioſo commoto, vaporibuſque ſuis cerebri quietem & functiones animales impediendo.

5. Quam abeſſe urinarum tenuitas oſtendit. Alii μὴ excludunt, quod Criſis omnis coctionem & præparationem materiæ ſubſequatur.

6. Tanquam alteram evacuationem Criticam, reſiduum peccantis materiæ expellentem. Solet hæc ſæpe, morbi initio, vel augmento, nullis coctionis ſignis comparentibus, à morbis ægros liberare. Vides igitur, aliquando unicam evacuationem, etiamſi Criticam, ad morbi λύσιν non facere, inprimis vero quando materia diverſa in vitio eſt, vel febres ſeu morbi diverſæ ſunt mineræ.

XXV. Τὰ μετὰ ῥίγεος ἐπισχόμενα οὖρα, πονηρὰ καὶ σπασμώδεα, ἄλλως τε καὶ προκαρωθέντι.

ρωθέντι. ἐλπὶς δὲ ἐπὶ τούτοισι, καὶ τὰ παρὰ τὰ ὦτα.

XXV. *Urinæ* [1] *quæ cum rigore reſtitarunt, malum* [2] *& convulſionem prænuntiant, tum vero præcipue, ſi antea alto* [3] *ſopore æger detentus fuerit. In his autem* [4] *abſceſſus ad aures ſperare* [5] *oportet.*

1. Propter inflammationem partium urinæ excretioni dicatarum, quæ in ipſis vias anguſtando urinam ſupprimit; in adjacentibus vero, mediante eorum vaſorum, aut nervorum dictis partibus inſervientium, compreſſione. *Cum rigore* dixit, quod is, decumbente ad partem aliquam internam, in qua inflammatio excitetur, humore bilioſo, præcedat.

2. Et quidem totius corporis. Nam nullum ſymptoma eſt convenientius inflammationi dictarum partium, quam ipſa convulſio, ſive propter nervoſarum partium conſortium, ſive ob vicinitatem ſpinalis medullæ, maximè ſi ipſa primariò aut nervi afficiantur. Quin & rigor ipſe eſt ὀπισθοτονώδης, materia ad nervos mota, exitum non habente. Tum frigus rigoris comes difflationem prohibendo, eſt convulſitivum.

3. Quod iſte caput inſuper læſum, quodque facilè prædictis partibus compatiatur, oſtendat.

4. Parotides, materia parotidum, quæ media eſt inter acutum, urentem & valdè frigidum & craſſum, ad glandulas depoſita.

5. Si natura eandem materiam ad partes inferiores non depulerit. Salutares tamen vix iſtæ. Non fiunt enim ἀξίως τῆς περιβολῆς τῆς νόσου, id eſt, comprehendendo morbo pares: ſed contra

σημι-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

σμικροτέρου τῶν παθῶν εἰσὶ, καὶ οὐ κάτω. minoris ſunt morbi, nec deorſum fiunt.

XXVI. Τριταιοφυέα ῥίγεα, ἢν ἐν μέσῳ παροξυνόμενα πυρετῷ ἀτάκτῳ, πάνυ κακοήθεα. τἀναντία δὲ παροξυνόμενα τῶν σπασμῶν, τῶν μετὰ ῥίγους καὶ πυρετοῦ, ὀλέθριον.

XXVI. *Rigores* [1], *velut in iis febribus quæ propius ad* [2] *tertianarum naturam accedunt, ſi in medio* [3] *ingraveſcunt, febre nullum* [4] *ordinem ſervante, maligni* [5] *valde ſunt. Quæ vero contra* [6] *ingraveſcunt, in convulſione* [7] *vexatis cum rigore* [8] *& febre perniciem* [9] *denuntiant.*

1. In acutis nempe febribus.

2. Tritæophyarum, quæ ἡμιτριταίων, ſemitertianarum, aliquando notione comprehenduntur, quæque intermiſſionis quidem ſunt expertes, ſed tertia die cum quodam lento & exiguo rigore exacerbantur, quod à pituitoſi & bilioſi ſucci miſcella proveniant. Intelliguntur ergò rigores lenes & placidi. Foëſius & Bellonius, in Definit. p. 109, de ſemitertianarum propriè ita dictarum inſultibus accipit.

3. Id eſt, ſi in rigore exacerbentur, propter diverſorum humorum cacochymiam. (Habent & ſemitertianæ propriæ inſultus, cum horroris ſenſu, & geminationes acceſſionum, quas ἐπαναλήψεις & ἀναδιπλώσεις Galenus vocat).

4. Quod exacerbatio jam à putreſcentibus pituitoſis, jam vero à bilioſis humoribus oriantur. ῥιγέα ἀτάκτως καὶ πεπλανημένως.

5. Quod diverſis malignæ materiæ motibus natura ſupprimatur.

6. Id

6. Id eſt, qui rigores non placidè, ſed cum vibratione & membrorum concuſſione accedunt, quales convulſorii dicuntur, & in principiis quartanarum febrium invadunt, & ab humore exuſto ac ad atræ bilis naturam accedente oriuntur. Foëſius intelligit de iis febribus, quæ τεταρταιοφυεῖν dicuntur, & cum ad tertianarum naturam accedant, contrario modo invadunt, cum acceſſiones habeant, diebus paribus, & in iis ingraveſcunt, quas poſtea ἐς ἀρτίας μεταπεσόντας ſcribit, quæ, quod variam ſuccorum permixtionem habeant & inæqualitatem, autumno ferè graſſantur, & convulſiones, deliquia, &c. inferunt.

7. Hoc eſt, inſtar eorum, qui convulſionibus tentantur.

8. Seu & febre, quæ alias remittere rigore permanente poſſet, perſeverante, rigoremque illum non eſſe novæ acceſſionis principium oſtendente; & rigoris (hic etiam calore permanente poſſet non percipi, ſed tantum concuſſio membrorum apparere) ſenſu integro, qui eum non à ſimplici melancholico humore, ſed bilioſo permixto, excitari indicat.

9. Quod, his omnibus concurrentibus, rigor talis, materiæ morbificæ ad aliquam partem, in qua inflammatio facilè excitari poſſit, decumbentis ſymptoma ſit.

XXVII. *Αἱ ἐκ ῥίγεος ἀφωνίαι, τρόμῳ λύονται. ϗ τοὺς ἐπιῤῥιγέοντας τρομώδεα γινόμενα κρίνει.*

XXVII. *Quæ ex rigore fiunt* 1 *vocis defectiones, tremore* 2 *ſolvuntur, atque eos*

qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

qui ſubinde novo rigore corripiuntur, ſuccedentes [3] *tremores judicant.*

1. Deducta ad nervos voci inſervientes, eoſdemque obſtruente materia. Unde concludas, eas ab exhauſta non dependere.

2. Seu quod, dum omnia membra, & maximè nervoſæ partes, in tremore concutiantur, impactum diſcuti probabile ſit.

3. Diſcuſſa per eoſdem materia, quæ, aut nervoſas partes laceſſendo, aut per membra ſenſibilia, & ſanguinem diſcurrendo, præfatos rigores excitat. Alii tamen de μεταστάσει materiæ id ſumunt. Ideo vocabula λύειν καὶ κρίνειν, impropriè hic de humorum μεταπτώσει ſumenda erunt.

XXVIII. Οἱ ἐκ ῥίγεος μετὰ κεφαλαλγίης ἐκλυόμενοι, σφαλεροί. τὸ αἱματῶδες οὖρον τουτέοισι, κακόν.

XXVIII. *Qui ex rigore virium exolutiones & capitis dolores ſentiunt, ii in dubium de vita veniunt. In his cruenta urina malum denuntiat.*

Explicationem hujus aphoriſmi vide Aphor. 22. Hic duntaxat σφαλερὸν pro ὀλέθριον ponitur, quæ vox mitior videtur eſſe priori, & anceps judicium ſignificat.

XXIX. Οἷσι ῥῖγος, οὖρον ἐπίστασις.

XXIX. *Quibus* [1] *rigor adeſt, iis* [2] *urina reſtitat.*

1. Vel ſymptomaticus, ſuccumbente ob actionem cauſæ morbificæ natura; vel Criticus, quan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

do natura materiam oppugnans, ſeroſitates à centro ad circumferentiam movet.

2. Vel aliò tranſlatâ materiâ, vel expultrice læsâ. Vide lib. 1 Prorrhet. aph. 110.

XXX. Σπασμὸς ἐν πυρετῷ, χειρῶν καὶ ποδῶν πόνοι, κακοήθεες. κακόηθες δὲ καὶ ἐκ μηροῦ ὁρμὴ ἀλγήματος, ἀλλ' οὐδὲ γουνάτων πόνος κρήγυον. ἀτὰρ καὶ γαστροκνημιῶν πόνοι, κακοήθεες, καὶ γνώμης παραφορὴ, ἄλλως τε καὶ οὖρον ἢν ἐναιωρεθῇ.

XXX. *In febre*[1] *convulſio, manuumque ac pedum*[2] *dolores malignum*[3] *quiddam prænuntiant. Malignus*[5] *quoque ex femore*[4] *doloris impetus. Sed & neque genuum*[6] *dolor probari poteſt. Quin & ſurarum quoque*[7] *dolores maligni ſunt, ac mentis*[8] *emotio, tum vero præcipue ſi ſublime quid in urina innatet.*

1. A repletione nempè veniens.

2. A materiæ peccantis ſymptomatico decubitu progeniti.

3. Id eſt, periculum minantur, ſed omnem ſpem non adimunt. κακοήθεα νοσήματα Galeno, ὅσα κίνδυνον ἀπειλοῦνται τοῖς κάμνουσι, οὐκ ἀποκόπτει τὴν τῆς σωτηρίας ἐλπίδα. Et ſanè ſæpè pueri convulſione defunguntur; & febris nova ſuperveniens, vel vetus, ſi magis exardeſcat, eandem finit.

4. Ἀλγήματος ὁρμὴ, ut ſurſum & intro feratur.

5. Quod natura debilior per παλινδρομίην, materiam intrò reverti ſinat, nullo ſubſequente abſ-

B cesſu:

ceſſu: ad cujus recurſum ſi caput petat, convulſionis vel delirii metus oboritur.

6. Quod hæc pars, nec criſeos ſit capax, nec, propter frigidam & glutinoſam complexionem, materiam concoquere poſſit, ut nihil de doloris acerbitate & exhalationis difficultate dicam. κρήγυον Verinus, ἀγαθὸν, ἀληθὲς, θυμῆρες, explicat.

7. Tum ſcilicet temporis, ubi ſuam originem Cacochymiæ malignæ debent, quod tum, materiâ per arterias ad cor delatâ, idem febre exardeſcat. quemadmodum in calcis fracturâ per ἐκχύμωσιν, febres peracutæ, continuæ, ſingultuoſæ, aliquando obveniunt.

8. Ob materiæ ad caput per nervos decurſum. præcipuè *ſi ſublime quid in urina innatet*, quod per ſe permutationem humorum in venis à ſpiritu flatuoſo ſignificet, & univerſalis tranſlationis à genere nervoſo ad cerebrum indicium.

XXXI. Οἱ ἐξ ὑποχονδρίων ἀλγήματος πυρετοὶ, κακοήθεες· τὸ καρῶδες ἐπὶ τούτοισι κάκιστον.

XXXI. *Ex præcordiorum dolore obortæ [1] febres, malignæ [2] ſunt. In his profundus ac altus [3] ſopor [4] peſſimus.*

1. Quas ſcilicet viſcerum & abdominis inflammationes inferunt. Hypochondrii nomine, non id quod accumbit, ſed partes circumjacentes, & quidem nobiles, intelliguntur.

2. Incendio & diſſipatione caloris vitalis, exhauſtu & maraſmo humoris primigenii, ſolidarum partium, & cacochymiâ malignâ, ejuſque ad partes corporis principales ſymptomaticâ tranſlatione.

3. Τὸ καρῶδες, contracto ad centrum propter inflam-

inflammationem calore, ſeu viſcerum crudis evaporationibus ſurſum elevatis, aut animalibus facultatibus oppreſſis.

4. Quia cauſas inflammationis auget, & naturam ſupprimit.

XXXII. Οἱ μὴ διαλείποντες ἐφιδροῦντες πυκνὰ μετὰ ὑποχονδρίου ἐντάσεως, ὡς ἐπιτοπολὺ κακοήθεες. καὶ ἐς ἀκρώμιον καὶ κλῆιδα στηρίζοντα ἀλγήματα καὶ τούτοισι πονηρά.

XXXII. *Qui in febre non* [1] *intermittente tenuiter & crebro* [2] *exudant, cum præcordiorum* [3] *diſtenſione, ii ut plurimum* [4] *maligne habent. atque in his dolores* [5] *in humeri caput ac claviculas affixi,* [6] *pravi ſunt.*

1. Id eſt, continente, vel potius non quieſcente; ut intelligantur, non quæ hujuſmodi totâ hiſtoriâ & intermiſſione carent, ut Duretus ait: ſed quæ, incidente aliqua quietis cauſa, ex.gr. ſudore, non quieſcunt.

2. Ut corpus duntaxat roſcidum reddatur.

3. Quæ inflammatorum viſcerum comes, quamque intro & ſurſum converſam ægri percipiunt.

4. Propter principes partes affectas.

5. Quod ex conſenſu, per magnam venam, inflammationis pondere, diaphragma, mediaſtinum, totumque thoracis membranoſum genus, detrahatur. Nam, ut ſcribit Aretæus, lib. 1, cap. 13, de magnis morbis; Ἐκ διαφράγματος τὸ ἧπαρ ἤρτηται. τὸ δὲ διάφραγμα τῆς ὑπὸ τῇσι πλευρῇσι ὑμένα βέβηται. ξυνέπεται γὰρ, αὐτέῳ. ὁ δὲ ἐπὶ τὴν κληῖδα, ἤδη ἄκρου τῶν ὤμων ἀποτέταται, καὶ τάδε ξυνεφέλκεται

 κάτω.

κάτω. hoc eſt, *Ex diaphragmate jecur ſuſpenſum eſt: id membranam coſtis ſubſtratam degravat. Ipſum enim illa conſequitur: hæc verò ad jugulum uſque, atque ad ſummum humerum extenditur: atque hæc omnia una ad inferiora detrahuntur.*

6. Quia juguli inflammatio fixa mortem inferre dicitur, niſi per hæmorrhagiam affectus ſolvatur.

XXXIII. Οἱ τριταιοφυέες ἀσώδεες πυρετοὶ, κακοήθεες.

XXXIII. *Febres quæ proxime ad tertianarum* [1] *naturam accedunt, cum incontinenti* [2] *corporis jactatione,* [3] *malignæ ſunt.*

1. Vide Aphor. 26.

2. Ἀσώδεις febres ſunt, ἐν οἷς κάμνοντες ἀσῶνται καὶ ἀηδῶς ἔχουσι, quales Hippocrates, in l. de ratione victus in acutis, celebrat.

3. Quod ſymptoma hoc malignam cauſam ſubeſſe ſignificet.

XXXIV. Αἱ ἐν πυρετῷ ἀναυδίαι, κακόν.

XXXIV. *In febre* [1] *mutum eſſe, malo* [2] *eſt.*

1. Ἀναυδία habet textus, ut intelligatur, non vocis defectus ſeu ἀφωνία, ſeu vocis defectus, qui ἐσχάτης νεκρώσεως ἐστι γνώρισμα, pene emortui caloris indicium eſt; ſed ἡ ἐν τῷ διαλέγεσθαι, ἀδυναμία, ſeu *ſermonis & loquendi impotentia.* Scholiaſtes ſanè Homeri ad Iliad. 7, verſ. 407: αὐδὴν φωνὴν ἀνθρωπίνην, dici ſcribit. & αὐδήεντα, per φωνῇ ἐνάρθρῳ χρώμενον, articulata voce utentem, explicat.

2. Tùm

2. Tùm quod vocis articulatæ inſtrumenti reſolutionem, propter nervi ſeptimæ conjugationis oppilationem, indicet; tùm quod minetur, ne, oppreſſo crudi humoris abundantiâ cerebro, paralyſis aut paraplegia obveniat. Ipſa medulla dorſalis minus à nervo ſeptimæ conjugationis abeſt, quàm ab aliis omnibus, qui cerebrales dicuntur.

XXXV. Κοπιώδεες, ἀχλυώδεες, ἄγρυπνοι, κωματώδεες, ἐφιδροῦντες ἀναθερμαινόμενοι, κακόν.

XXXV. *Delaſſati* [1] *ægri, caligine* [2] *obducti, pervigiles* [3] *& ſopore detenti, cum tenui* [4] *ſudore* [5] *recaleſcentes, male* [6] *habent.*

1. In acutis à materiâ peccante intùs coacervatâ, nec exitum habente.

2. A vaporibus cerebrum & ſenſuum organa, inprimis oculos, afficientibus. Quidam hac voce totius corporis perturbationem quandam ex humorum agitatione comprehendunt: aut eos, quibus totius faciei & corporis nitor obſcuratur.

3. Juxta notas, quæ in comate vigili percipiuntur, ex magnâ humorum inæqualitate ac permixtione.

4. Propter materiæ contumaciam, & naturæ imbecillitatem.

5. Id eſt, ἀναπυρέττοντες, ſi febris ardore, ob fervorem humoris putreſcentis de novo ſuſcitatum, incandeſcant.

6. Quia per totam hanc ſymptomatum ſyndromen, naturam à vi materiæ peccantis ſuperari colligitur.

XXXVI. Οἱ κοπιώδεες μετὰ φρίκης ἐφιδρώ-

δρώσαντες κρισίμως, ἀναθερμανθέντες ἐν ὀξεῖ, κακόν· ἄλλως τε κ' ἢν ταῦτα ἐπιστάζωσι. περὶ ταῦτα ἰκτερώδεες κατακορέες θνήσκουσι, λευκὸν διαχώρημα τουτέοισι προσδιέρχεται.

XXXVI. *Laſſitudine* [1] *laborantes cum* [2] *horrore, judicii modo leviter* [3] *exudantes, celeriter ad calorem* [4] *revocati, male* [5] *habent: tum vero præſertim ſi iſta inſuper ſanguinem* [6] *è naribus ſtillarent. Circa hac aurigine* [7] *admodum fœdati, & largius colorati* [8], *moriuntur, iiſque album* [9] *alvi recrementum prodit.*

1. A multiplici cacochymia.

2. Suborto ab imperfectâ criſi, & oſtendente cum debilitatâ naturâ ſummam humorum cruditatem.

3. Quod fatiſcentis naturæ argumentum eſt. ἐπίδρωσις eſt ἀκρισία δύσκριτος, privatio criſis ſiniſtra.

4. Febre à ſudatiunculâ exardeſcente.

5. Quod criſis ſit imperfecta. Humor quidem cietur, ſed quia exitum non habet, damnum infert.

6. Nullum enim ſtillicidium bonum, & vel δύσκριτον eſt, cum bonâ ſanguinis qualitate; vel θανατῶδες, in mala; qualis ſolet eſſe ſanguinis meracioris & nigri.

7. Symptomaticâ, quam morbi motus ante tempus, hepatis inflammatio, obſtructio, ſcirrhus, vel venenum, inducit.

8. Ut Hermocrates ſexto morbi die factus ictericus interiit: nec non Phanagareon.

9. Quod

9. Quod bilis non amplius in inteſtina confluat, ſed unà cum ſanguine per habitum corporis diffundatur. Apollonio tamen dejectiones erant variæ. Duretus, & alii, hunc de aurigine Aphoriſmum à ſuperioribus verbis ſeparant.

XXXVII. Οἱ τριταιοφυέες πλανώδεες, ἐς ἀρτίας μεταπεσόντες, δύσκολοι.

XXXVII. *Febres ad tertianarum* 1 *naturam accedentes, vagæ &* 2 *errantes, ubi in dies* 3 *pares tranſierint, moleſtiam* 4 *exhibent.*

1. Vide aphor. 26, & 33. Duplices tamen eſſe videntur, ſi accuratè Hippocratis & Galeni loca excutiamus. Aliæ ab humoris bilioſi & pituitoſi miſcellâ, ex quibus cum ille facilè digeratur, hic moram trahit; vel ab uno humore, qui duplicem habet ſubſtantiam, unam tenuem, alteram craſſam. Aliæ ab uno humore bilioſo, lentiore & concoctu difficili. Unde ſecundus dies levior, tertius acerbior exiſtit, ac maximè phlogoſin partium internarum ſequitur.

2. Non quod modò unum, modò alterum typum ſervent, ſed quod inordinatè variis diei horis invadant: ut modò manè, modò meridie, modò veſperi, modò noctu, exacerbentur.

3. Id eſt, ſi in morbi progreſſu, eas contingat εἰς ἀρτίας μεταπεσεῖν, & acceſſiones mutare ob copiam & diverſitatem materiæ, ita ut ob copiam quidem acceſſio extendatur ad diem ſecundum, & ita acceſſio ſubſequens, quæ tertio eſſe debebat, in quartum differatur: ob diverſitatem verò, quæ prædominium tenebat, & acceſſiones die impari excitare debebat, à ſuperveniente nova materia ſuperatâ, typus mutetur. Duretus hanc περιοδό-

τηῖος in ἀρτιασμὲν verſuram, in rigores incertos conjicit, qui medio febris curſu exacerbantur: id eſt, cum priore bilioſâ febri miteſcere incipiente, exardeſcente alterâ, pari die rigor cietur. Medium autem curſum vocat medium iter periodi particularis, quæ horis 48 abſolvitur. De febrium in pares dies mutatione agemus exactius, Deo volente, alibi.

4. Ita ut difficilis ſint judicii, nec periculo careant, quod materiæ ſive copioſæ ſive diverſæ naturæ non dominetur; & paroxyſmi parium dierum, ejuſdem fruſtrà irritatæ oppreſſionem, cum infirmitate conjunctam, ſignificent.

XXXVIII. Οἱ ἐν κρισίμοισιν ἀλυσμοὶ ἀνιδρῶντες περιψυχόμενοι, καὶ ἅπαντες δὲ οἱ ἄνευ ἱδρῶτος περιψυχόμενοι ἀκρίτως, κακόν.

XXXVIII. *Qui in diebus* [1] *judicatoriis cum angore* [2] *aut incontinenti corporis jactatione, abſque ſudore* [3] *perfrigerantur, atque omnino qui ſine ſudore perfrigerantur* [4] *citra judicationem* [5], *male habent.*

1. Diebus imparibus 3, 5, 7, 9, 11, 14, & ſic deinceps, quibus maxima vis eſt, reſpectu ſeptenarii numeri, ante vigeſimum.
2. Ab agitatione materiæ tenuis exorto.
3. Ita ut febris expertes eſſe videantur. Sudoris tantum meminit, quod ἀλισμοῦ cauſa, ob tenuitatem & vicinitatem, per ſudorem duntaxat criticum educi poſſe videatur.
4. Id eſt, & quicunque ſine ſudore & ſine ullà aliâ Criticâ evacuatione ex febre refrigerantur. Sic vox ἀκρίτως generaliter ſumenda eſt.

5. Nam

5. Nam agitatam materiam ad interiora receſſiſſe, argumento eſt, quod nulla evacuatio ſubſecuta eſt.

XXXIX. Καὶ οἱ ἐπιῤῥιγώσαντες, ἐκ τούτων ἐμέσαντες ἄκρητα, ἀσώδεες, τρομώδεες ἐν πυρετῷ, κακόν. καὶ φωνὴ δὲ ἐκ ῥίγεος.

XXXIX. *Quin & qui ſubinde [1] riguerunt, poſt hæc [2] ſincera vomitione [3] refuderunt, anxietate [4] vexati, tremuli [5] in febre, malum [6] portendunt. Quinetiam ex rigore [7] vox intercepta perniciem [8] denuntiat.*

1. Rigore Critico fruſtraneo, aut ſymptomatico.

2. In qua ἄμικτα, in ſua quæque conſiſtentia, ſeu ſui ſeri naturalis expertia, excernuntur, atque ſi per ſe ſingula eliderentur. ἰσχυρῶς ξυμμεμιγμένα, mitia ſunt, & virtutem caloris in ſe dominari patiuntur.

3. Materiâ rigorem excitante non reſolutâ, ſed malignitate ſuâ ventriculum ſubvertente.

4. Symptomaticæ vomitionis comite.

5. Propter nervoſarum partium, ſive à materiæ tranſlatione, ſeu caloris nativi extinctione, & facultatis reſolutione, imbecillitatem.

6. Quod tot ſymptomatum concurſus parùm ſpei ſupereſſe oſtendat.

7. Ut pro φωνὴ, vel ἀφωνία legatur, vel φωνὴν ἐκλείπουσι, intelligatur.

8. Ob magnam generis nervoſi imbecillitatem. Vide Prorrhet. 61, & 62.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

XL. Τὰ δ' ἐκ ῥινῶν μικροῖσιν ἱδρῶσι περιψύχοντα, κακόν.

XL. *Qui vero poſt ſanguinis ex naribus eruptionem* [1] *ex tenuibus ſudoribus perfrigeſcunt,* [2] *male habent.*

1. Alii libri legunt non ἐκ ῥινῶν, ſed ἐκ ῥιγέων, poſt rigores ſcilicet ſymptomaticos. Vide Coacam primam.

2. Nam ſi περίψυξιν poſt rigorem attendas, orietur illa non à facultatis expultricis virtute, ſed retentricis infirmitate; & naturam ſuccumbere indicat; ſi verò poſt ſanguinis è naribus eruptionem. Vide Prorrhet. 126.

XLI. Οἱ ἐφιδρῶντες ἄγρυπνοι, ἀναθερμαινόμενοι, κακόν.

XLI. *Ex tenuibus ſudoribus* [1] *pervigiles, ad calorem revocati, male* [2] *habent.*

1. Ob acres & malignas evaporationes cerebrum afficientes.

2. Ex Coaca 35, & 36. Vide Prorrhet. 68.

XLII. Οἱ ἐφιδρῶντες ἐν πυρετῷ, κακοήθεες.

XLII. *In febre* [1] *tenuiter exudantes, maligne* [2] *habent.*

1. Calore febrili in ſummo vigore exiſtente.

2. Quod tales ἐφιδρώσεις ab imbecillitate retentricis, aut imperfectâ Criticâ commotione proficiſcuntur, & naturæ ſuppreſſionem denotant. Vide Prorrhet. 74, & 115.

XLIII. Οἷσι

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

XLIII. Οἷσι χολώδεος διαχωρήσιος ἐούσης, περὶ στῆθος δῆξις καὶ πικρότης, κακόν.

XLIII. *Quibus, prodeunte egeſtione* [1] *alvi bilioſa,* [2] *ad pectus morſus* [3] *ac amaritudo ſentitur, ii male* [4] *habere judicantur.*

1. Id eſt, quando ſymptomaticè bilioſi tenues & acres humores in diarrhœa, aliiſque alvi fluxionibus dejiciuntur: quales dejectiones τῶν κατακορεστέρων μᾶλλον τοῦ καιροῦ καὶ ἀφρωδεστέρων, id eſt, ſaturatæ nimium bilis atque ſpumantis, quæ non minus excernendo infeſta eſt, atque ſtabulando, Duretus vocat.

2. Orificium ventriculi, ut Foëſius στῆθος hic accipit; στήθεα κατακορέα vocat Galenus, orificii ventriculi dolores. Poſſunt tamen, & verius, per pectus, partes medii ventris generaliter intelligi.

3. Seu bile in ſubſtantiâ regurgitante, ſeu vaporibus tenuiſſimis, qui conſpicuos meatus non requirunt, eò tranſmiſſis. Videmus quotidiè, à bile ventriculum infeſtante ſæviſſimos dolores excitari. Nec hic καρδιωγμὸς excluditur. *Amaritudinem* autem oris intellige.

4. Quod ille morſus materiam morbificam ſummæ activitatis & malitiæ eſſe indicet: nec in totum criticè, ſed ſymptomaticè, educi. Perraro accidit, ut pariter æqualitérque ſurſum deorſum natura ſponte ſuâ curſum inflectat.

XLIV. Ἐν πυρετοῖσι κοιλίης ἐμφυσωμένης, πνεῦμα μὴ διεκπίπτον, κακόν.

XLIV. *In* [1] *febribus, alvo à flatibus diſtenta, flatum* [2] *non erumpere* [3]*, malum.*

1. Acutis nempè alvo à flatibus diſtenta, ita ut

 totum

totum abdomen infletur, & hypochondria, quæ mollia, ſolida, ſucci plena, æqualia eſſe debent, talia eſſe deſinunt: & ægri diu ἐμπνευματούμενοι καὶ φυσώδεες permanent.

2. Ob eorundem copiam & craſſitiem & cruditatem.

3. Tàm ſigno, quod hoc intemperiem hecticam infimi ventris indicet: quàm causâ, quod inde multorum ſymptomatum congeries oriatur.

XLV. Κοπιώδεες, λυγγώδεες, κάτοχοι, κακοί.

XLV. *Laſſitudine* [1] *conflictati ægri,* [2] *ſingultuoſi, & alto* [3] *ſtupore (quem catochum vocant) detenti, male* [4] *habere ſignificantur.*

1. In febribus nempè acutis: ita ut neque quieſcere, neque moveri abſque ſenſu læſionis poſſint: ſeu quod acres & bilioſi humores intrò in venas attracti ſint, ſeu quod excrementa, quæ in unoquoque redundare ſolent, ſuppreſſa.

2. Potiſſimum propter inſignem jecoris inflammationem, ubi ſtomachus illius inflammationis per nervos, quos Hippocrates breviſſimos eſſe dixit, particeps fit, & plurimùm acrimoniâ bilis, confertim præter naturam genitæ, ab inflammato viſcere vellicatur.

3. Catocho nempè, in quo ægri immoti & omnino fixi manent, diductis palpebris, apertis oculis, obrigeſcentibus membris, propter materiæ narcoticæ tranſlationem ad nervos.

4. Nam principes facultates notabiliter læduntur, &, ne convulſiones terribiles ſubſequantur, metus eſt. Catochos certè eſt ſymptoma graviſſimorum

morum membrorum ἐπιγινόμενον, quod, dum invaleſcente morbo ſupervenit, materiæ perennem ex ubere fonte affluxum indicat.

XLVI. Ἐκ νώτου πυκινῇσι καὶ λεπτῇσι φρίκῃσιν ἐφιδροῦντες, δύσφοροι. οὔρου ἀπόληψις ἐπώδυνον σημαίνει. τὸ ἐφιδροῦν τούτοισι κακόν.

XLVI. *In crebris & tenuibus ex dorſo horroribus tenuiter exudantes ægri, maleſte habent. Laborioſa quippe urinæ interceptio ſignificatur. In his tenuiter exudare, malo eſt.*

Hujus ſententiæ explicatio ſumatur ex Coaca octava.

XLVII. Τὸ παρὰ τὸ ἔθος ποιέειν τι, οἷον προθυμέεσθαί τι πρότερον μὴ εἰθισμένον, ἢ τοὐναντίον, πονηρὸν, καὶ πλησίον παρακοπῆς.

XLVII. *Præter conſuetudinem* [1] *aliquid facere, ut, verbi gratia, aliquid propenſius* [2] *curare & magno ſtudio eniti, prius* [3] *non conſuetum, aut contra, pravum* [4] *& delirio proximum.*

1. Id eſt, ſi in acutis ſapiens imprudenter loquitur, mitis æſtu fluctuat, pudibundus manibus cruribuſque diductis indecorè cunctis ſe aſpiciendum exhibet.

2. Hoc enim verbum προθυμέεσθαι indicat, ut animi liberas actiones ex conſilio & electione complectatur.

3. Naturâ, educatione, diæta & vitæ inſtituto.

4. Quia πλησίον παρακοπῆς, proximum delirio. Labefactantur inſtrumenta animæ, cauſarum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

febrificarum vehementiâ. Δι' ὁκοίων γὰρ ἀγγείων ἡ ψυχὴ ἀποχωρεῖ, καὶ πρὸς ὁκοῖά τινα προσπίπτει, καὶ ὁκοίοις τισὶ καταμίσγεται τοιαῦτα, φρονέουσιν, inquit Hippocrates, περὶ διαίτης. Ut ſunt affecta, per quæ decurrit, & ad quæ allabitur, quibuſque miſcetur anima vaſis, ſapiunt, vel deſipiunt.

XLVIII. Τὰ ἐν πονηροῖσι σημείοισι κουφίζοντα, καὶ τὰ ἐν χρηστοῖσι μὴ ἐνδιδόντα, δύσκολα.

XLVIII. *Quæ cum malignis ſignis* [1] *allevamentum adferunt, & quæ cum bonis* [2] *non remittunt, moleſta* [3] *ſunt & difficilia.*

1. In acutis nempè ἄνευ λυτηρίων σημείων, ſine ſignis allevationis, ita ut nec evacuatio Critica nec coctio præceſſerit, nec morbus in leviorem tranſierit.

2. Communibus ſcilicet, quorum decem bona non tanti ſunt, quanti unum partis obſeſſæ, vel morbi, pravum ſignum. Ut cum pleuriticus validâ facultate vitali fruitur, ſed expectoratio ex legibus naturæ non procedit.

3. Quia immerito levant. Sic Philiſcus viſus eſt tertio die ἀπύρετος, cum urinis nigris, ſexto interiit. Vide Aphor. 27, ſ. 2: & Prorrhet. 52.

XLIX. Οἱ ἐφιδροῦντες, καὶ μάλιστα κεφαλὴν ἐν ὀξέσι ὑποδύσφοροι, κακόν. ἄλλως τε καὶ ἐπ' οὔροισι μέλασι. καὶ τὸ θολερὸν ἐπὶ τούτοισι πνεῦμα, κακόν.

XLIX. *In præcipitibus* [1] *malis, tenues*

circa

circa caput 2 *maxime ſudores oboriri, & corporis* 3 *incontinentia quadam jactari, malum* 4 *indicat, tum vero præcipue pernicies intenditur, ſi iſta cum* 5 *urinis nigris contigerint, & ſpiritus* 6 *magnus & concitatus adfuerit.*

1. In febribus acutis.

2. Ab humorum putreſcentium copiâ, eorundémque, ſuperſtite priore foco, tranſlatione exorti.

3. ὑποδύστροφοι ſunt corporis incontinentiâ aliquantulum jactati.

4. Quia denotatur cauſæ morbificæ vehementia: ſudatiunculæ exſolutionem partium ſolidarum indicant; inquietudines, virium oppreſſarum infirmitatem.

5. Quod iſtæ ab incendio interno proficiſcantur.

6. Πνεῦμα θολερὸν, ſeu μέγα καὶ δεδιωγμένον, turbidus (Heſychio θολερὸς βορβορώδης exponitur), craſſus, caliginoſus, nebuloſus, qui dum exſpiratur, non ſolum oculis conſpicitur, ſed etiam inſtar fumi aut nubeculæ per aërem fertur. Pejori conſtitutione res ægri, dum talis contingit exſpiratio, eſſe, inde patet, quod is non ſolum maximum incendium circa partes ſpiritales indicet: (ſpiritus emiſſus quantò calidior, ut hyeme in ſanis, tantò à frigido ambiente magis condenſatur): Vide Prorrhet. 39, & 42. ſed etiam copioſorum putreſcentium humorum præſentiam, à quibus vaporum copia ingens elevatur, & ſpiritui permiſcetur.

L. Ἄκρεα ταχὺ ἐπ' ἀμφότερα μεταπίπτοντα, καὶ δίψα δὲ τοιαύτη, πονηρόν.

L. *Cele-*

L. *Celeres ſummitatum*[1] *corporis in utraque extrema*[2] *permutationes, perniciem* 3 *denuntiant. Quin & ſitis*[4] *hujuſmodi (hoc eſt, celeriter in contraria permutata) malo*[5] *eſt.*

1. Id eſt, manuum, pedum, capitis, &c.

2. Seu caloris & frigoris in ſuo exceſſu viciſſitudines. τὸ μεταπίπτειν propriè dicitur, cum, ceſſante & quieſcente eo, quod prius extitit, alterum in illius locum ſuccedit. Calor verò & frigus hic innuuntur, per antonomaſiam aliarum qualitatum, quoniam iſtæ in partibus ſentiantur. *Celeriores* addit, ut innuat, non eſſe tales, quales æſtate & hyeme.

3. Quoniam caloris nativi imbecillitatem, & ardoris febrilis vim, indicant.

4. Quæ modo ſentitur, modo παραλόγως ſedatur, ſeu,ut Galenus, ἢ ὅτι τἀναντία μεταπίπτουσα ἐν τάχει.

5. Quia vis caloris febrilis, & ſenſitivæ facultatis debilitas, ſignificatur. Vide Prorrhet. 43.

LI. Ἐκ κοσμίου θρασεῖα ἀπόκρισις, φωνὴ ὀξεῖα, κακόν. ὑποχόνδρια τούτοισιν εἴσω εἰρύαται.

LI. *In homine*[1] *moderato ferox*[2] *& audax reſponſio, & vox*[3] *acuta, malum*[4] *portendunt. Iis præcordia intro*[5] *trahuntur & tendunt.*

1. Qui non facilè ad iram commovetur.

2. Quando morum inſitorum ſubita mutatio ſuboritur.

3. Quæ gravis antehac.

4. Nam

4. Nam illa phrenitidis & inſaniæ metum in-
utit: hæc vero reſiccationem & contractionem
artium voci generandæ inſervientium, tàm pro-
ter incendium febrile, & diaphragmatis inflam-
nationem, quæ etiam pulmonem, arteriam aſpe-
am, & laryngem, detrahit; quàm propter mate-
iam vitioſam in partes ſpiritales depulſam, & eaſ-
em anguſtantem, indicat.

5. Non proprio vitio, ſed propter diaphragma-
s motum, quod, ob inflammationis magnitudi-
em, verſus ſuperiora confertim trahitur, dum ex-
irationis vehementiâ, quod noxium eſt, natura
xpellere conatur.

LII. Τὰ ἐκ καταψύξιος ἱδρώδεος τα-
ὺ ἀναθερμαινόμενα, κακόν.

LII. *Qui ex ſudoribus* [1] *perfrigerantur
c celeriter* [2] *recaleſcunt, male habere* [3] *ju-
icantur.*

1. Scilicet erumpentibus, nondum maturatâ
nateriâ, nec ulla concoctione præeunte.

2. Monſtroſâ profectò mutatione, quâ flam-
nam ſudor accendere videtur, quam potius ex-
nguere debebat.

3. Propter viſcerum nobiliorum vehementem
nflammationem, unà cum nativi caloris pauper-
ate conjunctam. Vide Prorrhet. 66.

LIII. Οἱ ἐν ὀξέσι ἐφιδροῦντες ὑποδύσφο-
οι, κακόν.

LIII. *Qui in gravibus* [1] *malis tenui-
er* [2] *exudant, & quadam corporis incontinen-
ia jactantur, male habent.*

1. Acutis potius, ἐν ὀξέσι.

2. Vide Coacam 13, & 49.

LIV. Οἱ

LIV. Οἱ παραλόγως, κενεαγγείης μὴ ἐούσης, ἀδύναται, κακόν.

LIV. *Qui temere ac præter* [1] *rationem, nulla exiſtente* [2] *vaſorum inanitione, impotentes* [3] *fiunt, ii male* [4] *habent.*

1. Hoc eſt, crebrò & multùm, ſine ulla manifeſtâ causâ.
2. Quæ alias ſubitò ſpiritus diſſipare poteſt.
3. Vel animo frequenter linquuntur, vel alias omnium facultatum, corpus gubernantium, languorem percipiunt. Ἀδυναμία cernitur tum in actionibus, quæ προαιρετικῶς fiunt, ut ſunt, principes, ſenſificæ, & motrices: tum in illis, quæ ἀπροαιρέτως· Ut ſunt, vitales, & naturales.
4. Ex aphor. 40, ſ. 2. Humorum id indicat copiam, vel alicujus viſceris inſignem intemperiem. Unde ἔκλυσις τῆς ἰσχύος, quæ in temperamento & complexione partium conſiſtit, prout ἀδυναμία in officio. Vide Prorrhet. 40.

LV. Ἐν πυρετῷ ἕλξις, οἷον ἀπὸ ἐμέτου, ἐς ἀνάχρεμψιν τελευτῶσα, κακόν.

LV. *In* [1] *febre diſtractio* [2]*, velut à vomitu, in exſcreationem* [3] *deſinens, malum* [4] *portendit.*

1. Acutâ ſcilicet & malignâ.
2. Id eſt, ventriculi ad nauſeam proritatio, ab humoribus, ſeu in ejus cavum defluentibus, ſeu ab inflammatione reſudantibus, & ita eidem innatantibus, ut ad expulſionem incitatâ naturâ, oſculum quoque commoveatur. συντπαρέχεσθαι Galenus expoſuit.

3. Quod fruſtrata, ob humoris contumaciter ſtomachi tunicis adhæreſcentis & partis obſeſſæ imbecillitatem, expultrice; ab orificio tenuior duntaxat humoris exundantis, ac velut ex phlegmone expreſſi, pars ſputo vel ſalivatione refundatur.

4. Quia cauſa mali non tollitur, nec facultas ſe recolligit.

LVI. Νάρκη ἐς ἀμφότερα ταχὺ μεταπίπτουσα, κακόν.

LVI. *Torpor* [1] *in contraria* [2] *celeriter permutatus, perniciem* [3] *denotat.*

1. Cujus natura in δυσαισθησία, ſeu ſenſione obſcurâ rei moleſtæ, conſiſtit.

2. Id eſt, à dextris in ſiniſtras partes tranſcurrens, propter materiæ copioſæ in corpore fluctuationem.

3. Quod ſic agitata decumbere facile poſſit in aliquam principem partem: & ne vel reſolutionem, vel quod majus, animalium functionum extinctionem, mentíſque læſionem, impetu in cerebrum facto, inducat, metuatur. Fixa in aliqua parte materia, nihil gravius præter ipſius partis ſtuporem adferre poteſt.

LVII. Στάξιες αἱ ἐλάχισται, κακαί.

LVII. *Perpuſillæ* [1] *ſanguinis è naribus ſtillæ, damno* [2] *ſunt.*

1. Στάξεις & ἀποστάξεις Hippocrati. Intellige verò hoc de acutis.

2. Inprimis ſi ſanguis craſſus & niger fuerit; & niſi hæmorrhagiæ liberioris ſpem faciant: quod fit, quando cum urinæ pepaſmo in quartum diem

incidunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

incidunt. Significant enim, copiam vel malignitatem humoris, naturam potius irritare, quam eidem obſequi: eandémque ſuccumbere.

LVIII. Κακὸν δὲ πάντως ἐν ὀξεῖ δίψα παραλόγως λυθεῖσα.

LVIII. *Ac penitus quidem in gravi [1] morbo ſitim [2] temere ac præter rationem ceſſare, malum [3] eſt.*

1. In febre acutâ.

2. Et quidem ſitim antehac intolerabilem; & ceſſare ſubitò, nullâ externâ causâ, quæ ſitim extingueret, præſente. & τελέως, penitus. Poteſt tamen hoc πάντως & ad κακὸν referri.

3. Quia ſenſus hebetudinem ſubitò ſuccedentem indicat: at verò non minus periclitantur ob imminentem calidi innati ſuffocationem, cui ſubitò ſenſus deficit, illo, qui doloribus vehementibus ſenſuum perceptione gravatur. Vide Prorrhet. 57. ubi τῶν ἀσήμων ῥᾳστωνησάντων titulo à Galeno comprehenditur.

LIX. Οἱ πρὸς χεῖρα ἀναΐσσοντες, κακοί.

LIX. *Qui ad manus [1] contactum reſiliunt, male [2] habere judicantur.*

1. Qui in acutis, ubi manus in carpum mittitur, quodammodò reſiliunt, & cum intremiſcentiâ revelli videntur, aut interdum ad pulſum aſſilire, & leviter aſſurgere. ut ἀναΐσσειν πρὸς χεῖρα: quod alias ſignificat, ἐξίστασθαι & ἐξορμᾶν, irrequietos inſanientium metus præ ſe ferre. Hic de illis ſumatur, quibus pulſus veluti reſilit, aut quaſi tremebundus ſubſultat, & ad manum exiguus tremor apparet.

2. Quia hoc fit nervis & fibris incendio febrium exſicca-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

exſiccatis, motrice facultate infirmâ, viriumque languore concurrente. Convulſionem ergò, delirium, &c. prædicit, & ægros σπασμοληρώδεας facit.

LX. Οἷσιν ἅμα πυρετῷ καυσώδει, οἰδήματα ὑπνώδεα νενωθρευμένα, ἐς πλευρὸν ὀδύνη ἐπελθοῦσα, παραπληκτικῶς κτείνει.

LX. *Quibus in febre* [1] *ardente tumores* [2] *cum ſomnolentia & torpore* [3] *obveniunt, eos lateris dolor accedens, cum levi partis alicujus* [4] *ſideratione necat.*

1. A pituitâ ſalsâ exortâ.

2. Abſceſſus, ad aures inprimis, qui parotides dicuntur.

3. Recurrente abſceſſus materiâ ad pectus & pulmones, cum quibus communicare vel inde apparet, quod in pulmonis morbis frequentiſſime parotides appareant; & eaſdem tuſſiculæ cum ſputaminibus ſolvant; nec eâdem per ptyaliſmum expurgatâ.

4. Ita ut vel ægri, inſtar eorum quos paraplegia occidit, intereant; vel cum accidentibus paraplecticis communibus, exempli gratiâ, ſtertore, moriantur. Solet interdum ingens partium ſpiritalium inflammatio, ſi aortis communicetur, ægros in reſolutionem modo unius vel alterius partis, modo totius corporis conjicere. Alii tamen de febribus bilioſis, quæ ex tempeſtatis auſtrinæ & pluvioſæ dominatu, *bilioſis* per ſuppreſſionem & attractionem ſeri bilioſi in venas, quod tum peculiariter gigni & abundare conſuevit, id accipiunt: quos νωθρότης, & παραπληγία, refellere videtur. Alii de febribus ex multa frigida & in-

inæquali materia, quales plurimæ inſtante aut
mno graſſantur, quibus ſomnolentia cum torp
re, & ſideratio, favent, quod ejuſmodi ſymptom
ta, gravato materiæ copiâ principio, & tenta
motionis organis, oriuntur. Poſſunt per *tumores*
bubones peſtilentes intelligi, quos magna ex pa
te febris ardens & ſomnolentia ac torpor, ex ma
gna humorum qualitate & naturæ reſolution
comitatur.

LXI. *Πνιγμὸς ἐν ὀξέσιν, ἐλθοῦσιν ἰσχνο*
σιν, ὀλέθριον.

LXI. *In præcipitibus* [1] *malis* [2] *ſtrangu*
latus, gracileſcentibus [3] *faucibus, pernicie*
[4] *minatur.*

1. In acutis febribus, ut ſit idem, quod ὑπ
πυρέτου ἐχομένῳ in Aphoriſmis, vel anginâ.

2. Id eſt, ſuffocatio derepentè adveniens e
ſpiritalium inſtrumentorum anguſtia. Poteſt ta
men & ὀρθόπνοια innui, quo vocabulo Hippo
crates ſpirandi difficultatem in præcipitis angin
ſpecie, l. 4, de ratione victus in acutis, dignatur.

3. Id eſt, nullo tumore intra fauces conſpicuo
οἰδήματος μὴ ἐόντος ἐν τῇ φάρυγγι· ut alibi ſcr
pſit Hippocrates: Τὸ γὰρ ἰσχνὸν ἐνίοτε λέγεται περ
ἀντίθεσιν τῶν παρὰ φύσιν ὀγκουμένων. Poteſt ta
men & de extenuatis ægris, in quibus nullu
juxta fauces tumor apparet, accipi.

4. Quod calor nativus ſuffocetur. Vide Pro
rhet. 11, 186.

LXII. *Ἐπὶ τοῖσιν ἤδη ὀλεθρίοισι π*
σμικρὰ τρομώδεα, καὶ ἰώδης ἔμετος, οἱ ἐν τοῖ
σι πυρετοῖσιν ὑποψοφέοντες καὶ ὑποβορβορύζοντε
ξηροῖσι

ξηροῖσι, καὶ οἱ χαλεπῶς καταβρωχθίζοντες πνεῦμα τι βηχῶδες, ὀλέθριοι ἐν ὀξέσι κατεψυγμένοισι.

LXII. *Ubi jam pernicies* [1] *imminet, parvi* [2] *tremores & æruginoſa* [3] *vomitio, & in quibus inter potandum* [4] *ſtrepitus quidam percipitur, quique præ ſiccitate* [5] *murmur quoddam ſentiunt, & qui ob ſpiritum* [6] *tuſſiculoſum ægre* [7] *devorant, in gravibus malis* [8] *perfrigeratis, pernicioſe habere judicandi ſunt.*

1. Quod iis accidit, quos toto morbi decurſu pravorum ſymptomatum congeries, cum malis ſignis, infeſtabat.

2. Qui ſe per geſticulationem manuum, linguam tremulam, dentium colliſionem, produnt, & nervoſi generis imbecillitatem oſtentant.

3. Quæ per conſenſum ſymptomaticè, propter nervos ſtomachicos affectos, ob copiam bilis æruginoſæ collectam, oritur.

4. Ob ſiccitatem gulæ ex intenſiſſimo incendio contractam, quæ facit, ut, cum ipſius latera in ſe ipſa non concidant, potus abſque deglutitione per cavum propriâ gravitate in ventrem prolabatur.

5. Faucibus ob ſiccitatem exaſperatis & corrugatis, ita ut ſpiritus per anguſtum egredi neceſſe habeat.

6. Qualem eſſe neceſſe eſt, dum ſpiritus propter gutturis anguſtiam & aſperitatem, per idem tranſlabens, partes illas magis irritat, quàm ſi recto ductu liberoque ferretur. Moveri facile tuſ-

ſis &

ſis & inter reſpirandum poteſt, dum ex potu ali-
quid in aſperam arteriam redundat, nec fauce
pervadit, & reſpirationi ſpiritus quidam occurſat

7. Seu deglutiunt, quod muſculi deglutitioni
dicati ab exhauſto ſicci redditi, officio pares non
ſint.

8. Id eſt, in acutis, ob humidi conſumptio-
nem, quam caloris extinctio conſequitur. Duret-
tus & alii hunc aphoriſmum in duas ſententia
dividunt, ut & maxima pars exemplarium MSS.

LXIII. Τὰ ἐν χερσὶ καὶ ποσὶν ἐρυθήματα
τα, ὀλέθρια.

LXIII. *Manuum ac [1] pedum tumo-
res [2] cum rubore, perniciem [3] denuntiant.*

1. Partium ſcilicet à fonte caloris remotiorum

2. Inflammationes & eryſipelata, &, ſi Dure-
tum ſequimur, omnia inflammationis genera
quæ non criticè & naturâ agente, nec particulatim
per congeſtionem partibus principalibus minimi
affectis exoriuntur: ſed ſymptomaticè in acutis
nullis coctionis ſignis prægreſſis, & viribus na-
turæ collapſis.

3. Quia materiæ peccantis copiam & calor
nativi defectum indicant.

LXIV. Οἱ ἐκφυσῶντες καὶ ἀνακεκλα-
σμένοι ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν ὑποβλέποντες, ἰκτε-
ρώδεες καρτακόρεες θνήσκουσι, λευκὸν διαχώ-
ρημα τούτοισι προέρχεται.

LXIV. *Qui vehementer [1] efflant, &
reflexis [2] ſunt palpebris, ac per ſomnum [3] le-
viter ſuſpiciunt, aurigine [4] admodum fœda-
ti &*

ti, & largius colorati, moriuntur. In his album 5 alvi recrementum præcedit.

1. In exſpiratione nempè, πνευματίαι, πνευματώδεις, & πνευματούμενοι, I. περὶ δυσπνοίας, propter metum ſuffocationis, quem copia fuliginoſi excrementi minatur. Eſt enim ἐκφύσησις, ἀθρόα τοῦ πνεύματος ἔξω φορὰ, ſeu *violenta quædam expiratio*, cujus opifices muſculi intercoſtales, cum externis, qui ex ſcapulis & dorſo ad thoracem pertingunt, ſuccenturiatis in opus magnis epigaſtrii muſculis. Codex Regius manuſcriptus, apud Foëſium ἐμφυσῶντας habet, quâ dictione τοὺς πνευματουμένους καὶ πνευματώδεις, inflatos, quoſque Galenus ἐμπεφυσημένους vocat, intelligit, quales ferè ſunt ἰκτερώδεις, & qui ex præcipuorum viſcerum cavo flatuum diſtentionem ſentiunt.

2. Ἀνακεκλασμένοι, ex muſculorum qui palpebras claudunt, convulſione, à nimio febrili æſtu. Alii, nec malè, *perfractos*, delaſſatos & viribus fractos, ita ut decubitus ægrotantium naturalem & mediocrem decubitum excedat, intelligi putant, & ad τὰς τῶν ἄρθρων κατακλασίας referunt.

3. Non conſuetudine, quod quibuſdam naturâ accidit; nec à cauſa externa, nimiâ nempe evacuatione, quod rarum eſt: ſed propter facultatis motricis infirmitatem, quando propter vehemens febris incendium palpebras committere non poſſunt.

4. Quia icterus his ſymptomaticè accidens ſignum conſtituit, bilem excrementitiam principalia viſcera ſuâ pernicie pervaſiſſe.

5. Vide Coacam 36.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

LXV. *Αἱ ἐν πυρετοῖσι ἐκστάσιες σιγῶσαι μὴ ἀφώνῳ, ὀλέθριαι.*

LXV. *In [1] febribus vehementes [2] mentis emotiones cum taciturnitate, in eo qui voce [3] defectus non eſt, perniciem [4] minantur.*

1. Acutis nempè.

2. Ἐκστάσιες σιγῶσαι, ſeu ea mentis alienatio, per quam ægri interrogati non reſpondent; puncti ſentiunt quidem, ſed neque clamant, neque conqueruntur; quæque ex cerebri inflammatione provenit, ubi compreſſo quodammodò ejus incendio, affectio in habitum redacta eſt, & ideò ejus phrenitidis conſectaria, quæ ab inflammatione procedit. Taciturnitas hæc garrulitati ſuccedere cenſenda eſt, & ab exuſtis & quaſi incineratis humoribus, bile quaſi in melancholiam tranſmutatâ, proficiſcitur. Tales ægri *οἱ ἐξιστάμενοι μελαγχολικῶς* dicuntur. Addit, *in febribus*, ut eam ἔκστασιν excludat, quæ ſuperveniens furori utilis cenſetur, ex aphor. 5, ſ. 7.

3. Vocis organis illæſis, & causâ in ſolo cerebro latitante.

4. Propter graviſſimum cerebri affectum.

LXVI. *Τὰ πελιδνὰ γινόμενα ἐν πυρετῷ, σύντομον θάνατον σημαίνει.*

LXVI. *Ubi [1] livores in febre [2] fiunt, prope affore mors [3] ſignificatur.*

1. *Πελιδνώματα* partium nempè extremarum, digitorum, unguium, & quidem diutius perſeverantes, nec à ſyncope, aut immodicâ evacuatione, ubi calor & ſpiritus propter paucitatem ad cor re-

cedunt

cedunt, ſed à νεκρώσεως καὶ σβέσεως τῆς ἐμφύτου θερμασίας, proficiſcuntur.

2. Acutis nempe. In his ἀρίστη διάθεσις, *optima diſpoſitio*, quando æqualiter & molliter calet corpus.

3. Προσδόκιμος ὁ θάνατος αὐτίκα, propter cauſam jam allatam, extinctionem nempe & interceptionem caloris innati. Nigredo ſanè apparet in extimis partibus, materiæ morbificæ prolapſu per abſceſſum, in qua, ægro ſalvo, pars excidit, quæ nigrorem conciperet.

LXVII. Οἷσιν, ἐν πυρετῷ ἀλγήματος πλευροῦ γινομένου, κοιλίης ὑδατόχολα πολλὰ διαδιδούσης, ῥηΐζει, ἀσιτίαι δὲ παρακολουθοῦσι, καὶ ἱδρῶτες, μετὰ προσώπου εὐχροίης, καὶ κοιλίης ὑγρῆς, καί τι καὶ καρδιαλγίης, οὗτοι, μακροτέρως νοσήσαντες, περιπλευμονικῶς τελευτῶσι.

LXVII. *Quibus, cum* [1] *febre, lateris* [2] *dolore accedente, alvus aquoſa multa bile* [3] *permixta tranſmittens* [4], *allevationem adfert, deinde vero cibos* [5] *averſantur, & ſudoribus* [6] *diffluunt, cum bene colorata* [7] *facie, ac humeſcente* [8] *alvo, & dolor* [9] *aliquis oris ventriculi ſuccedit, ii diutius* [10] *morbum trahentes pulmonum vitiis laborantium more* [11] *intereunt.*

1. Continua & acuta, quæ vires acquiſivit.
2. Ab humoribus tenuibus & bilioſis, ibidem ſtabulantibus, exorto, & pleuritidem mentiente.
3. Naturâ criſin, ſed imperfectam, moliente.

 4. Quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

4. Quod materia, à cujus præſentia morbus dependit, ſit aliquantulum evacuata. Dejectiones in pectoris affectibus plerumque ſuſpectæ ſunt.

5. Ut ſe πρὸς τὰ γεύματα ἀπονδυομένως habeant, quod de puerperâ dictum, ventriculo, à continuo regenerato propter pravam viſcerum diſpoſitionem humore, læſo.

6. Retentrice propter copiam imbecilli.

7. Quod affectio, quæ à principio intemperies à materia calida tantum erat, in inflammatoriam degenerarit, prout in peripneumonia fieri ſolet, & faciem coloravit.

8. Id eſt, alvo liquida, propter humoris acrimoniam & malignitatem expultricem ſtimulantem, permanente.

9. Cardialgicus nempè, malo verſus partes ſuperiores & ſpiritales ſe extendente.

10. Quod affectiones iſtæ inflammationis participes, ſerpendo varias pervadant partes.

11. Id eſt, mediante ſuppuratione, quam lenta corporis conſumtio inſequitur, aut μετὰ πνιγμοῦ καὶ ῥωγμῆς, cum ſtrangulatu & gutturis ſtridore (ſic ῥωγμὴν Aurelianus vertit), moriuntur.

LXVIII. Πυρέσσοντι ἐν ἀρχῇ μέλαινα χολὴ ἄνω ἢ κάτω διελθοῦσα, θανάσιμον.

LXVIII. *Febrium* [1] *initio ſi atra* [2] *bilis ſurſum* [3] *aut deorſum prodeat, letale* [4] *eſt.*

1. Dum omnia adhuc ſunt cruda, & natura à morbificis cauſis opprimitur.

2. Excrementum illud peſſimum, à quo dyſenteria inſanabilis & cancer exulceratus.

3. Propter copiam & ἀτονίαν.

4. Nam

4. Nam & partium, unde manat, malitiam arguit; & partes, per quas fertur, corrumpit, & tum, cum nihil ſalutariter excerni poteſt, excluditur.

LXIX. Οἱ μετὰ καταψυξίων σὺν ἀπύρων ἐφιδρῶντες ἄνω, δύσφοροι, φρενιτικοί τε καὶ ὀλέθριοι ἐν ὀξεῖ.

LXIX. *Quibus adſunt ſuperiorum partium tenues* [1] *ſudores cum* [2] *perfrictionibus, nec ſine* [3] *febre, ii, corporis incontinentia &* [4] *phrenitide vexati, præceps* [5] *periculum denuntiant.*

1. Virtute vitali vel oppreſſâ vel exolutâ.

2. Quod, viſceribus incendio flagrantibus, & ſanguine in præcordiis & interioribus hypochondriis ſubſiſtere coacto, extimæ partes calore vivifico deſtituantur.

3. Ne frigus illud in intermiſſione febris adeſſe videatur.

4. Propter æſtum febrilem caput occupantem.

5. Propter membri nobiliſſimi affectum, & perennem materiæ morbificæ generationem. Marciano hic phrenitidis lethalis ſymptomata producuntur. Acuta febris materiæ peccantis caliditatem: ſudatiuncula, copiam: δυσφορία, pugnam inter naturam & morbum: frigiditas tandem, perſeverante febre, morbi victoriam, & calidi innati extinctionem oſtendunt. Vide Prorrhet. 27.

LXX. Τὰ ἐπ᾽ ὀλίγον ὀξέα ἀλγήματα εἰς κληῖδα καὶ τὰ ἄνω πίπτοντα, ὀλέθρια.

LXX. *Dolores* [1] *ſenſim ingraveſcentes,*

ſi ad jugulum[2] *& ſuperiores partes tranſeant, perniciem*[3] *minantur.*

1. Qui non ſubitò extremè infeſtant, vel qui pauco tempore ingraveſcunt, ut viſceris alicujus interni, aut membranæ ſuccingentis, non contemnenda phlegmone intelligatur, & dolores acuti, continui, & ſtabiles, inflammationis magnitudinem ſuſpectent. Alii ὀξέα, *acutos* vertunt, ſeu *in acutis accidentes.*

2. Viam ad caput affectent.

3. Quia peſſima eſt ab inferioribus ad ſuperiora tranſlatio. Duretus ita vertit: *Doloris acerbitas pauliſper in jugulo fixa*, id eſt, preſſa leviter ad exigui prædicationem temporis, non fixa firmiter ad diuturnitatem: *Si ad ſuperiora vertatur.*

LXXI. Ἐν μακροῖσι ὀλεθρίοισιν, ἕδρης ἄλγημα θανάσιμον.

LXXI. *In longis*[1] *periculis, ſedis*[2] *dolor mortem*[3] *affert.*

1. Id eſt, in diuturnis morbis, quales ſunt febres τεταρταιοφυεῖς, phthiſis, hydrops; & pernicioſis, diuturnitate nempe, ſymptomatum gravium frequentia & colliquatione.

2. A ſuperveniente dyſenteriâ vel teneſmo, ob κατακορεστέρων καὶ ἀκρήτων humorum allapſum; vel potiùs abſceſſus malignus, ab humorum per propriam gravitatem deſcenſu obortus.

3. Quod talis abſceſſus naturæ jam effœtæ nec humoribus dominantis, quæ alias materiam vitioſam vel criticè expellit, vel ad partes ignobiles, v. gr. articulos, deponit. tum vacuatione ſymptomaticâ, tum doloris acerbitate, ſit intolerabilis. Duobus tabidis apud Marcianum, abſceſſu circa

ſedem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

ſedem facto, quamvis ad ſuppurationem facillimè devenerint, & curatio optimè procedere videretur: ambo tamen paulò poſt interiere.

LXXII. Τοῖσιν ἀσθενέως ἤδη διακειμένοισι, μὴ βλέπειν, ἢ μὴ ἀκούειν, ἢ διαστρέφεσθαι χεῖλος, ἢ ὀφθαλμὸν, ἢ ῥῖνα, θανάσιμον.

LXXII. *In his qui propter* [1] *imbecillitatem non* [2] *vident, nec audiunt, aut quibus* [3] *labrum, aut oculus, aut naſus pervertitur, mors* [4] *denuntiatur.*

1. Id eſt, propter vires, morbi magnitudine, ſymptomatum vehementiâ, & totius colliquatione, fractas, nulla ſpe bonæ criſeos apparente.

2. Propter labefactatam cerebri medullam, ex quâ nervi optici & auditorii prodeunt: ubi poſterius pejus eſt ſignum, propterea quod auditus principio nervorum reſpectu organi ſui proximior ſit.

3. Quando propter affectionem nervorum tertii paris, præ reliquis in his partibus citius convulſionis notæ ſeſe exhibeant.

4. Quia mox, uſu motuque reſpirationis ſublato, calor nativus extinguitur. Vide Prognoſt. 14.

LXXIII. Ἐν πυρετοῖσι βουβῶνος ἄλγημα, νοῦσον χρονίην σημαίνει.

LXXIII. *In* [1] *febribus ex glandularum* [2] *tumoribus dolores, morbi* [3] *diuturnitatem prænuntiant.*

1. Non peſtilentibus & malignis, in quibus non raro ſat brevis eſt morbus, cum inguinum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

tumores apparent in principio, ſed pituitoſis, quæ ex ſuperfluâ peccantium humorum impuritate producuntur.

2. Qui à depoſita ibi à natura peccante materia, illaque viſcida & frigida, oriuntur.

3. Quia cauſæ morbificæ continuationem denotant.

LXXIV. Αἱ ἐν πυρετοῖσιν ἀκρισίαι, χρόνους μὲν ἐμποιέουσιν, ἀτὰρ οὐχὶ ὀλέθριαι.

LXXIV. *Judicationis* [1] *ceſſationes in febribus, temporis quidem* [2] *longinquitatem, non tamen* [3] *perniciem inducunt.*

1. Tales videlicet ἀκρισίας, quæ non propter imbecillitatem naturæ, ſed vitio materiæ adhuc crudæ, nec ἐρεθισμὸν habentis, fiunt.

2. Quia natura ſpatium concoctionis requirit.

3. Quod vires morbo ſemper ſuperiores maneant. Non videtur tamen, quod & Foëſio placet, hæc ſententia eſſe univerſalis, ſed dioriſmis indigere. Siquidem etiam mortem, aut morbum ὑποστροπιασμὸν denotare ſoleant, ut Hippocr. l. 1 Epidem. notavit.

LXXV. Οἱ ἐξ ἀλγημάτων ἰσχυρῶν πυρετοὶ, πολυχρόνιοι.

LXXV. *Ex vehementibus doloribus* [1] *obortæ febres,* [2] *diuturnæ.*

1. Id eſt, ſi poſt dolores, qui in principio abſque febre invadebant, quod nec partem nobilem occuparent, nec à cauſa calida foverentur, febres ab eorundem vehementia ſuperveniant, humoribus undique ad doloris locum ita confluentibus,

bus, ut non ſolùm dolor magis exacerbetur, ſed etiam humores conſtipati incaleſcant, & febrem inducant, quæ ſocum ſedem doloris, materiam doloris cauſam habeat.

2. Quod nec humor copioſus aptus ſit acutum morbum facere, qui à calido oritur, nec pars princeps laboret. Quidam apud Proſperum, ex lumborum vehementiſſimo dolore in febrem incidit, à qua trium menſium ſpatio vix liberari potuit.

LXXVI. Αἱ τρομώδεες, ψηλαφώδεες, παρακρούσιες, φρενιτικαί. καὶ οἱ κατὰ γαστροκνημίην πόνοι ἐν τούτοισι, γνώμης παράφοροι.

LXXVI. *Dementiæ* [1] *in quibus ægri ſunt tremuli, aut aliquid inveſtigantium more ſenſim contrectant* [2] *aut palpant, phrenitim* [3] *prænuntiant. Quin & ad ſuram* [4] *dolores, in his mentem* [5] *emovent.*

1. Ob moventis facultatis imbecillitatem, exolutum cerebri robur, & nervorum exſiccationem, idque in febribus acutis, aliquid de atrâ bile participantibus.

2. Digitis captando, floccos legendo, lintea indecorè colligendo, ob phantaſiam perturbatam.

3. Quod iſtæ actiones ſint phreniticorum. Vide Prorrhet. 34.

4. Quos humor melancholicus in ſuræ venis abundans, & commotus, copiâ & diſtentione infert.

5. Quia eundem commoveri, & ad caput propter conſortium, quod inter has partes intercedit, ferri ſignificent, cum venæ ſurarum ejuſdem capaces non ſint. Vide Prorrhet. 36. Addidit, *in his*, quia non omnibus dolor ſurarum delirium por-

 tendit,

tendit, ſed melancholicis tantummodò; cæteris ſi portendit, evaneſcat neceſſe eſt, materiâ morbificâ ad caput recurrente. Hanc particulam Duretus non habet.

LXXVII. Ὅσοι ἐν ξυνεχεῖ ἄφωνοι κείμενοι, μύοντες σκαρδαμύσσουσιν, ἢν αἵματος ῥυέντος ἐκ ῥινῶν ἐμέσαντες φθέγξωνται, καὶ παρ' αὐτοῖσι γίνωνται, σώζονται. μὴ γινομένων δὲ τούτων, δύσπνοοι γινόμενοι θνήσκουσι συντόμως.

LXXVII. *Qui in febre*[1] *aſſidua*[2] *defecti jacent, & oculis conniventibus*[3] *nictantur, hi evadunt*[7] *quidem, ſi poſt ſanguinis ex*[4] *naribus fluxum ac*[5] *vomitum, ad loquelam & ad ſe ipſos*[6] *redeant. Sin vero ſecus*[8] *accidat, cum ſpirandi difficultate*[9] *celeriter intereunt.*

1. Continuâ, ἐν πυρετῷ μὴ διαλείποντι, in quo nulla criſis exſpectatur.

2. Affectis nervis vocalibus, & aliis à cerebro prodeuntibus.

3. Id eſt, oculis ſeſe aperientibus ac ſubinde claudentibus, velut in dormiturientibus ac ſomno oppreſſis accidit, facultate animali ob materiæ copiam gravatâ. μύειν genarum oculos integentium eſt officium: Σκαρδαμύττειν, ſeu καρδαμύσσειν eſt τὸ συνεχῶς τὰ βλέφαρα κινεῖν, καὶ εἰς ἐπίμυσιν ἄγειν. Dicitur παρὰ τοῦ καρδάμου, à naſturtio, quod ſi quis admoveat, crebro palpebras claudit & connivet. Poteſt & ad continentem genarum, quæ aſſiduè connivent oculi, undè ἀστήρικτοι καὶ ἐνδ

δινη

δυνημένοι vocantur, & τοῖς πεπηγόσι opponuntur, referri, qui mentem de ſede conſtantiæ deturbatam portendunt.

4. Illumque largum, qualitate, tempore, & excernendi modo ſimul laudabilem.

5. Spontè obortum, propter ventriculi & cerebri ſympathiam.

6. Materiâ intercipiente & opprimente evacuatâ, & cerebro depleto, ſuæque complexioni reſtituto.

7. Nullâ ſuperſtite materiâ, nec empyreumate, quæ recidivam facile excitare poſſent.

8. Si juſta non ſit evacuatio, nec à robore, ſed potius debilitate naturæ, proveniat, eademque libertas ſermonis & rationis non ſubſequatur.

9. Quod materia peccans ad pulmones prolabatur, vel quòd, inſtar apoplecticorum, ſuffocatio tandem nervos pectorales affectos ſubſequatur.

LXXVIII. Οἱ λαβόντες ἐς τὴν αὔριον παροξυνθέντες, κακόν.

LXXVIII. *Qui acceſſione [1] correpti, poſtero die, [2] gravius habent, iis malum [3] denuntiatur.*

1. Primum febris inſultum intelligendo. λαβόντες Hippocrates, inſolenter, quos febris invadit, appellat, cum λαβὴ ἐπισημασίαν, & λῆψις febrium inſultum, non inſolenter apud eundem, l. 1 Epidem. Conſt. 2, denotet.

2. Symptomatum graviorum acceſſu, ut febrili ardore, doloris acerbitate, vigiliâ, ſiti, &c.

3. Quia ita morbi κατάστασις, qui imparibus, quia de febri acuta bilioſa hic intelligitur, moveri debet, in pares dies incidit, quod κατὰ τὴν ἀλλοίω-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

σιν βιαίαν, ὀυ κατὰ τὴν φυσικὴν, violenta, non naturali, alteratione fieri ſolet, τὰ ἐν ἀρτίῃσι κρινόμενα δύσκριτα καὶ φιλυπόστροφα.

LXXIX. Τρίτην ἐπισχόντες, τετάρτην παροξυνθέντες, κακόν. ἆρά γε καὶ φρενιτικοὶ οἱ τοιοῦτοι παροξυσμοί.

LXXIX. *Quibus tertio die*[1] *ſubſiſtit acceſſio, & quarto ingraveſcit, malum*[2] *denuntiatur. Ac metus eſt, ne hujuſmodi acceſſiones phrenitim*[3] *inducant.*

1. Ita ut paroxyſmus major in parem diem incidat. ἐπισχόντες dicuntur, quibus febris acceſſio inhibetur. Hollerius ἐπισχύοντες legit, & de acceſſionibus die tertio invaleſcentibus intelligit.

2. Quia contra morbi naturam exacerbatio incidit in illum diem, in quo quies ſperabatur. Unde indicium ſumi poteſt, invaleſcere morbum, & ſuccumbere naturam.

3. Nec tamen citius, quam ubi flava bilis in cerebrum transferatur, ibidémque putreſcat.

LXXX. Ὁκόσοισιν ἐκλείπουσιν οἱ πυρετοὶ, μὴ κατὰ κρισίμους, ὑποτροπικόν.

LXXX. *Febres*[1] *ſi alio die*[2] *quam judicatorio deſierint, recidivam*[3] *metuere oportet.*

1. Subitò, modo critico, & non ſenſim, more illorum morborum, qui per ſolutionem ſenſim finiuntur.

2. Non in iis diebus, quibus aliàs natura morbum evincere nititur, quales ſunt quartanarii ſex,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

nte vigeſimum febris diem; ſeptenarii tres à vi-
eſimo ad quadrageſimum; & vicenarii tres à
uadrageſimo ad centenarium.

3. Quia ſuperſtes morbi materia, imperfectè
icta, naturæ non poteſt aſſimilari, ideò de novo
utreſcit, & alimenta ſuâ infectione corrumpit,
nore corporum impurorum, quæ redduntur de-
eriora, quò magis nutriuntur.

LXXXI. Οἱ ἐν ἀρχῇ λεπτῶς μετὰ κεφα-
λῆς σφυγμοῦ καὶ οὔρου λεπτοῦ, πρὸς κρίσιν πα-
ροξύνονται, θαῦμα δὲ οὐδὲν εἰ καὶ παρακοπὴ καὶ
ἀγρυπνίη γένοιτο.

LXXXI. *Qui circa* [1] *initia tenuiter
febricitantes, ad judicationem cum capi-
s* [3] *pulſatione & urina* [4] *tenui* [5] *ingrave-
unt, eos mentis emotione* [6] *ac inſuper per-
igilio corripi nil mirandum eſt.*

1. Primis febris inſultibus.

2. Ita ut moderatè habere videantur, & Medi-
s imponatur, etſi inſidiosè laborent. Λεπτοὺς hic
nimus τοὺς κατὰ λεπτὸν πυρέσσοντας. Tales febres
ἐχροὺς καὶ χλιαροὺς vocat Galenus, oriunturque
magna humorum inæqualitate, ex crudis videli-
t atque craſſis ſuccis, cum bile & acribus humo-
ous permixtis. Nonnulli per λεπτοὺς, λεπτυσμένους
συντετηκομένους, emaciatos & conſumtos, intel-
unt. quos ſequentia refellunt.

3. Aſpectabili nempè, propter acrium & cali-
rum humorum tranſlationem & agitationem
caput. Ὁ μετὰ κεφαλῆς σφυγμὸς, febris anteà
oderatæ intenſionem denotat.

4. Et quidem omninò cruda & aquoſa per ean-
n cauſam.

5. Quia major eſt vis materiæ peccantis, dum latet in craſſiori ſubſtantia; quod in ejuſmodi hu morum inæqualitate accidit: qua de cauſa diffici lior redditur naturæ morbique pugna.

6. Quia tranſlatio flatuoſi ſpiritus, humores ſur sùm inclinantes, & ſymptomata, calores intent circa caput, affectiones has facile producunt. E hæc quidem eſt vulgaris hujus Coacæ expoſitio At Marcianus eam intelligit de febre tenui, qu à bile in venis cerebri, quod per ſe natura frig dum eſt, ſimpliciter fervente oritur. Hæc ſi ind exacerbatur, nec ſigna apparent futuræ judicatio nis, quæ omnino excluditur ab urina tenui; tun neceſſe eſt, materiam è venis egreſſam eſſe, inde que inflammationem in cerebro excitari, cuju ſymptomata ſunt vigiliæ & delirium.

LXXXII. Ἐν ὀξέσι κίνησις, ῥιπτασμὸ ὕπνος ταραχώδης, σπασμὸν ἐνίοισι σημαίν

LXXXII. *In præcipitibus* [1] *malis corporis* [2] *motio*, [3] *jactatio ac turbulent* [4] *ſomnus*, *nonnullis convulſionem* [5] *por tendit.*

1. In acutis morbis, eorumque principiis, du comitem habent cruditatem.

2. Abſurda ſcilicet, & præter conſuetudiner Talem enim κίνησις ſignificat.

3. Cum ægri ἀνωμάλως διεῤῥιμμένοι jacent, δυ φορῦσι καὶ ἀηδῶς ἔχουσι.

4. Quo varia ſpectra ſeſe offerunt, ut ægri vig lantium inſtar clament & loquantur.

5. Quia tria hæc ſymptomata ſunt, quæ, exh bitis pepaſmi ſignis, perturbationis criticæ indic eſſe poſſunt, effervеſcentiam & agitationem

criu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

crium humorum in capite indicant, quo nervoſum principium facilè petere poſſunt. Natura enim comparatum eſt, ut ſi quæ pars ante morbum laboravit, in ea firmetur morbus.

6. Quia id non fit, quando ſomnus turbulentus à vapore excitatur.

LXXXIII. Αἱ ταραχώδεες θρασύτητι ἐγέρσιες παράφοροι, πονηρὸν, καὶ σπασμώδεες. ἄλλως τε καὶ μεθ' ἱδρώτων. σπασμώδεες δὲ καὶ τραχήλου καὶ μεταφρένου δοκέουσι ψύξιες, ἀτὰρ καὶ ὅλου τοῦ σώματος, ἐν τούτοισιν ὑμενώδεες οὐρήσιες.

LXXXIII. *Turbulentæ cum confidentia* 1 *expergeſactiones, quæ mentem* 2 *emovent, malo* 3 *ſunt, ac convulſiones* 4 *minantur, præſertim vero ſi cum* 5 *ſudore contingant. Quin & cervicis ac dorſi* 6 *perfrictiones, convulſiones* 7 *portendere videntur, ac multo magis quæ totum* 8 *corpus pervadunt, in quibus mictiones* 9 *membranularum ſpeciem referunt.*

1. Quando laborantes ſpiritus animales ita perturbatos habent, ut illa turbulentia à ſomno quoque per aliquod temporis ſpatium duret, ut ex ſomno excuſſi exiliant, βεβλαμένης μετ' ὀλίγον τῆς διανοίας, offenſa leviter mente.

2. Ut perturbatio in ferox delirium, etiamſi fugax & momentaneum, materiâ atrabilariâ nondum in cerebro firmatâ, deſinat.

3. Quia ſignum eſt, ſpiritus animales ab exuſtis & atrabilariis vaporibus perturbari, quos conſe-

quens

quens ipſe humor, phrenitidem ferinam induci

4. Atra bile in nervoſum genus irruente; illuc que acredine ſua infeſtante.

5. Quod is oppreſſi cerebri teſtis ſit.

6. Ad tactum apparentes, ſive illæ accidant ſp nali medulla à phlegmone obſeſſa, ſive quod e motu morbi ſymptomatico materia transferatu

7. Quod poſteriorum partium frigus ſit con vulſificum.

8. Quod acris materia rigorem cauſans ad ne voſum genus propagari poteſt.

9. Ὑμενώδεες οὐρήσιες, id eſt, urinæ ſunt mem branaceæ, in quibus corpuſcula, ita ut membra nis aſſimilentur, majora furfuraceis continentu Hæc ex pituitoſis humoribus, à febrili calore ex uſtis, generantur, ita ut quo major ſit calor, eò ma jora corpuſcula. Convulſiones autem tales mi nantur, quod, vigente, cum humorum pituitoſo rum copia, exurente calore, humores ipſi exuſt analogia quadam nervoſas partes invadere, illaſ que acrimonia ſua pungere, poſſint. Vide Prorrh 112, & 113. Duretus ἀφρώδεες potius legit, u ſpumoſæ hypoſtaſi, vel ipſo liquore, intelligantur flatulenti ſpiritus aut colliquationis indices, qua duæ convulſionis juſtæ ſunt cauſæ.

LXXXIV. Αἱ ἐν κώμασι παρακρού-σιες, σπασμώδεες.

LXXXIV. *Deſipientiæ* [1] *cum ſopor convulſiones* [2] *minantur.*

1. In quibus ſcilicet ægri inſaniæ ſpeciem elu dunt, gravi ſopore & torpore oppreſſi, unde ἀσώ-φεες παρακρούσιες dici poſſunt. Oriuntur tales al inæqualitate materiæ. Deſipientia humorem bi lioſum indicat; ſopor pituitoſum, qui bilioſum craſſiorem reddere poteſt.

2. Ol

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

2. Ob humoris bilioſi, acris & mordacis ſubſtantiâ, ob admixtionem pituitæ craſſioris, præſentiam. Hic nervoſum genus irritat, & ſolus convulſionem excitare poteſt. Ideò & feritas in deliriis convulſionis ſignum eſt, quia materia atrabilaris, bili craſſitudinem conciliat.

LXXXV. Αἱ ἐπ᾽ ὀλίγον θρασεῖαι παρακρούσιες, θηριώδεες, καὶ σπασμοὺς δὲ προσημαίνουσιν.

LXXXV. *Quæ ſenſim* [1] *feroces fiunt mentis emotiones, in ferinas* [2] *evadunt. Quin & convulſiones* [3] *quoque prænuntiant.*

1. Quando truculentia & ferocia apparet in iis, qui manſueti erant: ἐπ᾽ ὀλίγον Duretus vertit, *ad exiguum tempus.*

2. Ita ut ægri in ſe & in alios ſæviant, ob facilem bilis flavæ in atram ὁδοιποιΐαν, ſeu tranſitum. Θηριώδεις παραφροσύναι ſunt, ἐν αἷς καὶ πατοῦσι, λακτίζουσι, καὶ δάκνουσι, καὶ χολῶσιν, ὡς ὁπλίτας εἰσιόντας νομίζονται· *In quibus pedibus feriunt, calcitrant, mordicus impetunt, indignantur, & ingredientes pro hoſtibus habent.*

3. Ob atræ bilis acrimoniam, de qua præter Coaca. Vide Prorrhet. 26.

LXXXVI. Ἐν τοῖσι μακροῖσι κοιλίης λογγοὶ ἐπάρσιες, σπασμώδεες.

LXXXVI. *Temerarii ventris tumores in morbis longis, convulſiones afferunt.*

Hanc Coacam Hippocratis eſſe negat Galenus, Prorrhet. 93, & 97. cui aſſentitur Duretus. Et ſanè tumores ventris, qui præter modum ac præter

ter rationem fiunt, cum heterogenei ſint generis e
nihil cum convulſionibus habent commune; u
in hydropicis videre eſt, qui pluribus tumoribu
abundant.

LXXXVII. Τὰ δ᾽ εὐθὺ παραχώδεα, ἄ
γρυπνα, ἐπιστάζοντα ἐκ ῥινῶν, ἑκταῖα κουφ
σθέντα νύκτα, πονήσαντα δὲ ἐς τὴν αὔριον, ἐφι
δρώσαντα, κατενεχθέντα, παρακρούσαντα, αἱ
μοῤῥοεῖ λαύρως, καὶ λύει τὰ πάθεα. τὸ ὑδα
τῶδες οὖρον τοιαῦτα σημαίνει.

LXXXVII. *Qui ſtatim ſine rati*
ne 1 perturbantur, pervigiles 2 ſunt, ſangu
nem è naribus 3 ſtillantes, ſexto die noctu
allevantur, poſtridie vero 5 laborantes, ten
ſudore 6 correpti, & in ſomnum 7 delati 8, d
lirant, iis larga ſanguinis è naribus 9 profu
ſio morbum 10 ſolvit. Cujus rei indicio
diluta 11 urinæ.

1. A principio nempe, mente leviter oblædu
tur, propter humorum huc & illuc agitatoru
motum.

2. Humore bilioſo ſurſum jam elato & cap
infeſtante.

3. Quarto ſcilicet die, & quidem nulla in
inflammatione urgente.

4. Miteſcente morbo die pari, qui ſuam e
cerbationem die impari habet.

5. Quod fieri ſolet ante Criſin. Alii cum
verbis conjungunt *noćte*, quæ, Criſin præcede
tam propter perturbationem Criticam, qu
propter ſomnum interruptum, gravior eſſe ſo

6. I

6. Propter facultatis fugacem oppreſſionem
principio criſeos, ſine ulla fixa cerebri offenſa.

7. Sanguine vaporoſo caput irrigante.

8. Sanguine bilioſo & fervido ſpiritus cerebri
rturbante.

9. Die videlicet ſeptimo.

10. Quia repletionis ejuſmodi vacuatio, præ-
ta ſymptomata tollit, præcedentibus ejuſmodi
nis Criticis.

11. Conjuncta ſcilicet cum aliis ſignis futuram
in denuntiantibus. Quia verò ſanguinis larga
fuſio ſæpè morbos perfectè judicat, abſque
cedente coctione; & verò urina aquoſa cru-
tis ſit nota: videtur diluta hic melior quàm
ſior, quòd humores omnes ſurſum tendere
icet, quibus per hæmorrhagiam evacuatis, ni-
manet in corpore, quod malum fovere, aut
uò excitare poſſit.

LXXXVIII. Μετὰ τῶν εἰρημένων, τῶν ἐξι-
σταμένων μελαγχολικῶς, οἱ τρομώδεες γενό-
οι, κακοήθεες.

LXXXVIII. *Qui cum his, quæ ſu-*
[1] dicta ſunt, furioſa [2] & vehementi men-
emotione tenentur, ii, ſi tremuli [3] eva-
t, maligne [4] habere judicantur.

. Potiſſimùm aquoſa urina, & vel nulla vel
ua evacuatione ſuccedente.

. Μελαγχολικῶς ἐξιστάμενοι, exuſto ab atra bi-
anguine, nec dum liberaliter ſatis per nares ef-
materia.

. Propter labefactatam virtutem motricem.

. Propter abſumptionem humidi, quod cere-
& nervis eſſentiale eſt. Vide Prorrhet. 14.

LXXXIX.

LXXXIX. Παραφροσύνη ἐν πνεύ-
ματι καὶ ἱδρῶτι, θανατῶδες. θανατῶδες δὲ καὶ
πνεύματι καὶ λυγμῷ.

LXXXIX. *Deſipientia* [1] *cum di-*
cultate [2] *ſpirandi &* [3] *ſudore, letalis* [4]
Quinetiam cum difficultate ſpirandi & ſ-
gultu, [5] *mortem adfert.*

1. Παραφροσύνη, quando ægri à ratione al-
agunt & loquuntur.

2. Ita ut, etſi communiter magnam & ra-
reſpirationem edere ſoleant, illam tamen c-
tantes, raram in frequentem, propter inter-
inflammationem earum partium, quæ in ma-
tudine reſpirationis offenduntur, commuter-
ſic parvam denſamque edant. Πνεῦμα Hippo-
ti ſimpliciter elatum, difficultatem ſpirandi
bram & frequentem ſignificat, teſte Galeno, l.
περὶ δυσπνοίας. Duretus addit μινυθῶδες, n-
tula, quam parvam & raram explicat, certiſſi-
caloris nativi extincti indicium. Alii legun-
πτύηματι pro ἐν πνεύματι, ut ſumatur de ſup-
tis, quibus ſuppuratio in tabem deſiit, quo-
ſudore præfato judicari poteſt.

3. Profecto vel ab exolutione facultatis t-
corpus regentis, vel ab oppreſſione naturæ à
humorum.

4. Propter allatas, & circa difficultatem
rationis, & ſudorem, cauſas.

5. Quòd is inſignem & validam inflamm-
nem, ac præcipuè hepatis, quæ fervore ſuo v-
culi oſculum irritat, conſequatur.

XC. Ἐνύπνια τὰ ἐν φρενίτιδι ἐνα-
ἀγαθόν.

XC.

XC. *Quæ in [1] phreniticis manifeſta [2] ap-
rent inſomnia, probanda [3] ſunt.*

1. In delirantibus cum febri acuta.
2. Id eſt, evidentia, placida & formis ſuis ani-
e prætenſa, non turbulenta, ut etiam comme-
orentur. Hic ἐναργῆ κατὰ τὴν διάνοιαν accipit Du-
us.
3. Tùm quod comatis metum adimant: tum
od devictâ materiâ ſtabilem humorum & ſpi-
um ſedationem, & redeuntem rationis uſum,
ſe ferant. Vide Prorrhet. 5.

XCI. Ἐν φρενίτιδι διαχωρήσιες λευκαὶ,
ωθρότης, κακόν. ῥῖγος τουτέοισι κάκιστον.

XCI. *In [1] phrenitide albicans [2] dejectio
3 torpor, [4] malum denuntiat. His ſucce-
us rigor [5] peſſimus.*

1. Quæ à bile in cerebrum effuſa oritur.
2. Non à colore ciborum aſſumptorum, ſed
pter bilis ad cerebrum excurſum provenientis.
3. Ab impotentia motricis facultatis, ſeu ob
uræ ab humoribus oppreſſionem, ſeu ob ex-
iſtum, profectus.
4. Quod imbecillitas in eo morbo accidat, in
o alias motrix facultas ob nervorum ſiccitatem
tibus communicatam, vigere ita ſolet, ut ægri
contineri poſſint. Unde maximam ſubeſſe
ſam, & quæ vinci non poteſt, colligendum eſt.
5. Cum enim ſymptomaticus ſit, & à ſummo
uræ conatu procedit, cum virium imbecillita-
commotionem humoris novam indicat. Un-
exolutio & mors. Vide Prorrh. 13.

XCII. Ἐν τοῖσι φρενιτικοῖσιν ἐν ἀρχῇσι

τὰ

τὰ ἐπιεικῶς ἔχοντα, πυκνά τε μεταπίπτοντ-
κακόν.

XCII. *In*[1] *phreniticis, cum omnia c-*
ca[2] *initia moderate*[3] *& ſedate ſe habeaₙ*
ac ſubinde[4] *permutentur, malum*[5] *denu-*
tiatur.

1. Qui vigilando, ferociendo, & cum feb-
continuitate delirare ſolent.

2. Morbo in principio, ubi nullus adhuc pe-
ſmus, exiſtente.

3. Quod humor melancholicus bilioſo per-
xtus, naturali ſua frigiditate & craſſitie calorem
tenuitatem ejus frænet. Bilis putreſcens in prin-
pio pepaſmi expers eſt. Sanguis etſi phrenitid-
cum riſu, utpote placidus, excitet, ſucceſſu tam-
temporis in parte inflammatâ excalefactus, ad
lis naturam quamproximè accedit. Pituita bili-
mixta putreſcens, deliria comatoſa facit.

4. Ut aliquando fiat tranſitus à manſuetudi-
ad feritatem, aliquando è contrà, idque prop-
diverſitatem materiæ, cujus portio exuſta, dum
perat, ferociam inducit; dum non ſuperat, ma-
ſuetudinem.

5. Quod materia à natura vinci non pote-
Vide Prorrhet. 12, & 28.

XCIII. Τῶν ἐξισταμένων μελαγχολικά-
οἷς τρόμοι ἐπιγίνονται, κακόν.

XCIII. *In vehementi & furioſa me-*
tis emotione accedentes tremores, exitio ſu-

Vide Coacam hujus ſectionis 88, & Prorrh. 1

XCIV. Οἱ ἐξιστάμενοι μελαγχολικῶ-

τρ-

τρομώδεες γινόμενοι καὶ πτυαλίζοντες, ἦ σφι γε φρενιτικοί.

XCIV. *Vehementi inſania* [1] *detenti, tremuli, cum* [3] *crebra ſputatione, metus* [5] *eſt e phrenitici* [4] *evadant.*

1. Abſque febre, ex Coaca 188.

2. Vide ibid.

3. Proveniente vel ex colliquatione humorum, uam fervor ipſius partis cauſatur; vel ob menem læſam, ut ἀναχρέμψις πλάνη, inprimis ſi uraque ſit irrita & inanis. Πτυαλισμὸς frequentem putationem & crebram oris ſalivationem ſignicat.

4. In delirium perpetuum cum febre contiuâ incidant, humore atrabilario extravaſato & utreſcente.

5. Nam id non eſt neceſſarium, cum poſſint tiam melancholici evadere ex melancholiâ proriè dicta, ſine aliquâ inflammatione: quales mencholici naturâ ſunt ſputatores. Poſſunt tamen t phrenitici cum humoris atrabilarii præſentia putatores fieri ob colliqueſcentiam humorum in erebro, ſero ex inflammata parte exſudante & in s delabente. Sed & interdum ex meningum cebri inflammatione, tenuis humoris & ichoris iquid in palatum & fauces exſudare conſpicitur, t in pleuritide & ophthalmia accidere videmus. ide Prorrhet. 31.

XCV. Οἱ ἐκστάντες ὀξέως ἐπιπυρέξαντες, ρενιτικοὶ γίνονται.

XCV. *Vehementer & acute* [1] *mente e-oti, ſi febris* [2] *iterum repetat, phrenitici evadunt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

1. Id eſt, phrenitici, ut ὀξέως ad ἐκστάντες r
feratur, quod tamen ferè omnes ad ſequens pa
ticipium referunt, & fortè meliùs, cum ἐκστάσει
vocabulum, abſolutè etiam poſitum, Galenus p
μανίαν σφοδρὴν explicet.

2. Et quidem acuta, quæ ſit ipſa per ſe morb
παλίγκοτος καὶ ὑποστροπικὸς, recedens ac reverter
ſeu propter ἐμπύρευμα relictum, ſeu propter n
vam peccantium humorum generationem.

3. Quod materia febris ad cerebrum, ta
quam partem imbecillem, delata, ſymptoma
bi proprium excitet. At Marcianus ἐκστάσεως v
cabulum per tacitum delirium explicat, ortu
partim ab intemperie cerebri æquali & habitua
quando poſt inflammationem humor quaſi in
neres redactus eſt, & fervor remiſit: partim
præſentia humoris nigri & exuſti, à quo mœror
taciturnitas, cum febre lenta & inſenſili. Hæc m
teria ſi novo humore accedente putreſcat, febre
ex lenta acutam excitat, & inflammatione ce
bri excitata, phrenitidem cauſatur.

XCVI. Οἱ φρενιτικοὶ βραχυπόται, ψ
φου καταπτόμενοι, τρομώδεες ἢ σπασμώδε

XCVI. *Phrenitici parum* [1] *bibunt*,
levibus ſtrepitibus [2] *facile irritantur*, t
muli [3] *ſunt aut convulſionibus* [4] *tentantu*

1. Cauſa ſitifera etiam urgente, non quia ſi
pliciter mens ægrotat; ſic omnes deliri eſſe
βραχυπόται, ſed quia mens objecta etiam ve
mentiſſima non percipiat.

2. Ita ut ab iis in furorem agantur. Scilic
ὀξυήκοοι ἠδὲ ψόφου καταπτόμενοι φρενιτικοὶ, ut ſ
bit Aretæus. Alii id de ſtrepitu, qui inter bib
dum redditur, & ſono, qui delabente potu au

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

tur, intelligunt: quod provenit à tunicæ œſophagi, à materiâ exuſta & atrabilaria, ariditate, & muſculorum deglutitioni inſervientium labore.

3. Nervoſo genere aciditate humoris atrabilarii non minus vellicato, quàm ab aceto ipſo læditur; vel inflammatione eidem propter magnitudinem, cujus indicium delirium vehemens, communicata.

4. Nervis ob inflammationem humiditate innatâ ſpoliatis, & ſicceſcentibus. Vide Prorrhet. 16.

XCVII. Τὰ ἐν φρενιτικοῖσι νεανικῶς τρομώδεα, θανάσιμα.

XCVII. *In intenſa* [1] *phrenitide* [2] *tremores* [3] *letales.*

1. Quæ ex vehementiâ delirii cognoſcitur. νεανικῶς, eſt idem quod γενναίως, σφόδρως καὶ ἰσχύρως.

2. Vide Coacam 96.

3. Quod ingentem inflammationem, quæ à natura vinci non poteſt, indicent.

XCVIII. Αἱ περὶ ἀναγκαῖα παραφροσύναι, κάκισται, αἱ ἐκ τούτων παραξυνόμεναι, ὀλέθριοι.

XCVIII. *Deſipientiæ* [1] *quæ circa* [2] *neceſſaria fiunt,* [3] *peſſimæ, & quæ* [4] *ex his ingraveſcunt, exitium* [5] *portendunt.*

1. Coaca 89.

2. Id eſt, circa illa, quæ ad vitam ſuſtentandam requiruntur, in eo apparentes, quod & ſe πρὸς τὰ γεύματα ἀπονενοημένως habeant, rarâ re-

ſpiratione & magnâ utantur, etiamſi propter febrem neceſſitas urgeatur.

3. Quia præter gravem affectum præſentem, deteriora ſymptomata ægri ſibi procreant, inprimis quòd ea ſibi ſubducunt, à quibus ἡ συῤῥοὴ εὐπρόσφορος τῇ ἀρχῇ ζωτικῇ, ſanguis nempè, & ſpiritus, dependent.

4. Cauſarum morbificarum acceſſu, vel præſentium intenſione. Bilis, concepto incendio, facilè in atram vertitur, & μανιώδεις παραφροσύνας, aut θυμώδεις, invehit.

5. Quia gravium ſignorum perſeverantia, & ſymptomatum exacerbatio, lapſum naturæ, & morbi victoriam, indicant.

XCIX. Αἱ παρακρούσιες, φωνῇ κλαγγώδεες, γλώσσῃ σπασμώδεες, καὶ αὐτοὶ τρομώδεες γινόμενοι, ἐξίστανται. σκληρυσμὸς ταύτῃσιν ὀλέθριον.

XCIX. *Deſipientiæ* [1] *cum voce* [2] *ſtridula, linguæ* [3] *revulſione, ac ipſi quoque* [4] *tremuli, vehementem mentis* [5] *alienationem ſignificant. In his durities* [6] *aut aſperitas perniciem* [7] *minatur.*

1. Coaca 89.

2. Tremula, clangoſa & interciſa, propter nervorum vocalium ſiccitatem.

3. Propter ſiccioris cerebri conſtitutionem, ſeptimæ conjugationis nervis, & muſculis linguæ communicatam.

4. Per totum nempè corpus; quod peccans bilioſa materia nervoſo generi communicetur.

5. Quatenus innuunt, bilis atræ proventum pedetentim fieri.

6. Pro

6. Propter exhauſtum ſolidarum partium calidum innatum. Vide Prorrhet. 19.

C. Αἱ προεξαδυνατησάντων παραφροσύναι, κάκισται.

C. *Deſipientiæ* [1] *quæ jam admodum fractis & debilitatis viribus ſuccedunt, peſſimæ* [2] *ſunt.*

1. Morbi aſſiduitate, dolorum acerbitate, virium reſolutione, vaſorum exinanitione, vel ſimilibus. Προεξαδυναλήσαντες, ut exponit Galenus, in Prorrheticis, ſunt οἱ προκεκμηκότες τὴν δύναμιν, καὶ οἱ μετὰ ἐκλύσεως. Poſſet tamen etiam legi προαπαυδησάντων, ut Codices MSS. Regii in Prorrhet. habent. Nam & tales dicuntur illi, qui viribus fracti ſunt. Vide & Coacam 91.

2. Qui curationis ἀδυναμίαν, & morbi vehementiam ac augmentum, innuunt. Vide Prorrhet. 9.

CI. Τὰ ἐν φρενιτικοῖσι πυκνὰ μεταπίπτοντα, σπασμώδεα, πονηρά.

CI. *Crebræ in phreniticis* [1] *permutationes,* [2] *convulſiones denuntiant, ac pravæ ſunt.*

1. Vide Coacam 92.

2. Vel quatenus humor in nervoſas partes irruit; vel, quod pejus, quatenus bilis atra & aduſta nervos arefacit. Vide Prorrhet. 28.

CII. Οἱ ἐν φρενιτικοῖσι μετὰ καταψύξιος πλυαλίζοντες, μέλανα ἐμέτον δηλοῦσι.

CII. [1] *Crebræ in* [2] *phreniticis cum* [3] *per-*

frictione ſputationes, nigrorum [4] *vomitionem prænuntiant.*

1. Non à perturbatione mentis, ſed neceſſitate materiæ, dum, perfuſo à peccantibus humoribus ventriculo, propter continuitatem interioris tunicæ gulæ & ventriculo communi, liquor tenuis regurgitat & os implet.

2. Aſſiduè & crebrò.

3. Extremorum nempe, ob caloris recurſum ad interiora, quem bilis impetus circa ſtomachum cauſatur.

4. Qualia ſcilicet in phrenitide peccant. Cerebrum & ventriculus per συμπάθειαν quandam ſe afficere videntur. Vide Prorrhet. 31.

CIII. Τοῖσι ποικίλως διανοσέουσι καὶ παρακρούουσι, πυκνὰ κωμάδεσι, προσδέχεσθαι λέγε μέλανα ἐμέειν.

CIII. *In his qui varie morbum* [1] *trahunt & mente* [2] *moventur, ſi ſubinde* [3] *ſopor incidat, prænuntia* [4] *expectandam eſſe nigram vomitionem.*

1. Cum varietate nempe ſymptomatum a[b] humoris nigri dominio. Hac ratione erraticas febres in quartanas tranſmutari docet Hippocrates. Galenus ποικίλοντα ὑποχόνδρια vocat τὰ συνεχεῖς ἐπὶ ἀναντία συμπτώματα τὰς μεταβολὰς ποιούμενα, quæ continentes in contraria ſymptomata mutationes ſuſtinent.

2. Vaporibus ad caput, à tendente ad ventriculum humore, tranſmiſſis, idque calore & ſiccitate perturbantibus.

3. Alternatim cum delirio, à copia vaporum atrabilariorum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

4. Id eſt, nigræ bilis, per ſympathiam cerebri & ventriculi.

CIV. Τὰ παροξυνόμενα τρόπον σπασμώδεα, κάτοχα.

CIV. *Quæ* [1] *convulſionis in morem* [2] *affligunt, ea altum ſtuporem (catochum vocant)* [3] *inducunt.*

1. Cum motibus nempè convulſoriis, parvitate tamen à verâ convulſione differentibus.

2. Vel potius exacerbantur (τὰ παροξυνόμενα), ut ſumatur de febrium illarum acceſſione, in quibus ex humoribus à febrili calore ita exuſtis, ut ad atræ bilis naturam accedant, vapores propter craſſitiem elevari non poſſunt, niſi quando vehementer commoventur, quod in acceſſionibus fieri ſolet.

3. Sive Catochus ſumatur pro affectu illo, in quo ægri rigidi in eo ſtatu, in quo prehenſi fuerunt, apertis & immobilibus oculis permanent: ſive pro quocunque, in quo ægri, in altiorem ſomnum delati, jacent oculis aliquando fixis, & pro majori parte diductis, non tamen omninò immobiles & ſine voce fiunt. Unde ipſe Hippocrates cum Catócho & dolores & deliria obſervavit. Catochus ad talia ſymptomata inducitur, quod vapores naturam atræ bilis, quæ nervoſum genus quadam quaſi proprietate infeſtat, retineant.

CV. Τὰ παρ' ὦτα ἐπάρματα ἐν μακροῖσι μικρὰ, αἱμοῤῥώδεα, καὶ σκοτώδεα ἐπιφαινόμενα, ὀλέθρια.

CV. [1] *Parvi in longis* [2] *morbis aurium*

tumores, ſi ſubinde ſanguis 3 è naribus profluat, & tenebricoſa 4 vertigo excitetur, exitio 5 ſunt.

1. Parotides parvæ, à tranſlatione materiæ craſſioris, & cui via non ſatis patet, ſeu à cerebro, ſeu reliquo corpore, exortæ, ſive ſint ſuppurationis expertes, ſive participes.

2. Seu mediis inter verè acutos & valdè diuturnos, ubi materia peccans medio modo ſe habet inter craſſitiem & tenuitatem.

3. Id eſt, ſi cum ſymptomatica hæmorrhagia conjungantur.

4. Cerebro per συμπάθειαν affecto, σκοτώδεες dicuntur Galeno, οἱ ἐν τῇ κινήσει σκοτούμενοι, qui inter movendum tenebricoſâ caligine rotantur.

5. Nam hæmorrhagia occaſionem recurſus præbet, aut ſaltem ſuppurationem earum, capite refrigerato, impedit. Vertigo autem portionem materiæ ad interiores cerebri partes retrò ceſſiſſe indicat: quæ apoplexiam facilè excitare poteſt. Adde, tumoris parvitatem oſtendere, abſceſſum eſſe ἠμίῤῥοπον, nec ἀξίως τῆς περιβολῆς τοῦ νοσήματος fieri.

CVI. Οἱ ἰλιγγώδεες πυρετοὶ καὶ ἄνευ ἰλέων καὶ μετὰ ἰλέων, ὀλέθριοι.

CVI. *Febres* [1] *vertiginoſæ, & cum tenuis inteſtini* [2] *morbo, &* [3] *ſine hoc, perniciem* [4] *intentant.*

1. Ἰλιγγώδεες, in quibus ægri ſæpè in principio à vertigine corripiuntur, cum urinis tenuibus. Exemplaria quædam manuſcripta habent λιγγώδεες, ſingultuoſæ, quando ſingultiunt ægri, aut per totum morbi decurſum ſingultus intenditur.

2. Con-

2. Concurrente ileo, qui ſine dejectione fit vel ab inflammatione, vel contumaci tenuium inteſtinorum obſtructione, & vertiginem illam & ſingultum cauſatur. Hollerius ἰδέων legebat, & pro ſudoribus accipiebat. Nam & ἰδὸς, ἱδρὼς, dicitur. Alias ἶδος, τὸ πνίγος, id eſt, æſtum ſuffocantem, ſignificat.

3. Accidentibus aliunde allapſis.

4. Quia, febrium exacerbatione, cauſæ ſingultus, & vertiginoſi affectus, magis exacerbantur, & morbum reddunt deteriorem. Proſper, εἴλεον de circumvolutione ad modum rotarum, ut ſenſus ſit, febres vertiginoſas, etiamſi rotarum modo res circumagi non ita manifeſtè appareat, perniciosas tamen eſſe, quod metus ſit, ne, dum vapores, à febris foco elevati, ventriculos cerebri infeſtant, humores ipſi, vapores ſecuti, ægrum apoplexiâ interimant.

CVII. Τοῖσι πνευματίοισιν ἔχουσι πυρετὸς ὕστερον ὀξύς, μετὰ ὑποχονδρίου ξυντόνου καταψυχθεῖσι, παρ' οὖς μέγα ἔπαρμα.

CVII. *In* [1] *anhelatoribus & ſuſpirioſis febris* [2] *poſtea acuta, cum præcordiorum* [3] *contenſione* [4] *perfrigeratis, magnum circa aures* [5] *tumorem expectare oportet.*

1. Qui μέγα καὶ πυκνὸν ἀναπνέουσι, multum & frequenter reſpirant, abſque febre, ob viarum ſpiritui dicatarum à materia craſſa infarctum.

2. Ob denegatam materiæ per anacatharſin exitum, à qua materia caleſcendo attenuatur.

3. Id eſt, hypochondriorum, ſine tumore, ſurſum quaſi revulſione, ob materiæ jam attenuatæ, mediæ inter craſſam & tenuem redditæ, ut paro-

 tidum

tidum materia eſſe poſſit, perque tenuitatem levioris ad ſuperiora motum, cui hypochondria opitulantur.

4. Id eſt, febre ſolutis.

5. Tumorem circa aures potiùs, quam vel aliquem cerebri morbum, vel hæmorrhagiam, quod ille febri ceſſante excitari non poſſit; per hanc verò materia morbifica expurgari nequeat. Circa aures, vel utramque, ſi in utroque hypochondrio tenſio præceſſit: vel unam, ſi in alterutro. Magni verò tumores expectandi ſunt, tum ob morbi acumen, (in longis parvi fiunt, Coaca 5.) tum etiam, quia materiæ copia adeſt, fluxibilis & adjuta. Vide Progn. 164.

CVIII. Οἷσιν ἂν ἐν πυρετῷ ὀδύναι γινόμεναι περὶ ὀσφὺν καὶ τὰ κατὰ χωρία, φρενῶν ἅπτωνται, ἐκλείπουσαι τὰ κάτω, ὀλέθριαι, ἄλλως τε κἢν ἄλλο τι σημεῖον προσγίνηται πονηρόν. ἢν δὲ τ᾽ ἄλλα σημεῖα μὴ πονηρὰ γίνηται, ἔμπυον γενήσεσθαι ἐλπίς.

CVIII. *Lumborum* [1] *atque inferiorum* [2] *partium dolores, quibus febris* [3] *etiam accedit, ſi relictis* [4] *inferioribus ſeptum tranſverſum appetant, tum vero præſertim exitio* [5] *ſunt, ſi aliquod periculoſum* [6] *ſignum acceſſerit. Quod ſi reliquorum ſignorum* [7] *nullum periculum oſtenderit, futuræ* [8] *ſuppurationis metus eſt.*

1. Partis illius ſpinæ, quæ quinque vertebris à nothis coſtis ad os ſacrum conſtat: & cujus nomine vertebræ ipſæ, rachitis, muſculi ψόαι, arteria & vena

& vena lumbaris, renes quoque & meſocola intelliguntur, Celſus *coxas* vertit.

2. Qui nec ab externa cauſa, nec vi catarrhi, muſculos lumborum afficientes, ſed à μεταϛάσει materiæ morbificæ, tanquam ad partem ignobiliorem, exoriuntur.

3. Et quidem ejus conditionis, ut illius nullam ſolutionem ex præſentis materiæ motu expectare liceat.

4. Per ἀναδρομὴν dolorificæ cauſæ, calidæ, tenuis, & acris, ad partes ſpiritales.

5. Quod materia peccans à partibus ignobilioribus, ad nobiliores, & quibus vita carere nequit, deferatur.

6. Si aliquod grave ſymptoma acceſſerit.

7. Si facultates ſe mediocriter habeant.

8. Materiæ ad pectus recurſu vomicæ vel empyematis generationi occaſionem præbente.

CIX. Παιδίοισιν ὀξὺς πυρετὸς καὶ κοιλίης ὑπόστασις μετὰ ἀγρυπνίης, καὶ τὸ ἐκλακτίζειν, καὶ τὸ χρῶμα μεταβάλλειν, καὶ ἴσχειν ἔρευθος, σπασμῶδες.

CIX. *In* [1] *pueris* [2] *acuta cum alvi* [3] *ſuppreſſione & * [4] *pervigilio, calces* [5] *velut jactare, ac colorem* [6] *mutare, & ruborem* [7] *contrahere, convulſionem* [8] *minatur.*

1. Lactantibus nempè, & maximè circa dentitionis tempus.

2. Reſtagnantem humorem commovens.

3. Propter indurationem excretorum ab incendio interno, & defectum ſtimulantis bilis alio tendentis. ὑπόστασιν τῆς κοιλίης Hippocrates vocat, quam alibi σκληρότητα ἀπόληψιν, dixit. Alias

 ſignifi-

ſignificant ὑποστάσιες, τὰς ἔνδον μονὰς τῶν ὑγρῶν.
humorum ſubſiſtentias & collectiones, cum in-
tro ſubſiſtunt ac remorantur. Nonnulli ἐπιστασιν
legere malunt.

4. A lactis corrupti, febris ardentis, & alvi ſup-
preſſæ, anathymiaſi exorto. Unde expaveſcunt &
ejulant.

5. Propter doloris acerbitatem, quam materia
agitatio & fervor concitant. Regia exemplari
MSS. quædam habent ἐκλύζειν, pro ἐκλακτίζειν
quod de vehementi ſingultu ſumitur, convulſio
nis rudimento. Galenus κλύζειν, aut ἐκλεκαίνε
σθαι, legiſſe videtur.

6. Id eſt, ſi modò pallidum, modò lividum
colorem induant, quod vitioſam plurium humo
rum qualitatem arguit.

7. Ob ſanguinis ardorem.

8. Fugacem videlicet, & minus periculoſam
Quod humor ſupervacaneus & malignus cieatu
quidem, nec excludatur. Unde molliſſimam ner
vorum ſubſtantiam facilè convellit; ſed non dif
ficulter rurſus diſcutitur.

CX. Τὰ αὐτίκα παραχώδεα ἄγρυπνα, μέ
λανα ἢ τὰ σκῦθεα, αἱμοῤῥοεῖ ἔνια.

CX. *Qui ſtatim ſine ratione* [1] *pertur
bantur, pervigilio* [2] *torquentur, nigra &
compacta* [3] *ex alvo demittunt, interdum
ſanguinem* [4] *è naribus profundunt.*

1. In acutis nempè febribus, circa initium
propter bilem confertim ſurſum commotam.

2. Quod bilioſæ evaporationes cerebrum oc
cupent.

3. Propter incendium interdum vehemen
ſe

ſeu διάθεσιν καυσώδη, quo exſiccatur, alvus & exſugitur humiditas, biliſque ſtimulus ſupprimitur. Tales fæces Græci διαχώρημα σπυραθῶδες vocant.

4. Quatenus bilioſus ſanguis, ſurſum copiosè elatus, facultatem expultricem ſtimulat.

CXI. Τὰ ἀγρυπνήσαντα ἐξαίφνης ἀλυσμῷ, αἱμοῤῥοεῖ, ἄλλως τε καὶ ἤν τι προεῤῥυήκῃ. ἦ ῥά γε μεταφρίξαντες οἱ ἐπ' ὀλίγον περιψύχοντες.

CXI. *Qui inſomnia [1] vexantur, cum ſubita corporis [2] jactatione & inquietudine, iis ſanguinem [3] è naribus erupturum ſperare oportet, idque præſertim, ſi quid [4] antea profluxerit. Animadvertendum verò, num in [5] modicè perfrigeratis id poſt horroris ſenſum contingat.*

1. Præter conſuetudinem nempè, ſubitò, circa dies criticos, aliis ſignis Criſin denuntiantibus.

2. Fugaci.

3. Motu critico per nares, ob acrimoniam humorum circa caput collectorum.

4. Quod ſtillicidium illud, naturæ & humoris propenſionem indicet, facitque ut illa duo ſigna ἀμφίδοξα fiant τεκμήρια.

5. Dubium hoc. Poteſt tamen moderatus rigor aliquando hæmorrhagiam præcedere in plenitudine corporis. A frigore prodeſt horror; cujus concuſſione fit excuſſio rei moleſtæ, per Aphor. 59, l. 4.

CXII. Περὶ δὲ τοὺς παροξυσμοὺς βήσ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

σσντες, καὶ ἐφιδρῶντες μικρὸν, κακοήθεες.

CXII. *At verò qui per acceſſiones* [1] *tuſſiunt & tenuiter* [2] *exudant, ii maligne* [3] *habere judicandi ſunt.*

1. Vel ob mineram febris, partes reſpirationi dicatas, & ideò nobiles, obſidentem: vel ob defluxiones acres ab intenſâ febris caliditate reſolutas, & circa viſcera ſpiritalia collectas.

2. Circa caput, cervicem ac thoracem, ſeu propter materiæ copiam, ſeu potius propter oppreſſionem virtutis, & reſolutionem ſubſtantiæ ſolidæ.

3. Quod vires vi febris & ferini catarrhi ſuccumbant, non tantum omnibus partibus vehementia febris, ſed etiam membris vitalibus tuſſi ferinâ valdè laborantibus. Unde ſuppuratio & tabes obrepunt. quod apud Thaſios factum.

CXIII. Ἐς πλευρὸν ὀδύνης καὶ πνιγμοῦ προσγινομένου, οὗτοι ἐμπυοῦνται.

CXIII. *Ad lateris* [1] *dolorem inſuper accedente* [2] *ſtrangulatu, ſuppurationis* [3] *futuræ ſpes eſt.*

1. Pleuriticum, illumque in facto eſſe, continuè laceſſentem, ac materiâ lateri agglutinatâ putreſcente exortum.

2. Difficili reſpiratione aſthmaticorum ſimili, id eſt, ſuſpiriosâ à nimia fuliginis abundantia, vel potius anguſtia, propter quam ægri ſuffocari videntur, ob materiam copioſam ad pulmones deſcendentem, in iiſque ſe colligentem, quod plus eſt, quod influit, quam quod ſputo ejicitur. Foëſius πνιγμὸν de orthopnœa accipit, in qua non-
niſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

iſi arrecta cervice & exporrecto collo reſpiratur.
3. Quod inflammatio mutetur in vomicam
er puris generationem, ubi propter materiæ fer-
orem, & caloris copiam, uſus reſpirationis au-
etur.

CXIV. Οἷσιν ἐν συνεχέσι φλυζάκια κατὰ
πᾶν τὸ σῶμα ἐκφύει, θανάσιμον, μὴ γινο-
μένου πυώδεος ἀποστήματος. μάλιστα δὲ ἐνθέ-
δε γίνεται τούτοισι παρ' οὖς.

CXIV. *Quibus per febres* 1 *aſſiduas*
puſtulæ toto 3 *corpore enaſcuntur, leta-*
4 *eſt, niſi quid purulentum* 5 *abſcedat. In*
is verò præcipuè adnaſci ad aures 6 *tuber-*
ula ſolent.

1. Id eſt, continuas, non remittentes, ſed ad-
odum exacerbatas.
2. Φλυζάκια, τὰ ἀποκαύσεως ἐν σαρκὶ ἀναστή-
ματα, puſtulæ velut ambuſtæ, & in corporis am-
tum erumpentes, quales in Epidemiis ἐξανθή-
ματα κνησμώδεα δέρμα, ὥσπερ πυρίκαυστα vo-
t. quæ à materia malæ qualitatis, & quæ à na-
ra non eſt devicta, pendent. Marcianus eas tan-
putat, quas 4 acutor. circum circa duras, cum
bore & inflammatione apparere dixit.
3. Symptomaticè, abſque omni levamento. So-
nt ſæpè varia puſtularum genera criticè initio
umpere, quod in variolis frequentiſſimum, quæ
ultoties febrem è veſtigio tollunt.
4. Majori ex parte propter ſymptomaticum
ateriæ motum. Critica μὴ κρίνονται, aut leta-
, aut difficilis judicii.
5. Niſi abſceſſus aliquis ſuperveniat, qui ad

 ſuppu-

ſuppurationem deveniens, ægrum à morte libe ret, quod ex virium robore, aliiſque, colligi poteſt

6. Quod ex illis ſignis, quæ materiam maximè ſurſum ferri monſtrant, colligi poterit.

CXV. Ἐν ὀξεῖ τὰ μὲν ἔξωθεν περιψύ χεται, τὰ δὲ εἴσωθεν καίεται, καὶ διψῇ, κα κόν.

CXV. *In præcipiti*[1] *morbo, ſi partes ex terna*[2] *perfrigerentur, interna verò uran tur,*[3] *ac ſitis urgeat, malum*[4] *denuntiatu*

1. Id eſt, in febribus acutis, omnis intermi ſionis expertibus.

2. Ut manus, pedes, frons, nares, &c. fixam constantem perfrigerationem patiantur.

3. Ob vehementiam inflammationis, quæ m tum ſanguinis & caloris ad partes externas inh bet, ἐπανάκλασιν καὶ ἀπόληψιν facit, & abſun tâ humiditate ſitim excitat.

4. Propter conſumtionem nativi caloris in co de & viſceribus. Repetitur hæc ſententia mul in locis. Aphor. IV, 48; VII, 74, in Prognoſ cis, &c.

CXVI. Οἱ συνεχέες διὰ τρίτης ἐπιτε νοντες, ἐπικίνδυνοι.

CXVI. *Febres*[1] *aſſiduæ, quæ ter quoque die*[2] *intenduntur, in periculum*[3] *d cunt.*

1. Quæ continenter affligunt abſque ulla miſſione.

2. Non ſimplici exacerbatione, quæ tertian convenit, ſed malignorum ſymptomatum, ut,

dor

doris, doloris, delirii, vigiliarum, ſitis incremento. Omnes febres continuæ, inquit Duretus, quæ διὰ τρίτης, id eſt, tertio die exacerbantur, cum acceſſione graviorum malorum, aut ſunt τριταιοφυεῖς, aut ἡμιτριταῖοι.

3. Quia id ipſum accidit à malignâ humoris birioſi corruptione, quæ circa cor in cava vena, vel in arteria orta fuit. Unde vel criſis funeſta ſequitur, vel vires vitales ſuccorum malignitate opprimuntur.

CXVII. Οἷσιν ἂν ποτὲ πυρετὸς διαλίπῃ, ἀκίνδυνον.

CXVII. *Si quibus aliquando febris* [1] *intermiſerit, periculum* [2] *abeſſe ſignificat.*

1. Id eſt, quando totalis adeſt exacerbationis remiſſio, ut fit in intermittentibus.

2. Quia tales febres malignæ & venenatæ inflammationis expertes ſunt. Vide Aphor. IV, 43.

CXVIII. Ἐν μακροῖς πυρετοῖσιν, ἢ φύματα, ἢ ἐς ἄρθρα πόνοι ἐγγίνονται, καὶ ἢν γίνωνται, οὐκ ἄγξηστοι.

CXVIII. *In febribus* [1] *longis, aut* [2] *tubercula, aut ad articulos dolores* [3] *proveniunt, quos neque tamen temere* [4] *fieri exiſtimandum eſt.*

1. Quæ protrahuntur ultra vigeſimum, ob difficilem materiæ peccantis alterationem, vel ob materiæ contumaciam reſiſtentem, vel propter naturæ imbecillitatem.

2. Ob cruditatem materiæ morbificæ ad cutim tranſlatam. Φύματα alias omnes corporis tumo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

res in quamcunque corporis partem erumpentes ſignificant. Poſſunt tamen hic ea quæ abſcedere nata ſunt, denotare. Ideò Celſus abſceſſus vocat, quod in totum corpus abſcedant, eoque velut humorum depoſitu à febribus vindicent.

3. Prolabente materiâ, diuturnitate temporis aliquo modo diſſoluta, inſenſiles, laxas & capaces articulorum membranas.

4. Denotant enim criticam materiæ morbificæ quodammodò deviċtæ tranſlationem, quâ de cauſâ conſtantibus viribus & ægro convaleſcente fieri debent.

CXIX. Κεφαλαλγίη ἐν ὀξεῖ, ὑποχόνδριον ἀνεσπασμένον, μὴ ῥυέντος αἵματος ἐκ ῥινέων, ἐς φρενιτικὸν περιΐσταται.

CXIX. *In præcipiti* [1] *morbo, capitis* [2] *dolor, & præcordia* [3] *revulſa, niſi ſanguis* [4] *ex naribus profluat, ad* [5] *phrenitidem deveniunt.*

1. Id eſt, acuto.

2. Vehemens ſcilicet & contumax, propter biliosum atque acrem ſanguinem cerebri membranas afficientem.

3. Seu ob diaphragmatis inflammationem, ob cujus conſenſum peritoneum quoque ſurſum trahitur, adeoque hypochondriacam tenſionem conſtituit: ſeu quod cerebro ex longo intervallo gravato, ac per febrium incendium plurimis vaporibus, aut bilioſis & acribus humoribus, oppleto, tandemque ipsâ febrium intenſione reſiccato nervorum principio, affectionis conſpirationem ſeptum tranſverſum ſentiat, nervorum communione conſentiens, ac ſiccitatis impendio velut

ſeſe

ſeſe contrahens, hypochondrium ipſum intro ellicet, ac velut abripiat.

4. Critica evacuatione.

5. Tam propter diaphragmatis inflammationem, quàm ob ferinum & intenſum capitis dolorem, denegatâ propter virium imbecillitatem criticâ evacuatione, cephalalgiæ febrili & hypochondriorum inflammationi alias propriâ. Marianus fundamentum hujus Coacæ in hypochondrio ἀνεσπασμένῳ ponit, quod raptum humorum ad ſuperiora, caput inprimis, quod ſuperâ parte ſitum, & doluit, ſignificat. At Foëſius ὑποχόνδριον tale, nullo proprio ſubſiſtente in præcordiis affectu, ad Hippocratis reſcripta rectè accommodari putat, idque quodam naturæ nutu & ad ſuperiora contentione fieri, in qua contractione neque dolor, neque inflammatio ſubſit.

CXX. Τὰ λειπυρικὰ, μὴ χολέρας ἐπιγινομένης, οὐ λύεται.

CXX. *Febres* 1 *lipyria, non niſi per* 2 *choleram effuſa bile,* 3 *ſolvuntur.*

1. Sic dictæ Aëtio, quòd interno foco exæſtuante, externa corporis λείπεται πυρὸς, ſeu in quibus exteriora frigent ſuperficialiter, interiora uruntur cum retentione excretorum, ſiti ingenti, pulſu parvo & obſcuro, quarum materia bilioſa & maligna focum ſuum in alvo obtinet.

2. Humidam nempè, ſeu morbum, quo ſuperius & inferiùs bilioſa effunduntur.

3. Quod per eum peccans materia, robore naturæ agente, in ſufficienti copia evacuatur.

CXXI. Ἴκτερος πρὸ μὲν τῆς ἑβδόμης ἡμέρης ἐπιγινόμενος, κακόν. ἑβδόμη δὲ καὶ ἐννάτη,

ἐννάτη, καὶ ἑνδεκάτη, καὶ τεσσαρεσκαιδεκάτη
κρίσιμον. μὴ σκληρύνων ὑποχόνδρια. ἢν
μὴ ἐνδοιαστόν.

CXXI. *Morbus* 1 *regius ſi ante die*
2 *ſeptimum* 3 *acceſſerit, malum* 4 *ſignifica*
ſeptimo 5 *autem, nono, undecimo, ac decim*
quarto, judicationem adfert, dum 6 *præco*
dia non induret. Quod ſi ſecus 7 *continga*
res in 8 *dubium vertitur.*

1. In quo bilis, ſanguini communicata, in c
tim effunditur, & totum corpus undique fla
colore inficit.

2. Quo alter quaternarius abſolvitur, & cuj
judicium à primo quaternario denuntiari ſole
ante quem etiam τὰ κρίσιμα non ſunt verè κρ
νοντα.

3. Scilicet in febribus.

4. Quod tempus ipſum ſymptomaticam tran
lationem, propter materiæ peccantis copiam,
naturæ ſuccumbentis imbecillitatem, dum am
plius humoribus imperare nequit, indicet.

5. Diebus nempè criticis.

6. Et quidem κατὰ λόγον, quod tum bilis co
cocta, à centro ad circumferentiam, à natura va
da pellatur.

7. Duritie ſeu primigeniâ, ſeu febris confect
riâ; quod fieri ſolet, ubi icteri cauſa eſt vel i
flammatio, vel ſcirrhus, aut tumor infimi ve
tris.

8. Si durities abſit.

9. Quod tum ſit ſymptomaticus, & periculu
ſit, è partium nobiliorum κακοπραγία. Apoll
niu

nius, μεγαλόσπλαγχνος, & Harmocrates, cum ὑποχονδρίου ἐντάσει λαπαρῶς, mortui ſunt.

CXXII. Αἱ πυκναὶ διὰ τῶν αὐτῶν ὑποστροφαὶ, περὶ κρίσιν αἱματώδεες, μελάνων ἐμέτων ποιέουσι. γίνονται δὲ καὶ τρομώδεες.

CXXII. [1] *Crebræ, iiſdem* [2] *perſeverantibus caſibus, morborum reverſiones, impendente* [3] *judicatione ſanguinem* [4] *profundentes, nigram* [5] *vomitionem excitant. Quintiam tremulos* [6] *ægros faciunt.*

1. Quales fieri ſolent in acutis imperfectè judicatis, ex reliquiis peccantis materiæ, accedentibus cauſis externis.

2. Iiſdem ſymptomatibus affligentibus. Vel, ut Duretus, & Hollerius, iiſdem periodis quaternariorum, ſeptenariorum & vicenariorum, ut, ſi morbus die ſeptimo deſierit, & undecimo repetierit, ac die undecimo judicationem ſubierit, & decimo quarto redierit. vel typo ſimili & æquali periodo, quod ferè accidit; vel importuna morbi exacerbatione, quæ loco non fit; vel præpropera excretione; vel à reliquiis, quæ ſuperſunt.

3. Inſtante criſi.

4. Diminutum, & cum profuſionis ſubſiſtentia. Alii legunt ἐμετώδεες, *vomiturientes*, nauſeabundam alvi & ventriculi proritationem ſignificare volunt, quam Hippocrates σμικρὰ ἐμέσματα ἐγγὺς ἀλλήλων ἰόντα vocat.

5. Ob copiam ſucci exaſſati, hæmorrhagiâ duntaxat diminuti, qui circa concoctionis membra collectus, & recidivæ præbet originem, & ſæpè varios & permixtos vomitus excitat.

6. Ob debilitatem nervoſi generis, viribus diuturni-

turnitate morbi fractis. Marcianus hunc apho ſmum ita legit: *Quicunque circa judicationem f quenter eodemque modo ſemper ad vomitum reverſ nes* (ὑποστροφὰς, non ad morborum recidivas, ad vomituum repetitiones refert, & pro αἱμ τώδεες, ἐμετώδεες quoque legit) *habent*, (irrita continuò naturâ, non à vitio in ſolidis partib hærente, nec à materia cruda; additur enim, c ca judicationem, quando & partium ſolidaru affectiones mitiores fiunt, & cruda materia pasſino maturata eſt: ſed à materia contumaci, q vel continuò in ſtomacho generatur, vel à vi nis partibus vomitionum occaſione in eunde confluit) *hi tandem vomitum nigrum incurri* (quod tùm humor atrabilarius, qui inter omn corporis humani humores viſcoſiſſimus eſt, diuturnas ſedes facit, educatur), *& tremor concipiunt* (nervoſo genere ad ventriculi læſione compatiente, vel vapore atrabilario ad idem e vato).

CXXIII. Τὰ ἐν τριταίοισι πυρετ ἀλγήματα παροξυνόμενα τριταιοφυῆ ποιέ σι, καὶ θρομβώδεα αἵματα διαχωρέει.

CXXIII. *Qui in febribus tertian* [1] *ingraveſcunt dolores, tertianarum* [2] *nat ram aſſumunt, & ſanguinis* [3] *grumos ſeceſſum egerunt.*

1. A materiâ ſolutionem continui inducen ſive illa ſit eadem cum humore febrim excitan ſive diverſa.

2. Et quidem ita, ut ſi ſit eadem materia, e dem quoque cum febri exacerbationes habea & quidem omnibus morbi temporibus, ſervan

ſemp

emper tempus paroxyſinorum conſuetum : ſi di-
erſa, quia quilibet humor ad motum paratus fa-
liùs commovetur ad motum alterius, quàm o-
nnibus aliis quieſcentibus, motus quidem cauſæ
oloris conſequi motum humoris febrem exci-
ntis conſequatur, ſed ita, ut modò in principio,
nodò in augmento, modò in declinatione, pro
ntione humoris & partis affectæ, dolores exacer-
entur. Commoto in tertianâ humore pituitoſo
c crudo colicam, nonniſi circa remiſſionem, exci-
ari veriſimile eſt, quod ad inſultum primum fe-
ris materia ad inteſtinum pervenire non poſſit;
c in vigore frigiditas ipſius à calore febrili tem-
eretur. Sed & ſubitâ febre dolores colicos, tertia-
arum periodum exactè ſervantes, Fernelius, &
allonius, obſervavere, & nobis nuper poſt imper-
ectam criſin in juvencula quadam puerpera vi-
ere licuit.

3. Quomodo hoc fiat, neſcio, niſi vel de lum-
orum doloribus ſumatur, ex Coaca 111, 5; vel de
atere dextro, vitio hepatis concurrente. Vide Mar-
ianum, ſectione ſecunda in Coacas, v. 94.

CXXIV. Ἐν πυρετοῖσι κατὰ φλέβα τὴν ἐν τῷ τραχήλῳ σφυγμὸς καὶ πόνος, ἐς δυσεντερίην ἀποτελευτᾷ.

CXXIV. *In [1] febribus, venæ quæ eſt n cervice [2] pulſatio & [3] dolor, rem ad inte-ſtinorum [4] difficultatem deducit.*

1. Quæ plenitudinem capitis adjunctam ha-
bent.

2. Aſpectabilis nempè, à vaſorum, quæ ad caput
pectant, plenitudine exorta.

3. Quem materia deorſum à capite tendens,
nter muſculorum ſpatia delata (humores deor-
ſum

ſum vergentes, non tantum per venas & poroſita-
tes, ſed & per carnes, feruntur), excitant. In co
lo autem præcipuè affligit, quod ſubſtantia ibi ſ
denſior, & plurimo ſenſu prædita, immediat
que capiti ſubjaceat.

4. Dyſenteriam, prout multi in Epidem. e
febre ardente poſt ſanguinis è naribus eruptione
εἰς δυσεντεριώδεα κατάστασιν περιεγένοντο, hu
more peccante eò potiùs, quam ad urinas, delat
quod is, ex prædominio calidus, cum exiguâ pitu
tæ, à calore febrili exuſtionem paſſæ, ideò ſalſæ
acris, portione miſceatur, & ideò ea facultate a
alvum fertur, & inteſtina, iiſdem adhærend
exulcerat, qua humores ex capite ſimpliciter ex
calefacto deſcendentes, & per talem alterationem
colliquati, ad vias urinæ tendunt.

CXXV. Τὸ μεταβάλλον πολλάκις χρῶ-
μα καὶ θερμασίην, χρήσιμον.

CXXV. *Frequens* [1] *color cum* [2] *calo-
re mutatio, bono* [3] *eſt.*

1. Quæ criticas evacuationes præcedere ali-
quando ſolet, ita ut, plethora, quæ ruborem faci
verſus partes interiores converſa, è rubro a
χλωρὸν· cacochymiâ verò bilioſâ à cute receden-
te, ex χλωρῷ ad rubrum, vel pallidum, fiat mu-
tatio.

2. Qui cum colore proportionaliter remittit.

3. Quia futuram criſin indicat. At, calore in
creſcente, ex rubro ad χλωρὸν tranſitus, aut ple-
thoram in bilioſum ſuccum abire, aut loco ſan-
guinis bilem à toto in caput ſeceſſiſſe, quorum
utrumque malum eſt, indicabit. Alii, quia viden
hujuſmodi inæqualitatem alibi damnari, &
ὁμαλῶς θερμὸν τὸ σῶμα commendari, pro χρησί-

μοις

μον, κρίσιμον legunt, quod in ea naturæ cum morbo concertatione, velut de tota lite judicium impendeat, naturaque ſpirituum calorem contra morbum, tanquam ſuccenturiatas copias, immittat.

CXXVI. Τοῖσι χολώδεσι πνεῦμα μέγα, καὶ πυρετὸς ὀξὺς μετὰ ὑποχονδρίου συντόνου, παρ' οὖς ἀφίστησιν.

CXXVI. *In bile*[1] *redundantibus magna*[2] *ſpiratio cum*[3] *febre acuta & præcordiorum*[4] *contenſione, abſceſſum*[5] *juxta aures promovet.*

1. Qui naturâ, vel diætâ copioſiore, bile abundant.

2. Ob cordis incandeſcentiam.

3. Propter bilis, in vaſis majoribus, & cordi propioribus, putreſcentis, naturam.

4. Quæ fit ſine dolore & inflammatione, propter conatum diaphragmatis, materiâ cum calore ſursùm tendente.

5. Scilicet ratione derivationis reliquiarum seu παρεγχύματος, cum alias prædicta ſigna potius hæmorrhagiam narium indicent. Marcianus hunc aphoriſmum ſumit de bilioſis, in quibus cacochymia bilioſa pituiteſcit; hypochondria vero cum magna reſpiratione, ob multam pituitæ admixtionem, quæ tumorem hepatis indolentem facit, tenduntur: abſceſſus denique ad aures ſunt, quod materia, utpote inter craſſam & tenuem media, parotidum ſit materia.

CXXVII. Οἱ ἐκ μακρῶν ἀναλαμβάνοντες

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

νοντες εὔσιτοι, μηδὲν ἐπιδιδόντες, ἐπιςρέφ…
σι κακοήθεις.

CXXVII. *Qui ex longa valetudi… ſeſe recolligentes [1] cibum bene ſumunt ac n… hil [2] proficiunt, ii maligne [3] relabuntur.*

1. Appetitu, qui per morbum proſtratus er… redeunte. Εὔσιτοι dicuntur οἱ τροφὴν λαμβάνο… τες καὶ ὀρεγόμενοι.

2. Nulla refectione corporis ſubſequente.

3. Vel per congeſtionem, ob imbecillitate… facultatis concoquentis de novo collectâ mate… morbificâ; vel quod in corpore vitium aliqu… adhuc deliteſcat, humor ſcilicet corruptus, qu… litas immoderata, vel aliud quid, cujus ratione… bus aſſumtus mox corrumpatur. Vide Aphor. 1… 8, & 31.

CXXVIII. Οἷσιν ἐν πυρετοῖσι φλέβ… αἱ ἐν κροτάφοισι σφυγματώδεες, καὶ πρόσω… πον ἐῤῥωμένον, καὶ ὑποχόνδριον μὴ λαπαρ… χρόνιον. ὅτε οὐ παύονται χωρὶς αἵματος ῥύσι… ἐκ ῥινῶν πολλῆς, ἢ λυγμοῦ, ἢ σπασμοῦ ἢ ὀδ… νης ἰσχίων.

CXXVIII. *Si venæ temporum in f… bribus [1] pulſent, & facies bene [2] habita fu… rit, abſque [3] præcordiorum mollitie, longu… fore [4] morbum ſperare oportet, qui nec ſi… [5] liberali ſanguinis ex naribus profuſion… aut [6] ſingultu, [7] aut convulſione, aut c… xendicum [8] dolore, deſinet.*

1. Ita ut ab ægro percipiantur, & ab adſtan…

b

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

bus conſpici poſſint. πηδηθμὸν φλεϐῶν vocat alibi Hippocrates.

2. Continuò affligentibus.

3. Succi plena & decora, quoad molem & colorem. πρόσωπον θαλερόν.

4. Cum hypochondriorum inflatione.

5. Quia denotat copiam peccantis materiæ, ejúſque perennem generationem.

6. Peccante materiâ propter concitatiorem motum excretricem ſtimulante.

7. Dum peccans humor ventriculum afficit.

8. Tranſeunte materiâ ad muſculoſum genus.

9. Propter laxitatem, & imbecillitatem, eo defluente materiâ.

CXXIX. Ε'ν καύσῳ κοιλίη καταῤῥαγεῖσα, θανάσιμον.

CXXIX. [1] *Alvus in febre* [2] *ardente affatim prorumpens, mortis* [3] *periculum adfert.*

1. Id eſt, quæ ἀθρόως καὶ πολλὰ, acervatim multa, excernit, & quidem ſymptomaticè. καταῤῥήγνυσθαι eſt effundi, & cum impetu decidere aut deturbari. Quibus paulatim & per multos dies in febribus ardentibus alvus dejecit, ſive bilioſa, ſive pituitoſa, ſive dyſenterica, evaſère.

2. Quæ fit non à pituitâ ſalsâ, quæ contingit ſenibus, & per alvum facillimè expurgatur, ſed à bile in majoribus vaſis putreſcente, cum vehementiſſimo æſtu ſitique inexplebili, linguæ ſcaritie, delirio, &c.

3. Tam propter corruptæ materiæ copiam, quàm propter ipſius malignitatem. Tantæ enim acrimoniæ tùm particeps ſit, ut omnes partes in tranſitu inflammare apta ſit. ſi quis in cauſo bi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

lioſo per alvi fluxum ſervatus eſt, aëris humidi[...] tati, quæ bilem temperavit, id attribuat neceſ[...] ſe eſt.

CXXX. Ἐκ κοιλίης ἀλγήματος ἐπι[...]πόνου πυρετὸς καυσώδης, ὀλέθριον.

CXXX. *Febris* [1] *ardens ex laborioſ[...]* [2] *ventris dolore, perniciem* [3] *minatur.*

1. Πυρετὸς καυσώδης, non cauſus exquiſitus.

2. Sive ab ileo & colicâ, ſive à dyſenteriâ, ſiv[...] ab internorum viſcerum inflammatione, aut ery[...]ſipelate. ἐπίπονον ἄλγημα, idem Foëſio, quod o[...] ἐπὶ τὰ σπλάγχνα πόνοι ἰσχυροί. Aphor. IV, 66.

3. Illius quidem reſpectu, quod præcedenti[...]bus doloribus & anxietatibus ita debilitatum e[...] corpus, ut, virium reſpectu, vehementiæ febr[...] reſiſtere nequeat: hujus verò ratione, quod pro[...]pter cauſæ gravitatem æger periclitatur. Intenſum hic incendium oritur, ac febris lipyriæ genus eſ[...] in quam tendens & degenerans *ardentem* Hi[p]pocrates ſcripſit.

CXXXI. Ἐν τοῖσι καυσώδεσιν ἤχ[...] προσγινομένων μετὰ ἀμβλυωγμοῦ, καὶ κατὰ ῥίνα[...] βάρους, ἐξίστανται μελαγχολικῶς μὴ αἱμο[...]ῤῥαγήσαντες.

CXXXI. *In febre* [1] *ardente labora[n]tibus, ſi aurium* [2] *ſonitus cum viſus* [3] *h[e]betudine & ad nares* [4] *gravitate accedan[t] niſi ſanguis* [5] *ex naribus profluat, furioſa [...] vehemens* [6] *mentis emotio metuenda eſt.*

1. Vide Coacam 29.

2. Ab interna cauſa, propter humoris craſſi, [...]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

put replentis, ſeu diſtentionem, ſeu reſolutionem, à vehementia caloris febrilis exortus.

3. Seu vaporibus impuris viſorium inſtrumentum occupantibus: ſeu ob ſanguinis melancholici plenitudinem.

4. Craſſo & nigro humore eò confluente, nec exitum habente. Dominante bile dolor potiùs capitis, ob naturalem humoris ad cerebri membranas aſcenſum, exoritur. Vide Prorrhet. l. 18.

5. Quo mediante capitis plenitudo tollatur.

6. Vel potius melancholicum delirium, quod ſuccus cerebrum infeſtans, ad atræ bilis naturam accedat.

CXXXII. Τοὺς ἐν καύσεσι τρόμους, παρακοπὴ λύει.

CXXXII. *In febribus [1] ardentibus [2] tremores delirio [3] ſolvuntur.*

1. Quæ focum habent in venis & arteriis majoribus.

2. Voluntarii pariter & involuntarii artuum motus, qui ob bilis acredinem & ebullitionem, quæque exitum non habet, oriuntur: cacochymiâ malignâ à venis ad nervos translatâ.

3. Non quidem ægris morbo defunctis, ſed gravioris mali, ob metaſtaſin materiæ, propter imbecillitatem partem magis principalem invadentis, ſucceſſione. λύειν hic impropriè pro ſucceſſione ſumitur, ut ἔκστασις μανίην, & febris convulſionem, tollit.

CXXXIII. Ἐν καύσῳ ῥύσις ἐκ μυκτήρων τεταρταίῳ, κακόν, ἢν μή τι ἄλλο ἀγαθὸν ξυμπίπτῃ. πεμπταίῳ δὲ ἧσσον κινδυνῶδες.

CXXXIII. *Sanguinis ex naribus [1] fluxus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

xus in febre [2] *ardente quarto die* [3] *obveniens,* *malo* [4] *eſt, niſi aliud quippiam* [5] *bene cecide-rit. Quod ſi die* [6] *quinto contingat,* [7] *minus adfert periculi.*

1. Sive ſtillicidium tantum intelligas, ſive flu-xum largiorem.

2. Ab humore bilioſo exortâ.

3. Qui tantum eſt ἐπίδηλος, non κρίσιμος.

4. Tum quod judicium firmum & ſtabile in diebus exacerbationum obveniat, hic verò talis non ſit; tum quod, quæ in quarto fiunt, fiant aut die quietiori; aut morbum per dies pares mo-veri ſignificent: quod & judicium difficile, & caſum ancipitem reddit. αἱ τεταρταῖαι αἱμοῤῥαγίαι δύσκριτοι.

5. Niſi alia ſigna concurrant, quæ judicii fir-mitudinem & ſtabilitatem adferunt, in morbo præſertim à cacochymia dependente, qualis eſt iſte.

6. Id eſt, impari.

7. Comparatè loquendo, quod ut impar cri-ticis evacuationibus quarto convenientior ſit, & morbo ita celeriter moto, ut eo tempore ad ἀκμὴ perveniat, perfecta in eo judicatio accidere poſ-ſit: hoc tamen habet incommodi, quod nimi principio morbi proximus ſit, quo tempore vi perfecta criſis fieri poteſt.

CXXXIV. Οἱ ἐν τοῖσι καυσώδεσι ὑποπεριψύχουσι διαχωρήμασι ὑδατοχόλοισι συχνοῖσιν, ὀφθαλμοῖσι κακὸν, ἄλλως τε κἢ κάτοχοι γίνωνται.

CXXXIV. *In febre* [1] *ardente labo-rantibus cum aliqua ſummi corporis* [2] *per*

frictione

frictione, egeſtionibus 3 *aquæ ſimilibus & crebris, oculis* 4 *periculum intenditur, tum verò præcipuè, ſi alto* 5 *ſtupore (quem catochon vocant) detineantur.*

1. Notâ nempè, & à permixtione bilioſorum cum frigidis & crudis ſuccis exorta.

2. Ob materiæ intrò motum & revocationem.

3. Et quidem ſymptomaticis.

4. Mallem συχνοῖσιν ad oculos referre, ut intelligantur oculi denſi, ob humorum impuritatem ſpiritus viſivos inficientem. *Perverſos* Duretus exponit, ob muſculorum utriuſque canthi convulſionem, à diſſipatione calidi nativi, quam febris & alvus ſoluta induxerunt, exortam.

5. Quod tres facultates principales vehementer labefactatas eſſe innuant.

6. Quod is miſcellam illam ad caput tranſmiſſam ibique fixam eſſe ſignificet. Vide Prorrh. 81.

CXXXV. Καῦσος ῥίγεος ἐπιγιγνομένου λύεται.

CXXXV. *Febrem* 1 *ardentem ſuccedens* 2 *rigor* 3 *ſolvit.*

1. Quam bilioſus & acris humor excitavit.

2. Illeque confertim, repentè & ſemel exortus, materiâ febris ardentis, primùm in venis mitificatâ, ad panniculum carnoſum & cutim, partem ignobilem, à naturâ victrice detruſâ.

3. Quòd rigorem ejuſmodi, interdum ſudor, interdum bilioſorum vomitus, interdum dejectio, non rarò conjunctim omnia prædicta excipiant.

CXXXVI. Καῦσοι ὑποστροπιάζειν εἰώθασι,

εἰώθασι, καὶ ἡμέρας τέσσαρας ἐπισημήναντες ἔπειτα ἐφιδρῶσι. εἰ δὲ μὴ, τῇ ἑβδόμῃ καὶ δεκάτῃ.

CXXXVI. *Febres* [1] *ardentes, quæ recurrere* [2] *ſolent, quatuor diebus* [3] *de ſe ſignificationem exhibent, deinde* [4] *exudant. Si minus, die* [5] *ſeptimo & undecimo.*

1. Quæ maxima ex parte fiunt permixtione materiæ inæqualis, ſeu crudæ & pituitoſæ cum biliofis conjunctæ.

2. Quia criſis perfectæ conditiones, nempe ἐρεθισμὸς, εὐφορία, & materiæ præparatio, non ſemper in his, ut in reliquis, adſunt.

3. Dum eos ſine terrificis ſymptomatis abſolvunt.

4. Non oppreſſione, quod fit in febrium initiis; nec exſolutione, quod fit naturâ fatiſcente diuturnitate morbi, ſed inchoatâ excretione.

5. Si ſcilicet talis conatus irritus eſt, expectari die decimo vel undecimo debet. Exemplaria quædam habent δεκάτῃ. At quia Hippocrates vult morborum reverſiones diebus Criticis procurari, & MSS. ἑνδεκάτῃ legunt, hoc potius retineri debet.

CXXXVII. Τοὺς καυσώδεας διακαίνουσιν αἱ τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέραι, κουφίζουσαι ἢ ἀναιροῦσαι.

CXXXVII. *De febre ardente* [1] *laborantibus dies* [2] *quatuordecim, aut allevando, aut perimendo, decernunt.*

1. Exquiſitâ nempe, non ſpuriâ.

2. Quàm

2. Quàm longiſſimo intervallo. Hic terminus acutis ſimpliciter, exactè acutis, & acutiſſimis, Aphor. 11, 23, conſtituitur, quòd à tenui & acri materiâ, quæ facilè ſolvitur, & naturam promptè ſtimulat, dependeant. Fiunt, & quinto, & ſeptimo, alterutrius exitus deciſiones.

CXXXVIII. Ἐκ καύσου μὴ γινομένου πυώδους παρ' οὖς ἀποστήματος, οὐ πάνυ σώζονται.

CXXXVIII. *Ex febre* [1] *ardente, niſi qui circa aurem ſit abſceſſus* [2] *ſuppuret, non admodum* 3 *liberantur.*

1. Quæ materiæ mixtæ ſuam debet originem.

2. Niſi tam robuſta virtus ſit, ut materia peccans ad ſuppurationem ducatur.

3. Materiâ ad partes principes regurgitante, & naturâ ſuccumbente. Sed & abſceſſu ſuppurato ſæpè ægri morbum trahunt, & raró convaleſcunt. Noſtris, inquit Foëſius, in regionibus rara eſt in his abſceſſibus ſuppuratio, fereque evaneſcunt ac diſcutiuntur hujuſmodi tubercula, nullo periculo, procuratis tamen per ſudores aut alvi fluxum evacuationibus. Id anno 1587 Metis in febribus ardentibus obſervavit.

CXXXIX. Οἱ ληθαργικοὶ τρομώδεες ἀπὸ χειρῶν, ὑπνώδεες, δύσχρωτες, οἰδηματώδεες, σφυγμοῖσι νωθροῖσι, καὶ μετέωρα τὰ ὑποφθάλμια, καὶ ἱδρῶτες ἐπιγίνονται, καὶ κοιλίας ὑποιδέουσι χολώδεας καὶ ἀκρατέας ἢν καταξήρους ἴχωσιν, οὖρα καὶ διαχωρήματα προΐοντα λαθραίως, τὸ οὖρον ὑποζυγίου, πιεῖν τε

σῖτον αἰτέουσιν, οὐδὲ θάτερον οὐδέν. ἔμφρονες γινόμενοι, τράχηλον ἐπώδυνόν φασιν ἔχειν καὶ διὰ τῶν ὤτων ἤχους διαΐσσειν.

CXXXIX. *Qui lethargo [1] aut ve*
terno conflictantur, ex manibus [2] tremun
ſomnolenti [3] ſunt, malè [4] colorati, [5] tumi
di, pulſus habent [6] tardos & lentos, ac ocu
lorum [7] genas inferiores [8] ſublatas, ſudo
res [9] ſuperveniunt, alvique [10] ſubtumeſcun
impotentes [11] ſunt, ac bilioſa [12] effundun
Quòd ſi reſiccatæ [13] fuerint, urinæ alviqu
recrementa [14] clam prodeunt: urinæ [15] qua
les in veterino genere redduntur: neque po
tum, [16] neque aliud quicquam poſtulan
Mentis verò [17] compotes facti, de cervi
cis [18] dolore conqueruntur, ac incertos ſo
nitus [19] per aures impetu ferri ſentiunt.

1. Propter pituitoſos humores in cerebro co
lectos, cum febri, ſopore & oblivione.

2. Materiâ peccante ſpinalem medullam circ
partem inferiorem afficiente.

3. Et quidem toto morbi tempore, & quiden
ita, ut ſint δυσέγερτοι. Unde Aretæus βαθὺ κώ
μα in eis ponit.

4. Pallidi, albicantes, lividi, tum propter calo
ris nativi oppreſſionem, ψύξις γὰρ ἔμφυτος ἡ αἰτί
tum propter ſomnolentiam, qui eſt ἀδελφὸς θα
νάτου.

5. Ob plurimam vaporum craſſorum mult
tudinem ex materiâ frigidâ in cerebro conclus
excitatam, tam à febre, quam calore imbecillo.

6. P

6. Per exolutionem, vel potius oppreſſionem, facultatis pulſificæ.

7. Ὑποφθάλμια Ruffo ſunt τὰ ὑπὸ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπανεστηκότα ὀστᾶ· hic pro cavitate genis ſubjectâ ſumuntur. κοῖλα, & ὑπόκοιλα, dicuntur.

8. Crudâ & flatuoſâ materiâ loco boni ſanguinis muſculorum ſpatia replente, ἐξ ἀπεψίας καὶ δυσαρεστήματος. Ruffus harum partium tumorem κοιλιδίαν dici ſcribit.

9. Tenues & frigidi, propter materiæ copiam & naturæ imbecillitatem.

10. Ob materiæ flatulentæ copiam. Φύσεων γὰρ συναγωγὴν λήθαργος.

11. Quod iis ſit ψυχρὸν τὸ κάτω ἔντερον καὶ προσκρίνειν νεκρῶδες, ut Aretæus ait; imum inteſtinum ſit frigidum, & ad excretionem mortuum. Quidam de ſynceris dejectionibus explicant, quæ raro in talibus apparent.

12. Cum liquidis & crudis, & quidem rebus jam deſperatis.

13. Id eſt, graciles & depreſſæ, non tumidæ.

14. Ἀπροαιρέτως, propter imbecillitatem illarum partium, quæ continentur in alvo, propter quam ſpiritibus naturalibus deſtitutæ in ſe ipſas concidunt, eodem modo, quo in ſumma virium exolutione tempora collabuntur.

15. Quod ſerum in venis à flatulento ſpiritu cum ardore febrili commiſceatur.

16. Propter ſenſus oppreſſionem, qui de indigentia neceſſariorum ſollicitus non eſt.

17. Liberato cerebro ab ejuſmodi cacochymia, quod rariſſimè fit.

18. Quia materia per tranſlationem à parte principaliori ad minus principalem transfertur, nimirum ad ſpinam, & proximè ad colli nervos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

19. Propter flatuum copiam, ibidem tempore morbi per reſolutionem putreſcentis materiæ collectam.

CXL. Ὁκόσοι δὲ σώζονται τῶν ληθαργικῶν, ἔμπυοι ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γίνονται.

CXL. *Qui verò ex lethargo* [1] *evadunt, magna ex parte pus* [2] *intrò colligunt.*

1. Quorum pauci ſunt, cum plerique oppreſsâ naturâ pereant.

2. Materiâ ad pectus decumbente, ibidemque, propter imbecillitatem facultatis expultricis, pulmonum vomicam generante. Ἔμπυοι, Galeno, οἱ ἐν τῇ μεταξὺ θώρακός τε καὶ πνεύμονος εὐρυχωρίᾳ πλῆθός τι πύου περιεχόμενον ἔχοντες. At Proſper Marcianus putat, abſque ſuppuratione aliquando judicatum iri lethargum, factâ ejuſdem materiæ expurgatione per ſputum, antequam in pus tranſmutetur, quod in angina ad pulmones converſa evenire ſolet; ſi per hujuſmodi decubitum morbus tolleretur. Credit itaque, lethargum & à cerebro, & à pulmone (Hippocrates de eo, lib. 2 de morbis, inter morbos pectoris tractat,) oriri, ut phrenitis & à cerebri & à diaphragmatis vel hepatis inflammatione oritur; hicque de eodem in genere agi. Lethargicos à cerebro magnâ ex parte interire: à pulmonibus per ſuppurationem plures ſervari.

CXLI. Ὁκόσοισι ἐν πυρετοῖσιν ἀκρίτως τὰ τρομώδεα παύεται, τουτέοισι χρόνῳ ἐς ἄρθρα ἀπόστασις ὀδυνώδης ἐκπύουσα, καὶ κύστις ἐπόδυνος.

CXLI: *Quos febris* [1] *detinet, ſi tremor abſque*

abſque [3] *judicatione* [2] *conquieſcit, iis temporis ſucceſſu abſceſſus* [4] *cum dolore purulenti* [5] *ad articulos decumbunt, & veſica dolet.*

1. Juvenes inprimis, quibus validæ, & ad πτυσμὸν, & ad excretionem, vires.

2. Initio febris, & quidem tremor, qui fit oppreſſione facultatis motricis à causâ morbificâ.

3. Sine propriâ criſi, quæ tremorem reſolveret. Per hæmorrhagiam talis fit.

4. Materiâ eò tranſlatâ, quod & in febribus diuturnis fieri, Coacâ 18, ſ. 2, diximus.

5. Materiâ prædictâ tandem à naturâ evictâ, & in intermediis muſculorum & articulorum ſpatiis in pus conversâ.

6. Quod materia acris unà cum ſanguinis ſero eò ablegetur. Unde urinæ ardor & ſtillicidium oriri poteſt. Interdum etiam eluvione quâdam, abſque partium illarum moleſto ſenſu erumpit.

CXLII. Τῶν πυρεσσόντων οἷσι μὲν ἐρυθήματα ἐπὶ προσώπων, καὶ πόνος κεφαλῆς ἰσχυρὸς, καὶ σφυγμὸς φλεβῶν, αἵματος ῥύσις τὰ πολλὰ γίνεται. οἷσι δὲ ἄσαι, καὶ καρδιωγμοὶ, καὶ πτυαλισμοὶ, ἔμετος. οἷσι δὲ ἐρυγμοὶ. φῦσαι, ψόφοι κοιλίης, καὶ ἐπάρσιες, καὶ ἐκταράξις κοιλίης.

CXLII. *Quos febris* [1] *detinet cum faciei* [2] *rubore, & capitis vehementi* [3] *dolore, in iis ſi venæ* [4] *pulſent, ſanguinis fluxus* [5] *plerumque expectandus eſt. Quos verò ſtomachi* [6] *faſtidia vexant, cum oris* [7] *ventriculi*

triculi morſu, & crebra [8] *ſputatione, iis vomitio* [9] *adfutura eſt. Quibus autem ructus* [10] *adſunt,* [11] *flatus, ventris* [12] *ſonitus cum inflatione, iis alvus* [13] *exturbatur.*

1. Acuta ſcilicet, cui propriè criſis convenit.

2. A ſuffuſione ſanguinis tenuis & bilioſi.

3. Quem ſanguis bilioſus & acris ad extimas maximéque ſenſiles & membranoſas capitis partes confluens excitat.

4. Temporales nempè arteriæ, hic communi φλεβῶν nomine ita appellatæ, & quidem aſpectabiliter, propter particularem à materiâ circa caput collectâ repletionem.

5. Criticus, ſi talia circa diem criticum concurrentia aliis ſignis contingunt.

6. Vehementia nempe, ſuâ ſponte oborta, cum anxietate.

7. Ob acredinem bilioſi humoris, quo tunicæ ventriculi, potiſſimum os ejus maximè ſenſile, vellicatur.

8. Propter continuitatem faucium & gulæ.

9. Materiæ eò vergentis expultrix.

10. Id eſt, halituoſi ſpiritus, & flatus in ventriculo collecti per os excretiones.

11. Spiritus craſſiores.

12. A materia in inteſtinis collectâ & criticè commotâ, ἐπάρσιες κοιλίης, quæ Hippocrates alibi τῶν ὑποχονδρείων κυρτώματα, vocat.

13. Criticè nempè, & ita, ut cum magnâ vi ſemel & repentè multa profluant. Ταράττειν, οὐ τὴν σύμμετρον ὑποχώρησιν, ἀλλὰ τὴν πλεονάζουσαν ſignificat.

CXLIII. Τοῖσι χρονίζουσιν ἀσφαλέως ἐν πυρετῷ ξυνεχεῖ, χωρὶς πόνου ἢ φλεγμονῆς,

ῆς, ἢ ἄλλης προφάσιος, ἀποστασιν προσ-
δέχεσθαι, μετὰ πόνου καὶ οἰδήματος, καὶ μᾶλλον ἐς
τὰ κάτω χωρία. προσδέχεσθαι δὲ δεῖ τὰς
ἀποστάσιας, τοῖσιν ὑπὲρ τριήκοντα ἔτεα μᾶλ-
λον, ὑποσκέπτεσθαι δὲ τουτέοισι τὰς ἀποστάσιας,
ἢν τὰς εἴκοσιν ἡμέρας πυρετὸς ὑπερβάλλη.
τοῖσι δὲ πρεσβυτέροισιν ἧσσον γίνονται, καὶ πολ-
λοῦ χρόνου γινομένων τῶν πυρετῶν. οἱ δὲ διαλεί-
ποντες καὶ λαμβάνοντες πεπλανημένως, φθι-
οπώρου μάλιστα ἐς τεταρταῖον ἐπιεικέως μεθί-
στανται, καὶ μᾶλλον τοῖσιν ὑπὲρ τὰ τριήκοντα
ἔτεα γεγονόσιν. αἱ δὲ ἀποστάσιες τοῦ χειμῶνος
γίνονταί τε μᾶλλον, καὶ παύονται βραδύτερον,
καὶ ἧσσον παλινδρομέουσι.

CXLIII. *Quibus febris* [1] *aſſidua diu-
tius cum ſecuritate* [2] *trahitur, ſi neque ex
dolore, neque ex inflammatione, neque ex
alia ulla manifeſta cauſa contingat, in iis
abſceſſum* [4] *cum dolore* [5] *& tumore, præci-
puéque ad* [6] *inferiores partes, ſperare oportet.
Maximè autem in his expectare abſceſſus
oportet, qui trigeſimum* [7] *annum ſuperarunt.
Tum verò in his conſiderandi ſunt abſceſſus,
ubi febris vigeſimum diem præterierit. Ma-
ioribus autem* [9] *natu minus* [10] *accidunt, etſi
febres longo tempore detinent. Quæ vero fe-
bres intermittunt,* [11] *incertoque ac vago or-
dine prehendunt, eæ, autumno* [12] *præcipue, in
quartanam fere* [13] *tranſeunt, idque in his*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

maxime 14 *qui trigeſimum annum ſuperarunt. Per hyemem vero* 15 *abſceſſus potius accidunt, & tardius* 16 *ceſſant,* 17 *minuſque recurrunt.*

1. Continua.

2. Ita ut cum ſignis ſpem reſtitutionis indicantibus ad quadrageſimum diem producatur.

3. Id eſt, ſi diuturnitatis cauſa nulla alia eſt, quàm quod materia ob copiam & contumaciam difficulter pepaſmum admittat.

4. Quod materia perfectâ criſi, ob conditionum neceſſariarum (tres hæ, libertas meatuum, virium valor, & materiæ obſequium) defectum, ſeparari non poſſit.

5. Quorum ille à peccante materiâ ad circumferentiam partium, hic propter laxitatem, excitatur.

6. Materiâ eò propter facilitatem receptionis decumbente.

7. Quòd illi, qui nondum ejuſmodi terminum ætatis attigerunt, citius perfectam criſin patiantur, cum iis virtus exſtimulans ſit robuſtior, & meatus patentiores. Marciano hic potius illi, qui ὑποτεσσαρακοντα, quam qui ſuperarunt, intelligi videntur; tum quod Prognoſticon idem velit; tùm quod in junioribus febris non ſit tam diuturna; tùm denique quòd in ſenioribus ſint carnes rariores, & per eas abſceſſus materia pertransire poſſit. Nihil tamen obeſt, quo minus hæc circumſcriptio latè ſumatur de ætate à 25, ad 35 annum, in quâ humores crudi & contumaces ob intemperantem vitam coacervantur.

8. Propterea quod ante vigeſimum potius criſis perfectior fiat per hæmorrhagiam & alium excretionis modum.

9. E

9. Et illis, qui ætate florentibus collati pro-ectiores ſunt, medii inter ſenes & juniores; & lis qui primum ſenium agunt, γεραίτεροι.

10. Quia hic virtus expultrix languet, mate-a peccans contumax & copioſa eſt, & meatus b ætatem contractiores.

11. Quales ſunt, quæ primò tertianarum ty-um obſervant, mox quotidie invadunt, mox iutius intermittunt, ſeu ob ἐπερχυσίαν humo-um, & partium obſeſſarum varietatem, ſeu à auſis extrinſecus illabentibus.

12. Inæquali ſcilicet, quia circa hoc tempus utis conſtringitur, humores intrò pelluntur, raſſiores, tenuiori ſucci portione per æſtatem ab-umptâ, redduntur, & quartanæ circuitibus, cum umor melancholicus per autumnum ingene-etur, anſa præbetur.

13. Ut ἐπιεικέως pro *utplurimum*, vel *facilè*, ventum reſpiciendo, ſumatur: poteſt tamen & landè verti, quod hic tranſitus fiat ſenſim, & x quodam temporis intervallo.

14. Quod illa ætas promptior ſit præcedenti-bus ad generationem quartanæ; quòd humores bilioſi remittant, & citius melancholicarum ſu-perfluitatum copia colligatur.

15. Quia tum humores craſſiores, & compa-ctum magis corpus.

16. Propter humorum contumaciam & cru-ditatem, temporiſque frigidam conſtitutionem.

17. Quòd peccans materia ſit immobilior, ut-pote frigidior & craſſior.

CXLIV. Τοῖσι δὲ πολλάκις ὑποτροπιασθεῖσιν, ἢν ἐξάμηνον ὑπερβάλλωσιν, ἰσχιαδικὴ φθίσις ἐπιεικέως γίνεται.

CXLIV. *Quibus autem ſæpius reci-*

divæ

divæ [1] *contingunt, ſi ſextum menſem* [2] *ſuperaverint, in tabem* [3] *coxariam fere incidunt.*

1. Non febris, ſed abſceſſuum. Non enim reddi ratio poteſt, cur potius in frequentibus febrium recidivis tabes coxaria, quàm ullus alius abſceſſus, contingat.

2. Tanquam ſpurium, qui terminus eſt, quo chronici morbi judicantur, & analogiam cum decimo quarto acutorum, qui à Lunæ motu reguntur, habet. Nam ſicuti hoc temporis ſpatio Luna ad oppoſitum ſignum defertur: ſic Sol, qui chronicis præeſt, ſex menſium ſpatio ad oppoſitum ſignum pervenit, & punctum è diametro oppoſitum attingit, quod à principio morbi habuit.

3. Quod ex longo & frequenti relapſu pars adeò imbecillis redditur, ut ſucci alibilis ſufficientem copiam attrahere nequeat. Foëſius id fieri ideò credit, quod coxa, cum pro articuli magnitudine, nervis, tendinibus ac ligamentis multis ſcateat, doloris magni & vigiliarum cauſa ſit, venæque in ea multâ materiæ copiâ refertæ & oppreſſæ, alimentum ad crus tranſmittere nequeant.

CXLV. Ὁκόσοι πυρετῷ ἀντιδίδοται, καὶ μὴ ἀποστηματώδεα σημεῖα, κακοήθεα.

CXLV. *Quæcunque febri ex adverſo* [1] *reſpondent, niſi abſceſſum* [2] *faciant, malignitatem* [3] *denuntiant.*

1. Id eſt, quæ in febre abſceſſuum notas faciunt, ac velut ex æquabilitate quâdam febri opponuntur, quaſi pro febre rependantur, eamque com-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

compenſent; qualia ſunt, in febre ſalutari, morbi diuturnitas & protractio, materiæ qualitas, tarditas, cruditas, & ad abſceſſum propenſio, urinarum tenuitas, &c.

2. Quem ſcilicet indicavêre.

3. Quod naturam ſuccumbere innuant. Alii hoc de iis ſumunt, quæ febris ſolutionem convenientem per criſin potiſſimùm perfectam non monſtrant, nec imperfectam quoque criſin per abſceſſum indicant, ita ut ἀντιδιδόνται legant. Nonnulli ἐνδίδονται, aut ἐνδίδοντα, ſcribunt, & eo quæ febri cedunt, & quæ cum ſignificationem ne ſe ediderint, remiſſiores aut languidiores habent impetus, in ipſoque curſu velut ſubſiſtunt & fatiſcunt, ut abſceſſum non faciant, intelligunt; quod ferè idem eſt.

CXLVI. Τῶν πυρετῶν, οἱ μή τε ἐν ἡμέρῃσι κρισίμοισι, μή τε μετὰ σημείων λυτηρίων ἀφιέντες ὑποτροπιάζουσι.

CXLVI. *Febres quæ neque diebus* [1] *criticis, neque poſt apparentes ſolutionis* [2] *notas, dimittunt, repetere ſolent.*

1. Vide Coacam l. 80.

2. Quæ ſunt ejuſmodi in perpetuo pepaſmo, excretioni cujuſque morbi propria, & critico abſceſſu omni ratione laudabili, denique in iis, quæ jure & loco apparent & fiunt. Vide Coacam l. 48.

CXLVII. Τὰ ὀξέα τῶν νοσημάτων ἐν ἡμέρῃσι κρίνεται τεσσαρεσκαίδεκα.

CXLVII. *In præcipitibus morbis, judicatio*

dicatio in quatuordecim diebus expectanda eſt.

Vide II Coacar. 37. Repetitur Aphor. II, 23, & l. de judicationibus.

CXLVIII. Τριταῖος ἀκριβὴς ἐν πέντε, ἢ ἐν ἑπτὰ περιόδοισιν, ἢ τὸ μακρότατον ἐν ἐννέα, κρίνεται.

CXLVIII. *Tertiana* [1] *exacta quinto* [2] *aut ſeptimo, aut ſummum nono circuitu terminatur.*

1. Intermittens febris biliosa, de tertio in tertium affligens, quæ à flavâ purâ ac tenui bile putreſcente, per ſenſiles corporis partes delata, in corporibus bilioſis, vigente ætate, tempore potiſſimùm æſtivo, oritur, & cujus paroxyſmus ad ſummum eſt duodecim horarum.

2. Prout materia eſt mitior vel contumacior. Vide Aphor. IV, 59.

CXLIX. Οἷσιν ἀρχομένοισι πυρέσσειν αἵματος στάξιες ἐκ ῥινῶν παρέμεῦ γινομένυ, λευκὴν ὑπόστασιν τὸ οὖρον ἴσχει ἐν τῇ τετάρτῃ, λύσιν ἐν τῇ ἑβδόμῃ σημαίνει.

CXLIX. *Febricitare* [1] *incipientibus, ſanguinis* [2] *ſtillationes cum* [3] *ſternutatione accedentes, & quod in urina deſidet album* [4] *quarto die viſum, ſeptimo* [5] *ſolutionem afferre denuntiant.*

1. Febre nempè acutâ, cujus celerrimi ſunt motus, & ideò celeres mutationes & criſes, maximè verò juvenibus bilioſis.

2. Le-

2. Levicula nempe ex naribus ſanguinis ſtilli-
dia, imperfectâ criſi oborta, quæ aliàs, quia
uca & quia in initiis, formidabilia eſſe ſolent.
3. A facultate cerebri validiore, id, quod mo-
tum eſt, excludere tentantis.
4. Illudque æquale ſimul & læve, perfectæ
ncoctionis & criſis futuræ ſignum.
5. Non tam propter liberalem hæmorrhagiam,
σεως enim, non κρίσεως, vocabulo utitur;
àm abſque manifeſtâ evacuatione. Cum enim
ateria morbifica perfectè ſit concocta, cujus
ina illa ſignum, non poterit à naturâ mitifica-
ἐρεθισμῷ eidem moleſta eſſe, quæ evacuatio-
m criticam neceſſariò antecedere debet.

CL. Τὰ δὲ ὀξέα κρίνεται αἵματος ἐκ ῥί-
ν ῥυέντος ἐν κρισίμῳ, καὶ ἱδρῶτος πολλοῦ γε-
μένου, καὶ οὔρου πυώδεος καὶ ὑαλώδεος γενομέ-
, ὑπόστασιν χρηστὴν ἔχοντος, καὶ ἀθρόου γενο-
μένου. καὶ ἀποστήματος ἀξιολόγου, καὶ κοιλίης
υξώδεος καὶ αἱματώδεος, καὶ ἐξαπίνης κα-
ῤῥαγείσης, καὶ ἐμέτων οὐ μοχθηρῶν κατὰ
ρίσιν.

CL. *Morbi verò præcipites & acuti ef-
uente ex naribus ſanguine judicatione* [1] *ab-
lvuntur, idque die judicatorio, ac ſudo-* [2] *copioſo exorto, urinaque* [3] *purulenta ac
vitrea affatim* [5] *reddita, in qua quod ſub-
dit* [6]*, laudabile ſit, aut abſceſſu effatu* [7] *di-
no, & alvo* [8] *mucoſa & ſanguinea deji-
iente, ac de repente prorumpente, vomitio-
nibuſ-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

nibuſque non pravis ſub judicationem contingentibus.

1. Quando ſe talia ſigna offerunt, qualia in diverſis aphoriſmis præcedentibus attacta ſunt.

2. Quem plerumque urinæ ſuppreſſio, ob materiæ identitatem, rigor, ob ſenſilium partium al acrimoniâ ſeri ſtimulationem, pulſus mollis fluctuans & undoſus, ob ſanguinis ſeroſi ebullitionem, & calor ac humidus quaſi vapor, in circumferentia corporis præcedunt.

3. Puri ſimilis, craſſa, alba, copioſa, & cum multo ſedimento. Dicitur talis, ob ſimilitudinem, tùm quod talis ſit cum pure ſedimentorum in urinis ὁμοιότητος ratio, ut Eraſiſtratus febricitantium ſedimenta merum pus eſſe crederet: tùm quod tantum ferè naturæ robur præ ſe ferant quanta in puris generatione functionum naturalium eſt benignitas, ob quam Galenus ſemen puri ſimile eſſe dixit. Et certè urina optima, quæ ſubſidentiam facit albam, levem & æqualem dum mingitur, antequam ſubſideat, craſſa eſt, ejus inſtar, in qua pus admixtum eſt.

4. Vitrum fuſum referens; Hanc poſtea διέξοδον ὑαλοειδῆ in convulſionis ſolutione vocat. Videtur & γονοειδὲς οὖρον vocari.

5. Quod in omni bona criſi requiritur.

6. Album nempe, æquale, leve, quale optimum urinarum ſedimentum Hippocrates in Prænotionibus definivit.

7. Qui nec ſit minor dignitate, neque viribus major appareat, ſeu qui fiat, ut Galenus loquitur, ἀξίως τῆς περιβολῆς τοῦ νοσήματος εἰς τὰ κάτω τοῦ σώματος.

8. Mucoſa, dum pituitoſa per alvum prodeunt.

9. Dum

9. Dum invaleſcente acrimoniâ ramentoſa ac ſtigmentoſa egeruntur, eaque tandem in dyſenterias abeunt.

10. Id eſt, non talibus, quales ſinceræ, virulentæ, æruginoſæ, quæque ἐμέσματα ἄκριτα, ἰσώδεα, in Prorrhet. Hippocrates vocat.

CLI. Ὕπνοι βαθέες, μὴ ταραχώδεες, βεβαίαν κρίσιν σημαίνουσιν· οἱ δὲ ταραχώδεες μετ' ἀλγήματος σώματος, ἀβέβαιοι.

CLI. *Profundi [1] ſomni neque [2] turbulenti, judicii firmitatem [3] denuntiant, turbulenti [4] vero non ſine [5] corporis offenſione, inſtabiles [6] ſunt & infirmi.*

1. Per aliquot poſt factam criſin dies, ita ut neceſſitati reſpondeatur. Viſi qui, poſtquam aliquot dies vigilaſſent, δυσδιέγερτον ὕπνον dormivêre.

2. Ita ut ægri & placidè ſopore quieſcant, & alacriter eodem ſolvantur.

3. Quia naturæ robur, & materiæ morbificæ plenam ſecretionem.

4. Interrupti cum nugis, commotione, excitatione, perculsâ mente, delirioque proximâ. Eſt enim ταραχὴ abſolutè dicta cerebri alteratio, quæ in propinquo delirium eſſe denuntiat.

5. Id eſt, laſſitudine & gravitate, vel dolore, propter paucitatem vel impuritatem ſpiritus animalis, & morbifici humoris cruditatem, πόνον ποιέοντες in Aphoriſmis dicuntur.

6. Quia ſignificant naturam adhuc imbecillem, vi morbificarum reliquiarum plurimum affici.

CLII. Ἑβδομαίοισιν, ἢ ἐνναταίοισιν, ἢ τεσσα-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

τεσσαρεσκαιδεκαταίοισι ῥύσιες ἐκ ῥινέων λύε
σιν ὡς ἐπιτοπολὺ τοὺς πυρετούς. ὁμοίως δὲ ,
κοιλίης ῥύσις χολώδης, καὶ δυσεντεριώδης,
πόνος γουνάτων, ἢ ἰσχίων, καὶ οὖρον πεπανθ
πρὸς τὴν κρίσιν, ἐν γυναικὶ δὲ καὶ ἐπιμην
νίων ῥύσις.

CLII. *Quibus ex naribus fluxiones*
1 *quæ ſeptimo, nono, aut decimo quarto d*
contingunt, ut plurimum à febribus vindi
cant. Eodem vero modo & bilioſus 2 *alv*
fluxus, & qualis in inteſtinorum 3 *difficul*
tate fieri aſſolet, ac genuum & coxendicum
4 *dolor, urinaque ſub judicationem* 5 *conco*
cta, & verò in muliere 6 *menſium proflu*
vium.

1. Acutâ ſcilicet & continuâ, cujus terminu
decimusquartus.

2. Diarrhœa videlicet critica.

3. Id eſt, dyſenteriâ, interno abſceſſu per al
vum ſoluto.

4. Imperfectâ criſi tranſlatâ à partibus nobilio
ribus ad ignobiliores materiâ.

5. Robore naturæ ſeſe exerente.

6. Scilicet critice morbum ſolvit, quando cor
pus per uterum, tanquam naturale ſuperfluitatum
receptaculum, expurgatur, evacuatione confer
tim factâ, diebus judicatoriis. Id factum Lariſ
ſææ virgini, l. 3 Epidem. ægr. 12.

CLIII. Οἱ ἐν πυρετοῖσιν αἱμοῤῥαγήσαν
τες ἱκανῶς ὁκοθενοῦν, ἐν τῇσιν ἀναλήψεσ
κοιλίαι καθυγραίνονται.

CLIII

CLIII. *Quibus* [1] *per* [2] *febres alicunde ſanguis* [3] *largiter effluxerit, iis, dum ſeſe* [4] *recolligunt, alvi humeſcentes* [5] *effunduntur.*

1. Cujuſcunque illi ſint ætatis & ſexus.

2. Acutas nempè, & alios acutos morbos, ut pleuritidem.

3. Vel narium hæmorrhagiâ, vel menſtruo profluvio, vel repetitâ ſæpius ſanguinis detractione per venæ brachii, aut malleoli, apertionem.

4. Circa declinationem & diſceſſionem morbi. Alii ἀνάληψιν de refectione per alimenta ſumunt.

5. Propter diſſolutionem caloris nativi per hæmorrhagiam factam, concoctione debilitatâ, iiſdemque intermiſſione functionis ignavioribus, ad quæ fluxus lienteriæ ſimilis ſubſequitur. καθυγραίνεσθαι profuſiores alvos ſignificat, quæ crudis excrementis feruntur. Vide Aphor. IV, 27.

CLIV. Οἱ ἐν πυρετοῖσιν ἐφιδρώοντες, κεφαλαλγέες, κοιλίην ἀπολελαμμένοι, σπασμώδεες.

CLIV. *Qui* [1] *per* [2] *febres tenuiter* [3] *exudant, cum capitis* [4] *dolore & alvo* [5] *intercepta, ad convulſiones proni ſunt.*

1. Πληθωρικοῖς αἰτίοις à ſpiritu & diætâ multum oppreſſi.

2. Acutas nempè, ipſarumque initia.

3. Potiſſimum circa caput, per expreſſionem à plenitudinis oppreſſione.

4. Ob acrimoniam peccantis materiæ eò delatæ, &, quia exitu deſtituitur, ſenſiles cerebri membranas vellicantis.

5. Sti-

5. Stimulo facultatis expultricis ad ſuperiora commoto. κοιλίην ἀπολελαμμένοι ſunt illi, quibus κοιλίη ἐπεχομένη, &, ut Erotianus explicat, ἐστεγνωμένη. Vide Prorrhet. 115.

CLV. Αἱ ἐπ' ὀλίγον θρασέως παρακρούσιες, ϗ θηριώδη ϗ σπασμὸν σημαίνουσι.

CLV. *Quæ ſenſim feroces fiunt mentis emotiones, in ferinas evadunt, & convulſiones portendunt.*

Vide Coac. 185.

CLVI. Σπασμὸς ἐν πυρετῷ γινόμενος, ϗ παυόμενος αὐθημερὸν, ἀγαθόν.

CLVI. *Convulſio in febre ſuborta, eademque die deſinens, bono eſt.*

Quod paucitatem materiæ peccantis & naturæ robur indicet. Unde potius facultatis agentis causâ, quàm propter ferociam malignitatis orta fuit.

CLVII. Σπασμὸς ἐν πυρετῷ γινόμενος, παύει τὸν πυρετὸν αὐθημερὸν, ἢ τῇ ὑστεραίῃ, ἢ τῇ τρίτῃ. ὑπερβάλλων δὲ τὴν ὥρην ἐν ᾗ ἤρξατο, ϗ μὴ παυόμενος, κακόν.

CLVII. *Convulſio* [1] *in febre ſuborta febrem* [2] *primo die, aut poſtero, aut tertio, finit. Quod ſi horam qua prehendit, ſuperet nec deſinat,* [3] *malo eſt.*

1. Per repletionem nempè.

2. Tranſlatâ plenitudinis à venis ad muſculoſum genus materiâ in illa copia, ut paucis diebus

discut

diſcuti queat, ubi propter illum naturæ conatum, calore excitato, qui materiam exagitatam tenuat, & in habitum diſſipat, febris quoque diſſolvitur.

3. Quia ſignum eſt, cauſam convulſionis graviorem eſſe, quàm ut citò diſcuti queat, quocirca talis affectio febri ſuperveniens eſt ſymptomatica & periculoſa.

CLVIII. Οἱ διαλείποντες, ἀνομάλως χλιαινόμενοι, κοιλίης ἐμφυσωμένης, μικρὰ διαδιδούσης, ὀσφυαλγήσασι μετὰ κρίσιν, τουτέοισι κοιλίαι καταῤῥήγνυνται. οἱ δὲ προσκαέες πρὸς χεῖρα, νωθροὶ, διψώδεες, ἀσώδεες, κοιλίης ἀπειλημμένης, βαρυνόμενοι ἐκλύονται. ἔστι δ' ὅτε καὶ τὰ ἐξέρυθρα ἐν ποσὶ κατακαύματα, τὰ αὐτὰ σημαίνει.

CLVIII. *Qui per febres* [1] *intermittentes, inæqualiter* [2] *incaleſcentes, alvum habent* [3] *flatibus diſtentam, pauca tranſmittentem, iis poſt judicationem* [4] *lumborum dolore ſuborto, alvi* [5] *prorumpunt. Qui autem ad manus contactum* [6] *exardeſcunt,* [7] *torpore,* [8] *ſiti ac corporis* [9] *incontinenti jactatione vexantur, ii alvo* [10] *intercepta gravati* [11] *exolvuntur. Interdum vero etiam prærubra in pedibus* [12] *ambuſta eadem* [13] *denuntiant.*

1. Quarum materia eſt extra venas.

2. Calore modò deſinente, modò repetente, ob magnam humorum putreſcentium inæqualitatem. Χλιαίνεσθαι dicit Hippocrates de his, qui

 ſenſim

ſenſim concaleſcunt, & febribus moderatis detinentur.

3. Meſenterio etiam febris fomitem fovente & excrementis in alvo coctis in flatum reſolutis.

4. Ab humoribus jam febre ſolutâ circa ventrem agitatis.

5. Excitatâ excretrice ab acrimonia inæqualis & craſſæ materiæ, à calore febrili exuſtæ.

6. Quod febris utpote à tenui materiâ dependens, ardentior ſit. περικαέες πρὸς χεῖρα, ardentem febricitantes dicuntur, quod ad manus tactum vehementiſſimus ardor percipiatur.

7. Propter debilitatem facultatis animalis.

8. Propter exuſtionem ſtomachi.

9. Ratione caloris præter naturam, in vitali principio plurimùm aucti.

10. Fæcibus ob ardorem reſiccatis.

11. Tenui illâ & acri materiâ ſurſum ad ventrem ſcandente, & os ventriculi mordente.

12. A criſi apparentia, καταπληγώματα vocat, quæ poſtea φωΐδας dixit.

13. Nempè ſi, recurrente ad ventrem humore, evaneſcant. Ex acri enim & mordaci materia concalfactâ lancinante fiunt. Undè etiam æſtuoſi & ſiticuloſi ægri redduntur.

CLIX. Οἱ χειμερινοὶ τεταρταῖοι πυρετοὶ, ἐπιεικέως μεθίστανται ἐς τὰς ὀξείας νόσους.

CLIX. *Hibernæ* [1] *quartanæ fere in morbos acutos* [2] *tranſeunt.*

1. Quæ vel hyeme ipsâ, vel eâdem inſtante, oriuntur, quas πρὸς τὸν χειμῶνα συνάπτοντας dixit Aphor. II, 25.

2. Quod materia morbifica, quo in quartana ab intra foris movetur, frigore hyemis ad centrum

trum & intima viſcerum depulſa, eventilatione negatâ στῆψιν concipiat. Addit *ferè*, quod id raro fiat, tùm quod natura in contrarias molitiones ſine violentiâ non agatur: tùm quod cauſæ graves & inter eas victus intemperantia, intercedant neceſſe eſt: tum denique quòd quartanæ hibernæ ſint rariſſimæ. Ex medicamentorum purgantium & ſudoriferorum intempeſtivo uſu, ſolet ſimplex quartana in duplicem, & triplicem, abire, quod & Cademo Philoſopho ex uſu Theriacæ accidiſſe Galenus, lib. 2, de arte curativa ad Glauconem, meminit. Dixit etiam morbos, non febres, ut & illi intelligi poſſint, qui abſque febre fiunt.

TITULUS II.

De Capitis dolore.

CLX. Κεφαλῆς πόνος σύντονος μετ' ὀξέος πυρετοῦ, καὶ ἄλλου σημείου τῶν δυσκόλων, θανάσιμον. ἄνευ δὲ σημείου φαύλου, ὑπερβάλλοντας εἴκοσιν ἡμέρας, αἵματος ῥύσιν, ἢ πύον ἐκ ῥινὸς, ἢ ἀποστάσιας ἐς τὰ κάτω σημαίνει. μάλιστα μὲν νεωτέροισι τῶν τριήκοντα πέντε τὰς ῥύσιας· τοῖσι δὲ πρεσβυτέροισι, τὰς ἀποστάσιας προσδέχεσθαι. περὶ μέτωπον δὲ καὶ κροτάφους ὄντος τοῦ πόνου, καὶ συντόμου, τὰς ῥύσιας.

CLX. *In febre* [1] *acuta continens* [2] *capitis dolor, cum gravibus aliis* [3] *ſignis, mortem* [4] *minatur. Quod ſi neque alia præterea* [5] *ſigna mala ſunt, & viginti dies* [6] *ſuperat,*

perat, aut ſanguinis [7] *ex naribus aut* [8] *puris effluxum, aut abſceſſus* [9] *ad inferiores corporis partes, denuntiat. Præcipue quidem in his qui nondum trigeſimum quintum annum attigerunt,* [10] *fluxiones; in ſenioribus autem* [11] *abſceſſus, ſperare convenit. Si vero dolor vehemens* [12] *circa frontem ac tempora affligat, fluxiones* [13] *expectandæ ſunt.*

1. Tam primigenia, quàm ſymptomatica, qualis inflammationem cerebri conſequi ſolet.

2. Illeque ingens (in Prognoſtico ἰσχυρὰν καὶ ξυνεχῆ ὀδύνην dixit) à cauſa multa & acri, ſeu ſanguine bile perfuſo, in capite collecta, vel aliunde tranſlata, nec exitum habente, abſque ullâ ſympathiæ vel criticæ perturbationis ſuſpicione.

3. Ut æruginoſæ bilis crebra & pauca vomitione, cervicis dolore, delirio, δύσκολον, quod alias ἀκίνδυνον ſignificat. hic ſigna θανατώδεα innuit.

4. Vel citam & præter expectationem medicorum venientem, vel quæ circa tertium, quintum & ſeptimum adveniat, inprimis ſi æruginoſa vomuerint. Cauſa virium proſtratio, propter ſpirituum per doloris contumaciam exhauſtum; cum ſymptomatum variorum acceſſu.

5. Quæ vel fluxus perennitatem, vel partium principum vitium indicent.

6. Quo tempore leniora incipiunt fieri omnia ratione celeritatis, vehementiæ & aſſiduitatis.

7. Materiâ jam pepaſmo ſubactâ, quæ cruda adhuc ſeptimo excerni non potuit.

8. Humore cephalalgiæ cauſa, poſtquam nec per hæmorrhagiam narium, nec per διαφόρησιν tolli potuit, à calore nativo in pus converſo, mox expulſo.

9. Ma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

9. Materiâ à nobiliſſima & officinali parte ad ignobiles per καταῤῥοπὴν detruſâ. Virgini Abderitanæ à ſurditate ſuperſtes remanſit pedum dolor.

10. Quod per juventutem & pubertatem, naturæ virtus, materiæ digeſtio, & meatuum libertas, quæ tria ad excretionem ſunt neceſſaria, ſint prompta.

11. Naturâ per illam ætatem medio modo ſe habente.

12. Quòd illarum partium venæ ſint craſſiſſimæ, & cerebrum ibi uberius jaceat, eſt intenſiſſimus.

13. E naribus ſcilicet, quod cauſæ cephalalgicæ motus non citius deſinat, quam ad oſcula venarum delata, iiſdem recluſis foras prorumpat. συντομον πόνον Hippocrates, in Prognoſtico, νεαρὴν ὀδύνην vocat. Galenus σφοδρὰν exponit, quod recentes dolores plerumque intendantur. Nihil tamen etiam obeſt, quo minus hæc συντομία de velocitate & vehementia doloris, aut qui magis recenti conveniat, intelligatur; quod morbi qui primis circuitionibus judicium ſubeunt, excretionibus ferè abſolvantur.

CLXI. Οἷσι κεφαλαλγίαι καὶ ἦχοι ἀπυρέτοισι, καὶ σκοτοδινίη, καὶ φωνῆς βραδυτὴς, καὶ ναρκὴ χειρῶν, ἢ ἀποπληκτοὺς, ἢ ἐπιληπτικοὺς προσδέχου τούτους ἔσεσθαι, ἢ καὶ ἐπιλήσμονας.

CLXI. *Qui capitis* [1] *doloribus & aurium* [2] *tinnitibus citra* [3] *febrem, aut tenebricoſa* [4] *vertigine, & vocis* [5] *tarditate, manuumque ſtupore, tentantur, in iis aut* [6] *ſide-*

[6] ſiderationem, aut morbum [7] comitialem, aut etiam [8] oblivionem, ſperare convenit.

1. Ita ut modò antica, modò poſtica, modò dextra, modò ſiniſtra pars doleat, cerebro vel à domeſtica cauſa, vel per ſympathiam, affecto.

2. Iiſque ſono diverſis, prout flatuum craſſities aut tenuitas, meatuum amplitudo vel anguſtia, & expultricis robur vel imbecillitas, tulerit.

3. Seu in cerebro, tanquam foco, contentam; ſeu in inferioribus partibus ſtabulantem.

4. In qua à turbulenti ſpiritus in cerebro à flatulento ſpiritu & craſſo humore commotione caput circumagitur, & oculi caligant.

5. Inexplicato ſermone, ac velut balbutiente linguâ, muſculis & nervis ejuſdem à nimio humore irrigatis. βαρύτητα in Prorrhet. vocat. manuumque ſtupore, nervorum cervicalium propagine, ac ſpinâ dorſi, humoris affluxum ex poſteriore cerebri parte, ſentiente, ita ut inchoatam oppilationem patiantur.

6. Id eſt, apoplexiam, in qua ægri motu & ſenſu repentè privantur, materiâ ad rete mirabile ſubitò commotâ.

7. Principio nervorum vellicato, & conſtructione meatuum inducta, ad quam ſenſibilium partium expulſio & totius corporis motus convulſorius ſequitur.

8. Seu lethargum, materiâ, quæ exhalare non potis, putredinem concipiente.

CLXII. Οἱ κεφαλαλγέες, κατόχως παρακρούοντες, κοιλίης ἀπολειφθείσης, ὄμμα θρασυνθέντες, ἀνθηροὶ, ὀπισθοτονώδεες γίνονται.

CLXII.

CLXII. *Ex capite* [1] *dolentes, & alto ſtupore* [2] *(quem catochum dicunt) detenti, ac delirantes, cum alvi* [3] *interceptione & ferociente* [4] *intuitu,* [5] *floridi, in ſcapulas rigeſcunt, ac poſteriorum* [6] *partium diſtentione tentantur.*

1. Firmiter nempè membranis ab humore fixo, ſtabili, & atræ bilis participe, lancinatis.

2. Vel potius firmiter delirantes, ita ut κατόχως perinde ſumatur, ac ſumſiſſe veteres Galenus ſcripſit, cum ait, τὰ κάτοχά φασι τὰ βεβαίως ἱδρυμένα, καὶ οἷον κατεχόμενα νοσήματα. Catocha vocant morbos firmiter fixos, quod eandem cauſam indicat. Catochum hic ita ſimpliciter vocatum intelligi non poſſe vocat Duretus, l. 2 de capitis dolore, Coac. 2.

3. Quæ, tanquam cauſa & repletionis ipſius capitis, & affectionis nervoſarum partium, concurrit; & tanti momenti eſt, ut ſola convulſionem prædicere poſſit: quod in pueris dentientibus evenire Ariſtoteles notavit.

4. Quod oculi in ſympathiam primum omnium pertrahantur. Ideo in ſuſpicione delirii ab hypochondriorum pulſu, conſiderandos attentè, alicubi Hippocrates præcipit.

5. Vultu rubore ſuffuſo, quod plethoræ cephalicæ æſtuantis ſignum eſt.

6. Opiſthotonici evadunt, cervice ad ſcapulas reducta, niſi hæmorrhagiâ liberali, parotidibus aut alvi profluvio liberali ab opiſthotono vindicentur.

CLXIII. Τὰ ὑποσείοντα κεφαλῆς ὄμματα ἐξέρυθρα, παρακρούοντα σαφῶς, ὀλέθρια.

οὐ ξυναποθνήσκει τοῦτο, ἀλλὰ παρ' οὓς οἴδημ
ποιεῖ.

CLXIII. *Quæ caput quodammod* [1] *concutiunt, cum intenſa oculorum* [2] *rube dine, ac manifeſto* [3] *delirio, perniciem* [4] *de nuntiant. Neque tamen hoc ad mortem* [5] *co mitatur, verum circa aurem* [6] *tumorem ex citat.*

1. Id eſt, impetu quaſi facto, intrinſecus pertun dunt quaſi & pungunt, quod vel bilis ſurſum a caput excurrens, vel vapor in capite collectus, fa cere ſolet. Τὰ σείοντα κεφαλὴν in affectata obſcu ritate reponit Galenus.

2. Ob decubitum materiæ климa bilioſæ ex dura me ninge & pericranio in proprias oculorum mem branas, tanquam illius propagines.

3. Quod ſe notis omnibus aperit propter bili flavæ in atram permutationem.

4. Niſi hæmorrhagia narium ſanguinis incen dium reſtinxerit, aut copiam depleverit; & qui dem ſummam doloris acrimoniam & partis offi cinalis corruptionem.

5. Equidem ξυναποθνήσκειν dicitur de morbis diuturnis mortem tandem adferentibus. Duretus tamen legit, *citò commoriuntur*, ita ut ſit correctio τῆς ὀλέθρια, niſi vel hæmorrhagiam vel abſceſſum faciant ponè aures.

6. Derivationem nempe ſanguinis liberalem non habentis. Marcianus, qui hunc aphoriſmum, de vapore in cerebro genito, meningas ipſius impetu quodam pungente, ab internis ad externa moto, ſumit; poſteriora verba ita intelligit, ut ſenſum habeant, non tantum ex illis ſymptomatibus

ægrum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

ægrum mori, ſed etiam tumore ad aures, ob humorem copioſum ad partes externas impetum facientem, exorto, qui potius per epigeneſin & mali propagationem, auribus cerebro compatientibus ratione glandularum, quàm materiæ tranſlatione ab internis ad externa, ſuperveniat.

CLXIV. Κεφαλαλγίαι μεθ' ἕδρης καὶ αἰδοίων ἀλγήματος, καὶ νωθρότητα καὶ ἀκρασίην παρέχει, καὶ φωνὴν παραλύει. ταῦτα οὐ χαλεπά, ὑπνώδεες δὲ καὶ λυγγώδεες γίνονται ἐννάτῳ μηνὶ ἐκ τούτων. φωνῆς λυθείσης ἐς τὸ αὐτὸ καθίστανται.

CLXIV. *Dolor capitis cum ſedis ac pudendorum dolore, torporem ac impotentiam adfert, vocemque exolvit, neque iſta moleſtiam exhibent. Verum ex his ſomnolenti ac ſingultuoſi nono menſe evadunt, & voce libera reddita in integrum reſtituuntur.*

Hæc prognoſis, inquit Duretus, confuſaneam habet ſilvam ſignorum, quæ neque ſunt pathognomonica, neque epigenomena per neceſſariam acceſſionem aut ſucceſſionem, neque epiphænomena. Et certè ſedis ac pudendorum dolor nihil habent cum capite conſenſionis. *Dolor capitis* equidem, ut Foëſii verbis utar, affecto humiditate plurima, cum ſedis ac pudendorum dolore, torporem ac impotentiam adfert, vocemque exolvit, neque iſta moleſtiam exhibent. Verum ex his ſomnolenti ac ſingultuoſi nono menſe evadunt, & voce libera reddita in integrum reſtituuntur.

CLXV. Ἀσκαριδώδεες δὲ γινόμενοι ἐν κε-

 φαλαλ-

φαλαλγίῃ, κώφωσις καὶ κῶμα παραγκολου-θοῦντα, τὰ παρ' οὖς ἐπαίρει.

CLXV. *Lumbricis vero* [1] *tenuibus & longis (qui aſcarides dicuntur) in capitis* [2] *dolore vexatis, conſequente* [3] *ſurditate & [4] ſopore, tubercula* [5] *ad aures excitantur.*

1. In auribus nempè, in quibus non minus naſcuntur, quam in pudendo muliebri naſci Hippocr. l. 2 de morbis mulierum, teſtatur. Aliàs, ſi de illis, qui in inferiore craſſioris inteſtini parte gignuntur, accipiatur, verè nihil habebunt cum aurium abſceſſibus commune.

2. Vel potius cum capitis dolore, à materia pituitoſa cum caloris abundantia, exorto.

3. Mota ad locum abſceſſus materia.

4. Qui ab ejuſdem copia excitatur.

5. Quæ materia conveniens excitat. Vide Prorrhet. 168.

CLXVI. Οἱ κεφαλαλγέες, καὶ κάτοχως ὀδυνώδεες, ὄμμα ἐξέρυθρον, αἱμοῤῥοεῖ.

CLXVI. *Qui capitis dolore vexantur, ac alto ſtupore (quem catochum vocant) cum dolore detinentur, oculos habent prærubros, in iis ſanguinis profluvium ſperandum eſt.*

Ad hanc Coacam ita Duretus: Cephalalgiæ prægrandis & firmiter fixæ, tùm criticæ, tùm ſymptomaticæ, propria eſt hæc hæmorrhagia: ſed ea tum præclarè facit ad ægri ſalutem, quando primis incidit cephalalgiæ periodis: ſic enim periculo defungitur æger, quod propè aberat; ſi ea ſit pro-

fuſa,

fuſa, faciatque ut cephalalgicus ſuæ ſit mentis. Plurimum autem facit ad hæmorrhagiæ opinionem faciendam ſaturatus oculi rubor, modò is non liveſcat, quod ſignum eſt τῆς νεκρώσεως. Cæterùm, melius illud κατόχως de fixo & pertinaci dolore exponitur, ut ſuperius diximus. Difficulter enim concipi poteſt, quomodo illi qui alto ſtupore detinentur, dolere poſſint. *Sanguinem* autem *profundere oculos* docet Prorrheticum illud, τραχῆλου ὀδυνώδεα ὄμματα ἐξέρυθρα, αἱμοῤῥαγικά.

CLXVII. Τὰ σείοντα κεφαλὴν, καὶ ἠχώδεα αἱμοῤῥοεῖ, ἢ γυναικὶ τὰ γυναικεῖα, καταβιβάζει, ἄλλως τε καὶ ἢν κατὰ ῥάχιν καῦμα παρακολουθέῃ. ἴσως δὲ καὶ δυσεντερικά.

CLXVII. *Quæ caput* [1] *concutiunt, & aurium* [2] *ſonitus excitant, ſanguinem è naribus* [3] *profundunt, aut mulieri menſtrua* [4] *deturbant, idque præſertim ſi ad ſpinam* [5] *ardor conſequatur. Fortaſſe etiam difficultas* [6] *inteſtinorum exſpectanda eſt.*

1. Ita ut micent & palpitent temporum arteriæ, cum moleſto partium vicinarum ictu, ob humoris fervidi, vaporoſi & æſtuantis ἀναδρομὴν, qui ſimul vaſa inflat & attollit, dum exitum non habet.

2. Eoſque, pro ratione materiæ reſolubilis, meatuum & facultatis agentis diverſitate, diverſos, à flatu ſonoro in auribus concluſo excitatos.

3. Ἀναδρομῇ illâ non citius quieſcente, quam ad extremas venarum oras delatus humor, ἀναστόμωσιν faciat.

4. Et quidem liberaliter.

5. Hic enim humorem in majoribus vaſis ebullire, dum in magna vena & arteria, quæ ſpinæ incumbit, exæſtuat, viam per uterum affectare, oſtendit.

6. In ſenibus inprimis. Seniorum enim propriæ ſunt dyſenteriæ. Hæc Eratonis ſervo & Mylo accidit. Vide Prorrhet. 143.

CLXVIII. Οἱ καρηβαρικοὶ, καὶ βρέγμα ὀδυνώδεες, ἄγρυπνοι, αἱμοῤῥαγέουσιν, ἄλλως τε καὶ ἢν τις ἐς τράχηλον συντείνῃ.

CLXVIII. *Qui capite [1] gravati ad ſynciput dolorem [2] ſentiunt, pervigilio [3] torquentur, iis ſanguinis eruptionem [4] fore ſpes eſt, tum vero præcipue ſi aliquis contenſionis [5] ſenſus ad cervicem pertingat.*

1. Ex repletione ejuſdem, ſeu ob affluxum ſeu ob congeſtum. τὸ βάρος nonniſi pro cauſa, ut ita dicam, conjuncta uſurpatur. Cum πόνος & τάσις non raro ſympathiæ ſint conſectaria.

2. Tanquam illam capitis partem, quæ & venas craſſiores ac ſanguine multo repletas habent, & cerebri ubertatem majorem.

3. Spiritibus à materia acri & tenui diſtractis.

4. Facultatis expultricis virtute, & meatuum anaſtomoſi, quam ſanguis bile perfuſus infert.

5. Quam conſpicuus micantium arteriarum, à particulari earum repletione per recurſum, pulſus oſtendit. Vide Prorrhet. 135.

CLXIX. Τὰ ἐν κεφαλαλγίῃσιν ἰώδεα ἐμέσματα μετὰ κωφώσιος, ἀγρυπνοῖσι ταχὺ ἐκμαίνει.

CLXIX. *Vomitus virulenti & [1] æruginoſi*

inoſi in capitis [2] *doloribus cum* [3] *ſurditate & [4] inſomnia, promptam* [5] *inſaniam ſignificant.*

1. Iique crebri & parci.

2. Acerbis, & funeſtis, niſi hæmorrhagiâ ſolantur, à bilis aduſtæ copiâ exortis.

3. Morbi acuti & turbulenti conſectaria, labeſactatâ audiendi facultate.

4. Propter calidam & ſiccam cerebri intemperiem, quam bilis aduſtæ copia peperit.

5. Ob ventriculi cum durâ meninge & cerebro ſympathiam. *Promptam* verò dicit, quod humorum calidorum, tenuium & acrium, cita ad viorem expeditio eſſe ſoleat, ut in Philiſta. Vide rorrhet. 10.

CLXX. Οἷσι κεφαλῆς καὶ τραχήλου πόνος, καὶ ὅλου δέ τις ἀκρατίη τρομώδης, αἱμοῤῥαγίη λύει. αὐτὰρ καὶ οὕτω χρόνῳ λύονται. αἱ δὲ ύστιες ἐν τουτέῳ ἀπολαμβάνονται.

CLXX. *Quibus* [1] *capitis* [2] *& cervis dolor, ac totius* [3] *corporis impotentia quaam cum* [4] *tremore adeſt, ab his ſanguiis* [5] *eruptio liberat, fortaſſiſque iſta tandem diſſolvuntur. Verum interim veſicæ* [7] *interpiuntur.*

1. A repletione ſeu plethorâ productus.

2. Aut per excurſum ab inferioribus, aut per uſæ morbificæ in cervicalem medullam propationem.

3. Seu ab oppreſſione à plethorâ proveniente, u ab principii nervorum imbecillitate per ſym-

 pathiam

pathiam contracta, quæ jure vicinitatis & ſocieta-
tis propagationem cauſæ morbificæ à principio in-
troducta movet.

4. Ab oppreſſione exorta, ſeu ea ſit per tranſ-
lationem humoris morbifici à venis ad nervos,
ſeu per progreſſum in producta, ut Duretus lo-
quitur.

5. Quod hæc ſit plethoræ vacuatio. Accidit hoc
in Pythione.

6. Id eſt, intra diem quadrageſimum, ſi vir-
validæ fuerint, & pepaſmi ſigna præceſſerint. ut in
Pythione per ſputa ὑποπέπονα.

7. Ob στραγγουριώδη ἀπόστασιν, urinæ proluvie[m]
abradentem, qualis Pythioni poſt tremorem pro-
fluxit. Solenne etiam aliquando eſt, effuſâ aliqu-
per partes ſuperiores evacuatione, inferiores vi-
intercludi.

CLXXI. Ἐν τῇσιν ὀξείῃσι κεφαλαλ-
γίῃσι, καὶ τῇσιν ναρκώδεσι μετὰ βάρεος, ἐθέλ-
σπασμώδεα γίνεσθαι.

CLXXI. *In gravibus & acutis* [1] *ca-
pitis doloribus, cum torpore* [2] *& gravitat-
ſenſu, proclives* [3] *ſunt convulſiones.*

1. Quos repletio ipſius capitis cauſatur.

2. Quod nervorum principium opprimatur.

3. Quod plenitudo nervorum latitudinem c-
latet, longitudinem minuat. Duretus hunc aph-
riſmum ad veſicæ interceptionem refert, quæ ſi-
ſit primaria, ſive ad acutum morbum ſequatu-
urinâ ſuppreſſâ ad caput recurrente convulſione-
adfert, maximè ſi vel exſolutionem veſicæ vel ej-
ἀναισθησίαν conſequatur. Tum enim cerebru-
in conſenſum trahitur, generis ſimilitudine & v-
ſorum communione.

CLXXI

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

CLXXII. Κεφαλαλγίην λύει πῦον διὰ ῥινῶν, ἢ πτύελα παχέα καὶ ἄνοσμα, λύει καὶ ἑλκέων ἔκθυσις, ποτὲ δὲ καὶ ὕπνος, καὶ κοιλίης ῥύσις.

CLXXII. *Ex capitis [1] dolore [2] liberat pus è [3] naribus effluens, aut ſputa [4] craſſa & inodora. Liberat quoque & ulcerum [5] eruptio, interdum vero & [6] ſomnus, ac alvi [7] fluxus.*

1. Fixo nempè, humoris frigidi & craſſi ſobole, qui, ad vigeſimum uſque diem productus, nullam ſpem hæmorrhagiæ facit.

2. Et quidem tàm perfectè, ut nihil reliquiarum maneat, causâ conjunctâ amotâ, & parte obſeſsâ ſolutâ.

3. In quod humor cephalalgicus nec per διαφόρησιν, nec per αἱμοῤῥαγίαν evacuatus, abiit.

4. Quorum illa pepaſmum; hæc partis integritatem ſignificat.

5. Materiâ dolorificâ ichorosâ,& acri,ad cutem repulsâ. τὸ ἐκθύειν idem quod ἐξορμᾶν.

6. A ſuavitate anathymiaſeos, & cerebri temperatâ conſtitutione.

7. Quod etiam in ſurditate, ophthalmiâ accidit, materiâ à parte officinali & ignobili ad inteſtina detruſa.

CLXXIII. Κεφαλῆς ἄλγημα μέτριον μετὰ δίψης νηδιούσης, ἢ μετὰ ἱδρῶτος μὴ λύοντος τῶν πυρετῶν, ἀποστάσιας ἐν οὔλοισιν, ἢ παρ' οὖς σημαίνει, μὴ κοιλίης ἐκταραχθείσης.

CLXXIII. *Moderatus capitis [1] dolor*

cum

cum inexhauſta [2] *ſiti, aut ſudore* [3] *febre non ſolvente, gingivarum* [4] *abſceſſus, a circa aures* [5] *tubercula denuntiat, niſi alvu* [6] *erumpat.*

1. A levi intemperie vel inferiorum partiu ſympathia.

2. Imò potius alvina, à ſiti totius corporis pulmonum diſtincta, quæ à pituita ſalſa, vel hu more bilioſo alvo innatante procedit. νηδύϊ κ ἔντερα καὶ ἐντόσθια, τουτέστι, τὰ κατὰ νηδὺν σπλάγχνα denotant. Cornarius *cibum capiente* vertit, ut ſen ſus ſit, ſitim adeſſe cum appetentia ob ſucci me lancholici præſentiam, partes ventriculi ſuperio ris obſidentis, unde facilis evaporatio ad capu ut Marcianus explicat, quæ acrimoniâ membrana cerebri ferit. Poteſt pro νηδυούσης legi ἠπίου ὄση ut placabilis & moderata ſitis, cum moderato ca pitis dolore, intelligatur. Ἤπιον Heſychio eſt πρᾶον ἡσυχόν.

3. Quod per eum materia dolorifica potius ex primatur, quàm excernatur.

4. Vel ob prolapſum catarrhi in gingivas, vel causa ſitis per continuitatem tunicæ interioris al vi, palato & ori communis.

5. Præſertim ſi cum capitis dolore ſurditas ſit conjuncta.

6. Quâ eruptione & parotidibus materia ſub trahitur, & eædem exortæ diſcutiuntur, ut in Clazomenio. Marcianus duplicem hic ſuccum concurrere putat: Melancholicum in ventriculo, pituitoſum in cerebro. Illum ſenſim caput petentem cum hoc miſceri, ideo moderatum dolorem excitare: permiſtum, febrili calore adjuvante, in gingivas quidem, quæ fortè per ſitim ante patiebantur, decumbere; in aures verò iis, quos ſu-

dores

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

dores febrem non ſolventes concomitabantur, delabi.

CLXXIV. Κεφαλαλγίη καρώδης μετὰ βαρέος, ποιεῖ τι σπασμῶδες.

CLXXIV. *Capitis dolor cum ſopore & gravitatis ſenſu, quodammodo convulſionem accerſit.*

Hanc Coacam vide explicatam Coaca 171.

CLXXV. Οἱ κεφαλαλγικοὶ, διψώδεες, ὑπάγρυπνοι, ἀσαφέες, ἀδύνατοι, ἐπὶ κοιλίῃ ὑγρῇ κοπιώδεες. ἦ ῥά γε ἐξανίστανται.

CLXXV. *Qui capitis* 1 *dolore,* 2 *ſiti, levi* 3 *pervigilio detinentur, obſcure* 4 *loquuntur, ad motum* 5 *impotentes, humeſcente* 6 *alvo laſſitudine* 7 *vexantur. In iis fortaſſe* 8 *inſania metuenda eſt.*

1. Et quidem acri, à bile effera, cum ſanguine permixta, concitato.

2. Alvinâ nempè, ob ſtomachi cum cerebro ſympathiam.

3. Ob calidam & ſiccam cerebri intemperiem, quam bilis intulit.

4. Vel ob virium infirmitatem, vel inſtrumentorum vocis propter ſiccitatem vitio.

5. Proſtratâ animali facultate.

6. Ita ut bilioſa, meraca & ſpumantia ejiciantur.

7. Laſſitudine nempè ulcerosâ, quæ, biliosâ materiâ ad caput tranſlatâ, delirii prænuntia eſſe ſolet.

8. Quod per vigilias & doloris acerbitatem, bilis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

bilis flava facilè in æruginoſam & atram abea
Vide Prorrhet. 38.

CLXXVI. Κεφαλαλγέες, ὑπόκωφο
χεῖρας τρομώδεες, τράχηλον ὀδυνώδεες, ȣ
ρέοντες μέλανα δεδασυσμένα, ἐμέοντες μέλανα
ὀλέθριοι.

CLXXVI. *Qui capite dolent cum l*
vi [1] *aliqua ſurditate, manuum* [2] *tremor*
cervicis [3] *dolore, nigricantes* [4] *reddentes ur*
nas & [5] *denſas, ii, ſi nigra* [6] *vomitione refu*
derint, pernicioſe [7] *habere ſuſpicandi ſint.*

1. Læsâ illarum partium, undè meatus, cont
nuitate.

2. Causâ dolorem excitante ad cervicis medu
lam, unde manuum nervi, propagatâ.

3. Pertracto in conſenſum doloris nervorum
principio, ita ut nulla doloris cauſa extrinſeca i
muſculoſum genus incidat.

4. Non tam ab humore melancholico atro
quam à ſanguinis ſero vehementi æſtu aduſto.

5. Tales, quæ & ſubſtantiam denſam, id eſ
ita craſſam, ut nihil diaphani appareat; & hyp
ſtaſin ipſam non modò craſſam, ſed etiam in u
num coactam, & totam ſibi cohærentem. Eſt ἐπ-
ίδοσις τῆς ἀσαφείας.

6. Ventriculo in ſympathiam adducto, & ma
teriâ eidem communicatâ.

7. Quod animali & naturali facultate per tal
ſymptomata exoluta, vitalis quoque diſſolvatu
Vide Prorrhet. 95.

CLXXVII. Οἱ κεφαλαλγέες, ἐφ
δρῶντες, κοιλίην ἀπειλημμένοι, σπασμώδεες

CLXXVI

CLXXVII. *Tenuiter exudantes cum apitis dolore & alvo intercepta, ad convul-ſiones proni ſunt.*

Vide Coacam 154.

TITULUS III.

De Caro & Comate.

CLXXVIII. Τὸ καρῶδες πανταχοῦ κακόν.

CLXXVIII. *Sopor* [1] *profundus & ultus omnino* [2] *damnandus eſt.*

1. Seu κάρος νοσώδης, qui & δυσδιέγερτος κατάστασις dicitur, à fixo cerebri vitio procedens; on ille qui leviter affligit, ut in ebrietate, vel ix, ut in ſomno critico non turbulento.

2. Quod ingentem noxam à frigido & humi-o ſucco illatam innuat, unde principes actiones erebri læduntur. Carus ab apoplexià libertate ffert.

CLXXIX. Οἱ κωματώδεες ἐν ἀρχῇσι νόμενοι μετὰ κεφαλῆς, ὀσφύος, τραχήλου, ποχονδρίου ὀδύνης, ἀγρυπνέοντες, ἦ ῥά γε φρε-τικοί; πυκτὴς ἐν τουτέοισιν ἀποστάζων, ὀλέ-θριον, ἄλλως τε καὶ τεταρταίοισιν ἐοῦσι, ἢ ἀρ-χομένοισι. Κακὸν δὲ καὶ κοιλίης περίπλυσις ξέρυθρος.

CLXXIX. *Qui inter* [2] *initia ſopo-* [1] *detenti,* [3] *capitis, lumborum* [4], *cervi-cis,*

cis, [5] *præcordiorum dolore ac* [6] *inſomnia c… flictantur, conſiderandi num phrenitici* [7] *… vadant. In his narium* [8] *ſtillatio pernici… oſtentat, tum vero vel maxime, ſi qua…* [9] *die, aut inter* [10] *initia contingat. Alvi q… que* [11] *prærubra proluvies, malo* [12] *eſt.*

1. Comate nempe ἀγρύπνῳ, ab æquali bili… pituitæ in cerebro ſtabulantis mixturâ exorto. … eò tum oculis connivent, eóſque interdum a… riunt.

2. Cum nec exoluti cerebri, nec refriger… febrili ardore, ſuſpicio eſſe poteſt.

3. A bile duram meningem irritante.

4. Quem cauſa morbifica à cerebro in ſpi… lem medullam propagata, vel ejuſdem à lun… ad caput decurſus, infert.

5. Materiam perpetuò generantium & ad… put mittentium.

6. Qualis in comate vigili eſſe ſolet.

7. Pituitâ ardore bilis abſumptâ.

8. Si ſimul eſt meraca. Innuit namque, n… ram imperio ſuo ab humorum copia excuſſam… vires vehementer laborare. Tertio die bon… hæmorrhagia.

9. Quod id fiat contra naturam morbi, c… paroxyſmi diebus imparibus accedunt. On… περισσότης quæ in ἀρτιασμὸν abit, facit τὸ δύσ… τον θανατῶδες.

10. Id eſt, primo morbi appulſu, quem τ… τὴν εἰσβολὴν nominant.

11. Cruenta & perpetua, carniumque lo… ſimilis.

12. Quod labefactati hepatis ſignum ſit. V… tur hoc ἐπεγγυὲς poſt ſigna ὁμοειδῆ appoſit…

innuatur, quo plures facultates pluraque viſce-
in vitio ſunt, eo res ægri pejus ire. Vide Pror-
etica.

CLXXX. Οἱ κωματώδεες ἐξ ἀρχῆς ἐ-
ιδρώοντες, οὔροισι πέποσι, καυσικοὶ, ἀκρί-
ως δὲ περιψύχοντες, διὰ ταχέων περικαέες,
θροὶ, κωματώδεες, σπασμώδεες, ὀλέθριοι.

CLXXX. *Qui ſopore* [1] *oppreſſi cir-*
a [2] *initia, tenuiter* [3] *exudantes, concoctas*
urinas emittunt, cum magna [5] *corporis*
ſtuatione, citra [6] *judicationem verò* [7] *per-*
igeſcunt, & rurſum ex brevibus interval-
s [8] *peruruntur, torpore* [9], [10] *ſopore, aut*
convulſione tenaci, pernicioſe [12] *affecti*
nt.

1. Comate eſſentiali laborantes.
2. Cum omnia ſunt cruda.
3. Humore caput opprimente expreſſo.
4. Quod præter rationem fit ab initio. Alias
hil eſt, quod ſigna critica à letalibus diſtinguat,
ıam urinæ concoctio. Duretus *permoleſtus* ver-
, quæ cum labore excernuntur, non veſicæ ſed
ieno vitio.
5. Seu febrili ardore. τὰ καυσικὰ dicuntur
orbi, in quibus ardor viget.
6. Sine ſignis & cauſis ſalutaribus.
7. Ut Philiſcus, qui viſus eſt febris in ſummo
dore expers.
8. Conceptæ in viſceribus flammæ appulſu. Vi-
e Coac. 50.
9. Ab exſolutione principii nervorum.
10. Ob eandem cauſam.

11. Ner-

11. Nervoſo genere affecto.

12. Quod ſymptomate à principii exolutio... in morbo inveterato tentantur.

CLXXXI. Οἱ κωματώδεες ὕπνοι, ... αἱ καταψύξιες, ὀλέθριον.

CLXXXI. *Somni,* [1] *quales ſopore ... preſſis, & totius* [2] *corporis perfrictiones, p... niciem oſtentant.*

1. Id eſt, profundi, à quibus ægrè excitatu... ger, propter validam principii nervorum refri... rationem. κῶμα βαθὺ dicitur Hippocrati, ut... βαθὺ & ὑπνῶδες.

2. Quas σφοδρὰς ψύξεις τοῦ ἐγκεφάλου voca... Foëſius per καταψύξεις, lethargicas affectiones ... ideò innui cum Galeno exiſtimat, quod celeb... ſit hujus præſagii, ut Prorrhetici auctori, per κῶ... lethargum denuntiare.

CLXXXII. Κωματώδεας, κοπιώδε... κεκωφωμένους, κοιλίης κατεῤῥωγυίης, ἐρυθ... διελθόντα περὶ κρίσιν, ὠφελέει.

CLXXXII. *Sopore, laſſitudine ... ſurditate,* [1] *tentatos, alvus erumpens & ... judicationem rubra demittens,* [2] *juvat.*

1. Per ſympathiam cum inferioribus partib... affecto capite.

2. Causâ antecedente criticè evacuatâ.

CLXXXIII. Κωματώδεες, ἀσώδει... ὑποχόνδριον ὀδυνώδεες, σμικρὰ ἐμετώδεες ... τὰ παρ' οὓς ἴσχουσι, προσόθεν δὲ περὶ τὸ πρό... σωπον ἐπάρματα μετὰ κώματος.

CLXXXII...

CLXXXIII. *Qui ſopore [1] detinen-ur cum incontinenti [2] corporis jactatione, ræcordiorum [3] dolore, & parva [4] vomitio-e, ii tubercula [5] ad aures habent. Sed & ntea circa faciem [6] tumores apparent cum pore.*

1. Id eſt, comate ſeu ſympathetico, quod, tra-to in conſenſum capite, viſcerum affectiones ex-itant; ſeu primario, quod facies turgida prodit.

2. Ita ut decubitus omnis figuræ ſint incapa-es. Duretus ciborum faſtidium addit, ob bilis ad entriculum appulſum, ipſiuſque exſolutionem.

3. Ob jecoris inflammationem, bile in ven-iculum exudante & duobus jecore & ventriculo ciatis nervis affectis.

4. Propter cauſam eandem.

5. Et in primario comate neceſſariò, niſi alvi oluvies materiam parotidum tollat: in ſympa-etico verò ex eventu, ſi nempè hæmorrhagiæ choatæ derivatio fiat ponè aures. Vide Pror-et. 165.

6. Qui oſtendunt, jam præternaturaliter affe-um caput, facilius tranſlatum crudum & copio-m humorem, tuberculi futuri cauſam, ſuſci-ere.

CLXXXIV. Τὰ ἐξαίφνης παρακρού-οντα ἀλυσμῷ, αἱμοῤῥαγικά.

CLXXXIV. *Quibus in morbis ſub-a fit mentis [1] perculſio, cum inquieta cor-ris [2] jactatione, iis ſanguinis [3] eruptionem re ſpes eſt.*

1. Cerebro in ſympathiam tracto, ab affectione

partium

partium inferiorum ſanguinis bile perfuſorum
excitata.

2. Ita ut nullam figuram, vel locum nullum, in
decumbendo, ob facultatis à corporis gravitate op
preſſionem, ſervare poſſint.

3. Eamque bonam aut malam pro ration
temporis, ſymptomaticæ aut criticæ jactationis
Vide Prorrhet. 136. & Coac. 111.

CLXXXV. Τὰ κωματώδεα, ἀσώδεα
ὀδυνώδεα ὑποχόνδρια, θαμινὰ σμικρὰ πτύον-
τα, τὰ παρ' οὖς ἐπάρματα, κωματώδεες, ἢ ρ
τι ἔχει σπασμῶδες.

CLXXXV. *Qui ſopore, corporis in-
quietudine, præcordiorum dolore, affliguntur
cum frequenti & pauca ſputatione, iis tu
bercula ad aures exoriuntur, ac fortaſſis ſo-
pore tentati ad aliquam convulſionem deve-
niunt.*

Hæc Coaca ex præcedente 183 explicari poteſt
Frequens & crebra ſputatio materiæ vacuation
abſceſſus ad aures potius emollit, quam excitat
Eſtque hic ſignorum ὁμοειδῶν, & ἑτερογενῶν con
fuſa complexio, ex qua nihil, nec neceſſario, ne
ex eventu, ſtatui poteſt. *Quod verò ſopore tentat
fortaſſe ad aliquam convulſionem devenire* ſcribit, i
non tam de ſimplici comate, cujus natura in re
ſolutione conſiſtit, ſumendum eſt: convulſio
enim tenſione peragitur: quam de vigili ſeu mi
xto, quod in phrenitidem aliquando tranſit, &
per convulſionem exarefactis nervis, pituitâ pe
febrilem ardorem exuſtâ, finiri poteſt. Vide Pror
rhet. 161.

CLXXXVI

CLXXXVI. Κωματώδεα, μεμωρωμένα, κάτοχα, ποικίλλοντα ὑποχόνδρια, καὶ κοιλίην ἐπηρμένοι, ἀπόσιτοι, ἀπολελαμμένοι, ἐφιδροῦντες. ἆρα τουτέοισι τὸ θολερὸν πνεῦμα καὶ τὸ γονοειδὲς διελθὸν, λύγγα σημαίνει; κοιλίη δὲ ἆρα χολώδης προσδιέρχεται; τὸ λαμπῶδες ἐν τουτέοισιν οὐρηθὲν ὠφελέει, καὶ κοιλίαι δὲ τουτέοισιν ἐπιταράσσονται.

CLXXXVI. *Quibus ſopore conflictatis, fatuitate & alto ſtupore (quem catochon vocant) detentis, præcordia variant, ac venter in humorem præter naturam ſublatus eſt, cum ciborum faſtidio ac alvi interceptione, tenui circa caput & thoracem oborto ſudore. In his animadvertendum eſt, num concitatus & magnus ſpiritus, aut genituræ ſimilis excretio prodiens, ſingultum prænuntiet? alvus vero fortaſſis etiam bilioſa demittat? Eos ſplendeſcens quiddam per urinam redditum juvat, alvus vero in his etiam commovetur.*

Hæc Coaca à pleriſque interpretibus rejicitur, quaſi in ea ſint multa reapſe ἀσύστατα, plurima ἑτερογενῆ, ut nulla inde poſſit conſtrui diſciplina medendi, quæ ἐκ τῶν ὁμογενῶν καὶ τῶν ὁμοειδῶν comparari ſolet. At Marcianus, Catalogum hic eorum ſymptomatum qui ſingultum in morbis antecedere ſolent, quotieſcunque ſpiritus turbidus & alvi excretiones genituræ ſimiles, ſoporoſis affectibus annectuntur, texi putat. Frequentiſſimè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

mè hic à materia craſsâ & pituitosâ excitatur; quæ acris, ſive per exuſtionem à febrili calore, ſive per ſucci bilioſi admiſtionem, evadit. Hujus portio ſi ad urinas penetraverit, ſplendens urina apparebit, & vel ideò utilis erit, quod humor noxius à ventriculo ad renes derivetur. Per bilioſas verò excretiones humor interni incendii excutitur, & ita & ſingultus, & aliquando principalis morbus, tollitur. Aliquando, inquam. Neceſſaria enim hæc non eſſe, vel inde patet, quod humorum non unica ſit in morbis excretio, ſed plures, quamvis frequentiſſimè per hanc viam eos excerni contingat. Vide Prorrhet. 92.

CLXXXVII. Ἐγκεφάλου σφακελίσαντος, οἱ μὲν ἐν τῇσι τρίτῃσιν ἡμέρῃσιν, οἱ δὲ ἐν τῇσιν ἑβδόμῃσι τελευτῶσι. τούτους δὲ διαφυγόντες, σώζονται. οἷσι δὲ ἀναλμηθεῖσι τῶν τοιουτέων διεστηκὸς εὑρεθῇ τὸ ὀστέον, ἀπόλλυνται.

CLXXXVII. *Ubi cerebrum* [1] *ſideratione periclitatur, quidam tribus* [2] *diebus, quidam etiam ſeptem moriuntur, quos ſi evaſerint* [3]*, ſervantur. Ex quorum numero* [6] *pereunt, quibus per* [4] *ſectionem os* [5] *diſparatum apparuerit.*

1. Id eſt, ex inflammatione ad ſiderationem tendit. hic σφακελισμὸς ſumitur pro nondum confirmata ſideratione, & eo, qui ad corruptionem fit, progreſſu. Ideò melius legeretur σφακελίζοντος ἐγκεφάλου.

2. Pro variâ partis ſideratæ conditione & ſitu. Siderato bregmate in puero citius mors venit, quam occipitio, & in adulto.

3. Cau-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

3. Cauſa vel à naturâ forti per eryſipelas faciei excuſſa, vel à medico per terebellum exhauſta.

4. Decuſſatam nempè, quâ pericranium à calvaria avellitur.

5. Et quidem ita, ut vel calvariæ os à membranis, quà oſſi, præcipuè quâ parte ſuturæ ſunt, alligantur, ſeparatur: vel oſſis pars quædam corrupta ab integra ſecedit.

6. Quia hoc ſignum eſt perfectæ νεκρώσεως.

CLXXXVIII. Τοῖσι κεφαλαλγικοῖσιν ὀστέα ῥαγεῖσιν ἐκ τοῦ ὄπισθεν, ῥύσις ἐκ μυκτῆρος λαῦρος, παχεῖα, κακόν. ὀφθαλμὸν περιαλγήσοντες οὗτοι, ῥιγέουσιν. ἦρα αἱ κατὰ κρόταφον ὀστέων διαῤῥαγαὶ, σπασμώδεες.

CLXXXVIII. *Quibus ex poſteriore parte* [1] *oſſibus fractis, capitis dolor ineſt, vehemens, & craſſa* [2] *è naribus fluxio, malo* [3] *eſt. Ii, dolore* [4] *antea ad oculum ſuborto, rigore* [5] *corripiuntur. Quinetiam oſſium ad tempora* [6] *effracturæ, convulſiones* [7] *accerſere ſolent.*

1. Lapſu, caſu vel telo obtuſo, gravi, duro, magnis viribus inflicto, ita ut os, quod ibi craſſiſſimum eſt, & multâ carne obtectum, & findatur, & collidatur.

2. Propter venarum & arteriarum in vas inſigne, quod uſque ad nares excurrit, coëuntium rupturam. Quidam MSS. ταχεῖα pro παχεῖα legunt, ut larga & celeriter offenſioni ſuccedens ſanguinis fluxio intelligatur, aut quæ celeriter cum impetu aut vehementer decurrat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

3. Quod ſanguis prorumpens & ſphaceliſmum cerebro minetur, & cerebrum nimium refrigeret.

4. Inflammatione duræ meningis ad oculos propagatâ.

5. Cauſa vel in parte quæ riget exiſtente, vel in occipite, ad quod recurſus ſit, & inde in ſpinali medullâ.

6. Quæ imbecillia ſunt & tenuia.

7. Propter nervorum concurſum, proximamque cerebri viciniam.

TITULUS IV.

De Aurium affectibus.

CLXXXIX. Ὠτὸς πόνος συντονος, μετὰ πυρετοῦ ὀξέος, καὶ ἄλλου του σημείου τῶν ὑποδυσκόλων, τοὺς μὲν νέους ἑβδομαίους κτείνει, καὶ συντομώτερον παραφρονήσαντας, μὴ ῥυέντος πολλοῦ πύου ἐκ τοῦ ὠτὸς, ἢ ἐκ ῥινῶν αἵματος, μηδὲ ἄλλου του σημείου χρηστοῦ γενομένου· τοὺς δὲ πρεσβυτέρους βραδύτερον. καὶ ἧσσον ἀναιρεῖ. τούτε γὰρ ὦτα φθάνει ἐκπυέειν, καὶ παραφρονέουσιν ἧσσον. ὑποστρέφουσι δὲ οἱ πολλοὶ τουτέων, καὶ οὕτως ἀπόλλυνται.

CLXXXIX. [1] *Auris intenſus* [2] *dolor cum febre* [3] *acuta, ac cæteris aliquanto gravioribus* [4] *ſignis, juvenes quidem intra ſeptimum* [5] *diem, aut etiam* [6] *celerius, cum* [7] *delirio* [8] *necat, niſi puris* [9] *copia ex aure,*

aut

aut ſanguis ex naribus [10] *effluat, aut aliud quoddam laudabile* [11] *ſignum extiterit. Ætate autem* [12] *provectiores tardius* [13] *aut minus* [14] *tollit. Nam & in his aures ante ſuppurant, & delirium minus infeſtat. Sed & in hac ætate multis morbus* [15] *revertitur, ac proinde* [16] *interficere ſolet.*

1. Internæ nempè, quæ ob viciniam cum cerebro ſympathiam habet.

2. Qualis eſt inflammatorius in parte ſenſus exactiſſimi, in quo eſt ſumma acerbitas & moleſtia (ὀδύνη ὀξείη) ob negatum materiæ egreſſum.

3. Eaque continuâ & vehemente, doloris & inflammationis comite, quamvis & primigenia videri poſſit, propter τὸ συνεχὲς, quod ipſi in prognoſtico adſcribitur.

4. Seu potius θανατώδεα, qualia ſunt cephalalgia, dementia, & urina tum alba, tum prærubra.

5. Qui temperamento ſunt bilioſi.

6. Quod intra hunc acuti judicentur.

7. Tertio die, ut lib. Epidem. extat, materiâ ad cerebrum prorepente.

8. A concepta in cerebro phrenitidis cauſâ, & facilè in atram mutabili, exorto.

9. Ob doloris acerbitatem, & cerebri per ardorem exſolutione.

10. Tanquam propria phlegmonarum criſi, cum ſalutari urinæ ſigno, & febris quiete.

11. Qui febris & inflammationis materiam & occaſionem præripit.

12. Ut διαφόρησις materiæ inflammatoriæ, doloris remiſſio, ſomnus delirium ſedans, alvi biliosa περίπλυσις.

13. Ætatis conſiſtentis & ſenes crudos.

14. Propter cauſam additam.

15. Ob mitiorem temperamenti calorem.

16. Quod pepaſmus & excretio inchoentur duntaxat, non autem perficiantur.

17. Propter vires poſteriori morbo impares, quas prior infregit.

CXC. Κώφωσις ἐν ὀξέσι καὶ ταραχώδεσι παρακολουθοῦσα, κακόν. κακὸν δὲ καὶ ἐν τοῖσι μακροῖσιν. ἀλλὰ δὲ τουτέοισι καὶ ἐς ἰσχία πόνους.

CXC. *In [1] præcipitibus & turbulentis morbis obveniens [2] ſurditas, malo [3] eſt. Quin & in longis morbis [4] malum portendit, ac in his ad coxendices [5] labores convehit.*

1. Delirio nempè & dementia, quorum prænuntia eſſe ſolet perturbatio.

2. Ob τῆς ἀκουστικῆς, auditorii, collapſam virtutem.

3. Quod pars, undè audiendi facultas, labefactata ſignificetur.

4. Propter eandem cauſam.

5. Quod in Herotypo Abderita accidit, de quo Epidem. l. 3. Prior hujus Coacæ pars extat Prorrhet. 33.

CXCI. Ἐν πυρετοῖσι κώφωσις, κοιλίην ἐφίστησιν.

CXCI. *In [1] febribus enata [2] ſurditas, alvum remoratur & ſiſtit.*

1. Quæ cerebrum in conſenſum trahunt.

2. Ab oppilatione meatus, vel nervi auditorii offenſione, propter materiæ ſurſum repentis motum, enata.

3. Non

3. Non ratione ſui, ſed ratione febrilis cauſæ, id eſt, bilioſi humoris, ad caput tranſlatæ. Unde Epidem. 2 dixit, ὀδύνην ἐν τοῖσι κάτω χωρίοισιν ἰσχυρὴ κωφώτης λύει, καὶ αἷμα πολλὸν ἐκ τῶν ῥινῶν. Perrarò humor ſurſum deorſumque movetur.

CXCII. Ὦτα ψυχρὰ καὶ διαφανέα, καὶ συνεσταλμένα, ὀλέθριον.

CXCII. [1] *Aures* [2] *frigidæ*, [3] *pellucidæ* [4] *contractæque* [5] *perniciem minantur.*

1. Exteriores nempè, ſeu auriculæ, quæ cartilagineæ ſunt conſtitutionis.

2. Propter exhauſtum caloris nativi.

3. Non quod lumen tranſmittant, ſed quod ſint ſic albeſcentes, ut marmore albo ſint poliores.

4. Per quandam convulſionis ſpeciem verſus illum nervum, unde ſentiendi facultas; & quidem ob ſiccitatem, quæ in eas, tanquam cartilagineas, excarnes & exſangues, facile incidere poteſt.

5. Quod humidi primigenii conſumtionem indicent.

CXCIII. Βόμβος ἐν ὀξέσι, καὶ ἦχος ἐν ὠσὶ, θανάσιμον.

CXCIII. *In præcipitibus* [1] *morbis murmur* [2] *edentes ac tinnientes* [3] *aures, mortem* [4] *prænuntiant.*

1. Qui non ſolum celeriter cum ſymptomatum vehementiâ moventur, ſed etiam ſunt primigenia vel ſecundaria cauſa ταραχώδεις.

2. Apum inſtar, ob flatum craſſiorem, qui ex magnâ ſpirituum agitatione, ac bilis quæ in vaſis

 fervet,

fervet concitatione exortus, in amplitudinem cavam effuſus, & locorum anguſtiâ concluſus, agitatur.

3. Ab eodem flatu in anguſtiis revoluto.

4. Quod nec judicatorii ſint hi ſonitus, nec judicantes, & abſolutam nobilis exſolutionem oſtendant, cum ipſius cauſæ exſolventis perennitate.

CXCIV. Ἦχοι μετὰ ἀμβλυωσμοῦ, καὶ κατὰ ῥῖνας βάρεος, παρακρουστικὸν, καὶ αἱμοῤῥαγές.

CXCIV. *Aurium ſonitus cum viſus hebetudine, & ad nares gravitatis ſenſu, mentis exceſſum, ac ſanguinis ex naribus profluvium præſagiunt.*

Hæc Coaca aphoriſmo 131 explicata eſt. Aurium ſonitus humorum in cerebro agitationem arguit, quod ſi viſus hebetudo, & gravitas circa nares accedant, copiam eorundem indicabit: quo ſtante alterutrum ſubſequi neceſſe eſt. Aut pelluntur per nares hæmorrhagiâ excitatâ, aut, ſi in cerebro conſtiterint, delirare facient.

CXCV. Οἷσι κώφωσις μετὰ καρηβαρείης, καὶ ὑποχονδρείου ἐντάσιος, καὶ πρὸς αὐγὰς ἐνοχλεῖν, αἱμοῤῥοεῖ.

CXCV. *Qui* [1] *ſurditate cum capitis* [2] *gravitate, ac præcordiorum* [3] *contenſione vexantur, ſi oculorum* [4] *acies perturbatur, in iis ſanguinis è naribus* [5] *fluxum ſperare oportet.*

1. Et quidem ſubitâ, alvumque ſiſtente, ob bilem

bilem ſurſum ad τῆς ἀκοῆς domicilium elatam.

2. A cauſâ in cerebro ſtabulante. Dolor & πόνος, inquit Duretus, non raro accidit per ſympathiam; gravitas nunquam.

3. Dextri inprimis, doloris & inflammationis exſortis. Tenſio aliàs dolorifica, & durities ejus, funeſta eſt, ni ſuppurato & expurato præveniatur.

4. Materia ad eoſdem quoque tranſlata. Τὰ σκοτώδεα περὶ τὰς ὄψιας, ſeu tenebricoſas viſus caligines, l. 1 Epidem. protulit Hippocrates inter hæmorrhagiæ narium ſigna. Alii libri habent πρὸς αὐτάς. Duretus igitur ſcintillas & fulgentia quædam fugacia intelligit, quæ ob oculos obverſantur. Signa hæc addit conſpurcati ſpiritus à ſanguine bilioſo, qui non ante quieſcit, quam ad extimas venarum oras pervenerit, ubi anaſtomoſi factâ prorumpit.

5. In juvenibus maximè, temperamento & habitu bilioſis. Cauſam vide aphor. 163. Vide & Prorrhet.

CXCVI. Ἐν ὀξεῖ πυρετῷ ὦτα κωφοῦ-μενα, μανικόν.

CXCVI. *In acuta febre aures [1] obtuſæ vehementem [2] inſaniam portendunt.*

1. A bile efferveſcente, vel cerebri inflammatione.

2. Μανικὸν per ὁδοιπορίαν bilis flavæ, exitum non habentis, in atram, poſt longam in cerebro moram. Vide aphor. 131. Solvit vero eam ἐκ τῶν ῥινῶν αἷμα ῥυὲν, ἢ κοιλίη ἐκταραχθεῖσα χολώδεα, ἢ δυσεντερίη ἐπιγινομένη, ἢ ὀδύνη ἰσχίων ἢ γονάτων, ut in libro περὶ κρισίων legitur. Vide Aphor. IV, 60.

CXCVII. Οἱ δύσκωφοι, ἐν τῷ λαμβάνειν τρομώδεες, γλῶσσαν παραλελυμένοι, νωθροί, κακόν.

CXCVII. *Gravi ſurditate* [1] *tentati, dum aliquid prehendunt* [2] *tremuli, linguæ* [3] *reſolutione ac* [4] *torpore affecti, male* [5] *habere judicantur.*

1. Quæ vix unquam, aut nunquam, curatur.
2. Propter nervorum à cerebro in ſpinalem medullam tendentium exhauſtum. Solennis eſt principiorum & propagatorum συντιμωρία.
3. Labefactatâ illâ cerebri parte, à qua per nervos ſeptimæ conjugationis ad novem linguæ muſculos ſpiritus deferuntur.
4. Qui eſt veluti univerſi corporis πάρεσις ob principii nervorum vitium.
5. Et ita quidem, ut, collapsâ illâ parte, quæ libertatem ſpirandi, facultatemque, inſtrumentis moventibus impertiebat, mors inſequatur.

CXCVIII. Προσηκούσης ἀῤῥωστίης κώφωσις, καὶ οὖρον ὑπέρυθρον ἀκατάστατον, ἐναιωρεύμενον, παρακρουστικόν. τὸ ἰκτερῶδες ἐν τούτοισι κακόν. κακὸν δὲ καὶ ἐπὶ ἰκτέρου μώρωσις. τούτους ἀφώνους αἰσθανομένους ξυμβαίνει πνίγεσθαι. τάχα δὲ καὶ κοιλίη πονηρεύεται τούτοισι.

CXCVIII. *Procedente* [1] *morbo ſurditas,* [2] *ac urina* [3] *ſubrubra, cum nullo* [4] *ſedimento, ſed cum* [5] *ſublimamentis in medio innatantibus, mentis* [6] *emotionem prænuntiant. In* [7] *his morbo regio* [8] *corripi malum* [9] *eſt.*

[9] eſt. Quinetiam malo [11] eſt ex morbo regio [10] fatuitas. Hos, voce [12] defectos, abſque ſenſuum læſione præfocari [13] contingit. Ac fortaſſis etiam in his alvus [14] malè afficitur.

1. Vel potius accedente, id eſt, ſub initiis.

2. Capite à bilioſi humoris præſentiâ læſo.

3. Quæ bilis copiam indicat. Prorrhet. 32 ὑπέρυθρον habet, quæ crudioris ac ſeroſi ſanguinis abundantiam indicat.

4. Οὖρα ἀκατάστατα. Hippocrates vocat παχέα καὶ μὴ καθιστάμενα, in genere τῶν ἀντιταραττομένων καὶ θολερῶν.

5. Quæ humores ſymptomaticè ad caput evehi oſtendunt; inprimis ſi urina quoque tenuis fiat.

6. Propter humorum ſymptomaticum ad caput motum.

7. Id eſt, urinis ita conſtitutis, crudis nempè, & nihil critici portendentibus.

8. Bilioſâ corporis exterioribus defœdatione.

9. Quod internæ inflammationis aut alterius cauſæ ſimilis, propter quam ſanguis ipſe in bilem tranſmutetur, ſignum ſit.

10. Stupiditas, ut μώρωσις eadem ſit cum τῇ νωθρότητι. Oritur à frigidis, viſcidis, craſſis & ægrè mobilibus, humoribus. Exemplaria quædam habent μαύρωσις, quod idem. μαυρὸς enim μωρὸν & ἄμαυρον ſignificat.

11. Quod à caloris nativi extinctione & humorum in cerebro incineratione accidat.

12. Non tam ob ſpirituum interceptionem, ſed ob naturam delirii, quod eos taciturnos facit.

13. Spiritu vitæ coarctato.

14. Dubitanter aſſerit, quod nondum certus

 fuerit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

fuerit, an id ex morbi natura, an ex contingenti, accidat.

15. Seu quod cruciatu & torminibus exagitetur; ſeu quod diffluat & perrumpat, ex naturalis facultatis reſolutione. Humores naturæ dominio deſtituti extremam ſubeunt corruptionem, & effrænati ad infimum ventrem deſcendunt, diarrhœamque & colliquatione & corruptione inferunt.

TITULUS V.

De Parotidibus.

CXCIX. Τὰ δὲ ὀδυνηρῶς παρ' οὖς ἀνιστάμενα, ὀλέθρια.

CXCIX. *Quæ cum* [1] *dolore* [2] *exoriuntur ad aures* [3] *tubercula, perniciem* [4] *minantur.*

1. Et quidem acerbo, propter humoris morbifici copiam & acredinem, partis acerrimi ſenſus, quæque vicina facile in conſenſum trahit, diſtentionem & renixum. Unde rubedo, calor, pulſus, &c.

2. *Exoriuntur* dixit, ne de eo tempore, dum ſuppurantur, & propter ſuppurationem dolent, accipias.

3. Quæ parotides dicuntur, & quarum genuina materia eſt inter tenuem & craſſam media, nec admodum calida, nec frigida, nec acris.

4. Tum quia id coctionem non præceſſiſſe, quâ ferocia humoris mitificari poterat, indicet: tum quia acerbitas doloris, tenuem & acrem materiam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

teriam, quæ parotidibus excitandis inepta, teſtetur. tum denique, quod humor morbificus ad cerebrum confluat, & facilè ad pulmones derivetur.

CC. Τὰ παρ' οὖς ἐκ τοῦ ἔμπροσθεν ἀλγήματος ἐρυθήματα ἐν πυρετοῖσι γινόμενα, σημεῖον μὲν ἐρυσιπέλατος ἐπὶ προσώπου ἐσομένου. ἀτὰρ καὶ σπασμοὶ ἐκ τῶν τοιουτέων γίνονται μετὰ ἀφωνίης καὶ ἐκλύσιος.

CC. *In [1] febribus ex prægreſſo [2] dolore rubores [3] ad aures ſubnaſcentes, ignis [4] ſacri in facie [5] ſpem faciunt. Quin & [6] convulſiones cum vocis [7] privatione & virium [8] exolutione, ad hæc conſequi par eſt.*

1. Acutis nempè.

2. Quod Hermippo Clazomenio accidit.

3. Id eſt, tumores flammei, inter plethorica cerebri ſymptomata recenſiti. Alii de tuberculis circa aures accipiunt, οἰδήματα φλεγμονώδεα, & parotides à ſanguinis excurſu vel recurſu exortas, innui putant.

4. Id eſt, eryſipelatis, quod nihil aliud eſt, quam tumor bilioſus à ſanguine bilioſo exortus, calore potius quam renixu & pulſu moleſtus.

5. Per bilioſi ſeri, è jugularibus arteriis, & cervicalibus venis amplioribus in anguſtiores faciei, expreſſionem.

6. Tranſlatione materiæ ſymptomaticâ in cerebrum, & nervos ſpinales, niſi profluvio alvi, vel urinæ eruptione, tollatur.

7. Per vocalium inſtrumentorum interceptionem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

8. Cum qua aphonia ita cohæret, ut letalis in Prorrhet. pronuntietur.

CCI. Τὰ παρ' οὖς ἐπὶ πλείστοισι δυσώδεσι, πυρετῷ ὀξεῖ, ὑποχονδρίῳ συντόνῳ, χρονιωτέρως ἀρθέντα, κτείνει.

CCI. *In plurimis graveolentibus* [1] *dejectionibus cum febre acuta*, [2] *præcordiorum contenſione, ex longo intervallo oborta ad aures* [3] *tubercula, mortem* [4] *adferunt.*

1. Quæ magnam putredinem & humorum corruptelam denotant, omnem coctionem reſpuentem. Duretus, pro ἐπὶ πλείστοισι, ἐπὶ εἰλέοισι legit, ut iliaca, cum ſtercoris aut chyli vomitione, & perſpiratione totius fœtida, intelligatur.

2. Ab inflammatione viſcerum, humores corrumpente, profectâ.

3. Id eſt, tardius excitata.

4. Parotides, alio nomine τὰ φέρεα, à Satyris, qui antiquis φερεῖς, erantque ſub auribus tuberoſi, vocantur.

5. Tum ratione ſui, quod tardiùs, & quidem in parte nobiliori, exortæ, & crudæ, vires naturæ fractas ſignificent, tum ratione partium, unde venerunt. Videtur hæc ſententia ſumpta ex Prorrhet. 158.

CCII. Τὰ παρ' οὖς φαῦλα τοῖσι παραπληκτικοῖσι.

CCII. *Tubercula ad aures* [1] *excitata in leviter* [2] *ſideratis, malo* [3] *ſunt.*

1. Parotides inde obvenientes, unde paraplegia ipſa cerebri ſymptomatica obvenit.

2. Id

2. Id eſt, in paraplecticis, qui brachio alterutro, aut crure alterutro, capiuntur, propter nimiam cerebri refrigerationem.

3. Tum ſigno, quia indicant, caput affectum eſſe; tum cauſa, quia dolor parotidum materiam ad caput trahere, & affectionem geminare, poteſt. Aliàs notum, mulierem apud Hippocratem eâdem paraplegiâ laborantem, poſt viceſimum evaſiſſe, quod caput ipſum illæſum fuerit.

CCIII. Τὰ παρ' οὖς ἐν μακροῖσι μὴ ἐκπυοῦντα, θανάσιμον. κοιλίαι δὲ τοῖσι τουτέοισι τάχα φέρονται. ἦ ῥά γε οἷσι τὰ παρ' ὦτα κεφαλαλγικοῖσιν; ἦ ῥά τι ἐφιδροῦσι τὰ ἄνω; ἦ ῥά τι καὶ ἐπιρριγέουσιν; ἦ ῥά γε αἱ κοιλίαι καταρρήγνυνται, καί τοι καὶ κωματώδεες, ἆρα καὶ τὸ ὑδατῶδες οὖρον, ἐναιωρούμενον λευκοῖσι, καὶ τὰ ὑποίκιλα, ἔκλευκα, δυσώδεα.

CCIII. *In diuturnis*[1] *morbis non*[2] *ſuppurantia aurium tubercula, mortem*[3] *adferunt. Iis autem alvi fere*[4] *demittuntur. Quin & in his conſiderandum, in quibus ſperamus abſceſſus circa aures futuros, num ex*[5] *capite doleant, num ſuperiorum partium*[6] *tenuibus ſudoribus diffluant, nunquid etiam ſubinde*[7] *novum rigorem ſentiant, an forte etiam alvi*[8] *affatim perrumpant, aut aliquo ſopore*[9] *detineantur. Videndum quoque num & in his urina*[10] *diluta cum ſublimibus*[11] *quibuſdam in medio ſuſpenſis, albidis, & aliquantum*[12] *variantia, exalbicantia, aut graveolentia, appareant.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

1. Quæ à craſſiore materia dependent.

2. Quæ tamen, quod materia craſſior difficulter diſcutiatur, mediante ſuppuratione educi debebant. In Epidemiis vocantur Ἐπάρματα μὴ ἐκπυΐσκοντα.

3. Quod ægrum vigiliis & dolore diutius vexent.

4. Materiæ parte intro versâ, &, quia expurgari apta non eſt, ſymptomaticè fluente. Unde æger magis debilitatur.

5. Paſſim enim in his κεφαλαλγία & κῶμα annotantur.

6. Quod accidere ſolet, dum cerebrum & ſuperiores partes materiæ copiâ opprimuntur.

7. Qui ſubinde movetur ex bilioſæ materiæ agitatione, & ſubita naturæ, evacuationem irrito conatu molientis, commotione.

8. Propter exolutionem.

9. Propter ſummam oppreſſionem.

10. Id eſt, aquea, humorum cruditatem præ ſe ferens, & raptum eorundem ad cerebrum indicans.

11. Quæ materiæ pituitoſæ, crudæ & flatuoſæ, ortum debent. In Epidemiis ἐναιώρημα μετέωρον, mentis inconſtantiam deſignat.

12. Quod in maligna hujuſmodi humorum cruditate accidit. Duretus pro μάκρισι ὀξεῖσι legit, ut illæ parotides intelligantur, quæ conſectariam febrem habent; vel quæ ſunt exacti jam morbi acuti ſuperſtites, rubræ & dolorificæ. At verò tales parotides ſæpe abſque ſuppuratione ſolvuntur, materiâ ob tenuitatem aliò conversâ & excretâ. Vide Prorrhet. 163.

CCIV. Τὰ παρ' οὖς λαπάσσεται βηχία μετὰ πτυαλισμῶν ἰόντα.

CCIV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

CCIV. *Tuſſiculæ, quæ* [1] *cum crebris oris ſputationibus procedunt, tubercula* [2] *ad aures emolliunt.*

1. Quas excitat pectoris concuſſio, materiam è cerebro in oris cavitatem defluentem excutere ſtudentis.

2. Abſceſſuum materiam & fomitem deplendo, per aſpectabilem vacuationem tam propriam, quam ſuccedaneam. λαπαχθῆναι in Exegeſi: κυρίως μὲν τὸ κενωθῆναι, λέγεται δὲ τοῦτο καὶ τὸ μαλαχθῆναι. Vide Prorrhet. 167.

CCV. Οὖρα τοῖσι παρ' ὦτα ταχὺ καὶ ἐπ' ὀλίγον πεπαινόμενα φλαῦρα. καὶ τὸ καταψύχεσθαι ὧδε πονηρόν.

CCV. *In tumoribus* [1] *ad aures urinæ celeriter ac pauco tempore concoctæ, damno* [3] *ſunt. Quin &* [4] *perfrigerari, itidem malum* [5] *eſt.*

1. Cum febre nempè conjunctis.

2. Id eſt, modò pepaſmi participes, modò expertes, cujuſmodi ſunt, modò puram, modò hypoſtaſin albam & lævem, oſtentantes.

3. Quod viciſſitudinariam naturæ & morbi victoriam, ſed illam fatiſcere, indicent.

4. In extimis partibus.

5. Quod pauperiem caloris innati ſignificet.

CCVI. Τὰ παρ' οὖς ἐν τοῖσι χρονίοισιν ἐκπυούμενα, μὴ λευκοῦ σφόδρα τοῦ ἀνόδμου κτείνει, καὶ μάλιστα γυναῖκας.

CCVI. *In diuturnis* [1] *morbis ſuppurati*

[2] *ad*

[2] *ad aures tumores, niſi pus* [3] *admodum album ac ſine odore reddant,* [4] *exitium, præcipuéque* [5] *mulieribus, afferunt.*

1. Qui à pituitoſâ materiâ dependent.
2. Mutatione factâ tumoris in vomicam.
3. Quale eſt ſemen, & in urinis ſubſidentiâ.
4. Id eſt, quamminimè fœtidum, ὡς ἥκιστα δυσώδες, ut Hippocrates loquitur.
5. Quod pituitoſus humor, à quo hic abſceſſus, cum ſit albus, abſque putredine & ſingulari corruptione alienum colorem inducere non poteſt; quia frigidus, odorem malum, qui caloris excedentis ſoboles eſt, non ſpargit.
6. Quod iſtæ ratione ſexus viris ſint pituitoſiores. Duretus iterum de acutis ſumit, quod in diuturnis parvæ ſint, nec ſuppurabiles. At verò aliter Hippocrati, aphor. 203, viſum. Dum in diuturnis parotides non ſuppurantes mortem afferre dicit, unicum eſſe remedium, ſi ſuppurentur; & ideò, ſuppurari aliquando, innuit.

CCVII. Τὰ παρ' οὖς μάλιστα ἐκ τῶν ὀξέων ἐν τοῖσι καυσώδεσι γίνεται, κἢν μὴ κρίσιν ποιήσῃ καὶ ἐκπεπαίνηται, ἢ ἐκ ῥινῶν αἷμα ῥυῇ, ἢ οὖρον ὑπόστασιν παχεῖαν λάβῃ, ἀπόλλυνται. τὰ πολλὰ δὲ τῶν τοιούτων οἰδημάτων παραποκαθίστανται, προσεπιθεωρέειν δὲ χρὴ τοὺς πυρετοὺς ἤν τε ἐπιτείνωσιν, ἢν δὲ ἀνιῶσι, καὶ οὕτως ἀποφαίνεσθαι.

CCVII. *Ex præcipitibus* [1] *morbis in febribus* [2] *ardentibus maximè, tubercula* [3] *ad aures* [4] *exoriuntur, ac niſi* [5] *judicatoriè ſolvantur*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

vantur & [6] matureſcant, aut ſanguis [7] ex aribus profluxerit, aut craſſum ſedimenum [8] urina acceperit, ægros [9] interimunt. Prius verò hujuſmodi tumores [10] ſubſidunt c conquieſcunt. Sed & inſuper febres [11] ipſas n conſiderationem adhibere convenit, num ntendantur aut remittant, atque ita de toa re ſententiam ferre.

1. Febribus nempè eſſentialibus, quæ celeri-er, continenter & vehementer moventur.

2. In quibus, præter celeritatem & vehemeniam, ardor inæqualis viſcerum & partium extinarum urget.

3. Parotides nempè rubræ & dolorificæ.

4. Per excurſum materiæ à calore ſubvectæ ad aput, & recurſum ad aures, in primis ſi nulla hænorrhagia, quæ propria febris ardentis criſis, aparuit.

5. Quod, cum abſceſſus ſint, ἠμίῤῥοπον fieri equit.

6. Propriâ nempè & exactâ concoctione reſileant.

7. Qui periculi cauſam tollat.

8. Quæ, prout alvi ταράξις, & ptyaliſmus, ſupuratæ & hæmorrhagiæ in talibus abſceſſibus ſucenturiatur.

9. Doloris acerbitate, & cerebri conſenſu.

10. Et quidem duobus ferè diebus, experieniâ id comprobante, idque ἀσήμως καὶ ἀκρίτως, uod fatiſcentis ac intrò ſubſidentis naturæ peſſina ſunt auguria.

11. Ut nempè firmius judicium feratur. Proedentibus enim ad ſolutionem morbi excretioibus, febrium ſymptomata imminui oportet, ut con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

ut contrà fruſtratâ judicari, ſpe omnia intendi & augeri. Marcianus ἀποκαθίστασθαι in bonam partem trahit, & particulam περὶ ita ſumit, ut prius ſubſideant, quàm ſuppurentur, aut ſanguis è naribus fluat, aut urina craſſum ſedimentum habeat, diſcuſsâ nimirum & diſſipatâ propter tenuitatem materiâ. At verò parotidum exquiſitarum materia media eſt inter tenuem & craſſam.

CCVIII. Ἐπὶ κωφώσει καὶ νωθρείῃ ἐκ ῥινῶν ὑποστάζειν, ἔχει τι δύσκολον. ἔμετος τουτέοισι ἁρμόσει, καὶ κοιλίης ταραχή.

CCVIII. *In ſurditate ac torpore ex naribus ſubſtillatio moleſtiam quandam exhibet. Iis vomitio ac alvi perturbatio conveniet.*

Hujus prognoſeos priorem partem eſſe veriſſimam ſcribit Duretus, ſi pro δύσκολον θανάσιμον dixeris. Poſteriorem reſpuere philoſophicam demonſtrationem. Nam per tantam infirmitatem ſaluti eſſe non poteſt ulla excretio. Vide Prorrhet. 141.

CCIX. Ἐκ κωφώσιος ἐπιεικέως τὰ παρ' ὦτα, ἄλλως τε καὶ ἢν ἀσῶδές τι γίνηται ἐπάρ καὶ τοῖσι κωματώδεσιν ἐπὶ τουτέοισι μᾶλλόν τι τὰ παρ' ὦτα.

CCIX. *Ex ſurditate tubercula* [1] *ad aures exoriri conſentaneum eſt, idque præſertim ſi* [2] *anxietas quædam contingat. Quinetiam iis qui ſopore detinentur, tumores ad aures* [3] *ſperare magis oportet.*

1. In craſſioribus inprimis & crudis humoribu[s]

ıs, morbo diutius trahente, præſertim ſi gene-
tionis parotidum ſigna quædam jam in facie
nſpiciantur, prægreſsâ ſpirandi difficultate, quæ
evi tempore deſinat.

2. A fervore excitatæ ſurſum materiæ, ſpiri-
umque agitatione. ἐπιεικῶς dicit, ut innuat
parotidas moderatas, quæ nec majores ſunt,
ıam ſuſtineri poſſint; nec minores quam ut
orbo conveniant. Utitur enim hoc vocabulo
ſymptomatibus quæ medium locum inter ſa-
bria & pernicioſa obtinent. 2. Aliquando id
ntingere; cum & phrenitis, in bilioſis inprimis,
qui poſſit.

3. Sopor enim ille eſt ab evaporatione copio-
, & humorum in cerebrum illapſu, qui ἐρεθι-
ῶς extra protrudi poſſunt.

CCX. Κώφωσιν ἐκ πυρετῶν ῥύσις ἢ ῥι-
ῶν λύει, καὶ κοιλίης ταραχή.

CCX. *Surditatem in febribus enatam
nguinis ex naribus profluvium ac alvi per-
rbatio tollit.*

Vide l. IV, Aphor. 60.

TITULUS VI.

De Facie.

CCXI. ΠΡόσωπον ἐκ μετεώρου πεπτωκυ-
μένον, καὶ φωνὴ λεπτοτέρη καὶ ἀ-
σθενεστέρη γινομένη, καὶ πνεῦμα μανώτερον, ἄ-
σιν ἐς τὴν ἐπιοῦσαν σημαίνει.

CCXI. *Facies ex* [1] *tumida* [2] *depreſſa,*

ac

ac vox levior 3 ac remiſſior evadens, ſpirit
quoque rarior 4 ac lenior, poſtera die 5 remi
ſionem fore denuntiat.

1. Qualis in ſummis ardoribus evecta ſurſu
cum ſpiritu materia eſſe ſolet.

2. Suæ moli & characteri, excluſâ tumiditat
causâ, reſtituta.

3. Id eſt, ex rauca & aſpera, ſeu κακουμένῃ
κατειλούσῃ, qualem nimia fuliginis copia, pulmo
num & muſculorum intercoſtalium, ob mat
riam eò delapſam, labor, & aut perennis catarr
affluxus, reddiderunt; extincto cordis ardore
expanſis pulmonum alis, & vocalium inſtrume
torum reſtitutione, mollior, lenior & minu
violenta.

4. Id eſt, ſpiratio, quæ ex materiæ in thorace
& pulmones affluxu, difficilior, turbulentior &
inæqualis erat, eorumque incendium denotaba
rarior, placidior & æqualis, & moderati cordis u
ſus, libertatiſque inſtrumentorum inſpiration
& exſpirationi dicatorum, index. Rara reſpira
tio, præter uſum neceſſarium, cum inſtrumen
torum libertate, ſignum eſt delirii.

5. Quod die critica acciderint, & febris æſtum
deſciviſſe ſignificent. Vide libellum περὶ κρισί
μων.

CCXII. Προσώπου διαφθορὴ, θανάσι-
μον. ἧσσον δ᾽ εἰ δι᾽ ἀγρυπνίην, ἢ λιμὸν, ἢ
κοιλίης ἐκταραξιν γένηται. καθίσταται δὲ ἐ
ἡμέρῃ καὶ νυκτὶ τὸ διὰ ταῦτα διαφθαρέν. γέ-
νοιτο δ᾽ ἂν τοιοῦτον, ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, ῥὶς ὀ-
ξεῖα, κρόταφοι συμπεπτωκότες, ὦτα ψυ
χρὰ καὶ συνεσταλμένα, δέρμα σκληρὸν, χρῶ-

μα

μαι ὠχρὸν ἢ μέλαν. πελιαινόμενον δὲ ἐπὶ τουτέοισι βλέφαρον, ἢ χεῖλος, ἢ ῥὶς, συντόμως θανάσιμον.

CCXII. *Faciei*[1] *corruptela letalis*[2] *eſt, minùs tamen ſi ob*[3] *pervigilium, aut*[4] *inediam, aut alvi*[5] *perturbationem contingat. Nam quæ ex his*[7] *cauſis orta eſt corruptelæ*[6] *ſpecies, una die aut nocte in*[8] *integrum reſtituitur. Hujuſmodi autem faciei hæ ſunt notæ, oculi*[9] *concavi, nares*[10] *acutæ, collapſa*[11] *tempora, frigidæ*[12] *aures contractæque*[13]*, cutis*[14] *dura, color*[15] *pallidus aut niger. Ad hæc quoque liveſcens*[16] *palpebra, aut labrum, aut naſus, mortem in propinquo eſſe ſignificat.*

1. Quâ fit, ut facies à naturali habitudine recedat, & in colore, habitudine ac mole, mutetur. Galenus πρόσωπον νεκρῶδες dixit, & τῷ ἐρρωμένῳ oppoſuit.

2. Propter humidi primigenii exhauſtum, partium ſolidarum colliquamentum, & caloris nativi, ſanguinis & ſpiritus inopiam.

3. A mœrore potiùs vel aliâ causâ, quàm ab intemperie cerebri, & anathymiaſeos vitio, productam.

4. Quæ genium defraudat.

5. Per hypercatharſin nempe, aut diarrhœam fugacem. Minus autem talis eſt, quod ab inchoata duntaxat ſpiritus & humoris diſſipatione, non autem à perenni partium exhauſtu, procedat.

6. Secundum quam facies primo aſpectu collapſa & pallida, laxa ſimul, non intenta, apparet.

7. Vi-

7. Vigiliis nempe, inedia, profluvio alvi, hæmorrhagiâ, ſudore, &c.

8. Id eſt, in priſtinum ſeu naturalem ſtatum redit, quod ἐπανορθώσεως τυγχάνειν Galenus expoſuit. Poteſt etiam per καταπαύσασθαι, *conſiſtere*, *conquieſcere*, ſeu *finire*, reddi.

9. Propter ſpiritus animalis pauperiem, ſeptem muſculorum æqualem contractionem, & humorum trium ac quatuor tunicarum conſumptionem.

10. Ob muſculorum, qui pinnas adducunt, exhauſtum.

11. Ob muſculorum temporalium conſumptionem.

12. Ob caloris extinctionem.

13. In illis inprimis, quibus latus muſculus ſupra aurium radices prorepit, propter ejuſdem contractionem.

14. In extrema nempe macie.

15. Certiſſimum abſumpti caloris vivifici argumentum.

16. Quod calidum innatum extinctum eſſe ſignificent. Omnium difficillimè palpebræ livorem contrahunt largo ſpiritu irriguæ.

CCXIII. Προσώπου εὔχροια καὶ σκυθρωπότης ἐν ὀξεῖ, κακόν. μετώπου ξυναγωγ ἐπὶ τουτέοισι, φρενιτικόν.

CCXIII. *Vultus bene* [1] *coloratus*, *te tricus* [2] *ac ſuperciliofus in morbo* [3] *acuto malo* [4] *eſt. Inſuper frons* [5] *contracta phreni tidem* [6] *denuntiat.*

1. Saturato rubore, eoque ſtabili & fixo, in eo inprimis, qui talem non habuit.

2. Scythicus nempe, auſterus & torvus, qua

Li

lis erat in muliere, quam Hippocrates vocat δυσ-ήνιον, ex atræ bilis prædominio.

3. Qualem plerumque bilis generat.

4. Quod hic quidem melancholicæ inſaniæ, ille vero incenſi cerebri indicium ſit, niſi forte hæmorrhagiæ criticæ ſpem faciat.

5. Corrugata & caperata.

6. Quod in muliere Cyzicena factum, quæ, contractâ ex lochiorum ad caput recurſu, inſaniâ, convulſionibus crebris, phrenitica interiit. Vide Prorrhet. 49.

CCXIV. Περὶ πρόσωπον εὔχροια, καὶ ἱδρῶτες ἀπυρέτοισι, κόπρανα παλαιὰ ὑπέοντα οἱ σημαίνει, ἢ διαίτης ἀταξίαν.

CCXIV. *Benè colorata* [1] *facies cum ſudoribus* [2] *diffluentibus abſque febre, vetuſta* [3] *ſtercora ſubeſſe, aut inordinatam victus* [4] *rationem, præ ſe fert.*

1. Illaque fixa & ſtabilis, quæ ſanguinis & ſpiritus ad ſuperiora motum præ ſe fert.

2. A ſomno nempè, propter nimiam humidi abundantiam.

3. Abſumpto per ſudores humido. κόπρανα ſunt ſtercora veluti indurata & conglobata, qualia πυρετώδεα dicuntur.

4. Eamque in quantitate peccantem.

CCXV. Τὰ κατὰ ῥῖνας ἐρυθήματα, κοιλίης ὑγραινομένης σημεῖα.

CCXV. *Narium* [1] *rubores alvi liquidæ* [2] *& diffluentis ſunt indicia.*

1. Ex tenui ſanguine aut vaporibus acribus ſurſum

ſum

ſum ab intemperatis viſceribus ſublatis, exort
vel quos ſeri à capite deſcendentis ſubſtillum e
citavit.

2. Ibi quidem, ſi imbecillitas viſcerum acc
dat; hic verò, ſi caput ſero abundet, idque i
ventriculum prolabatur. Ideò balbi diarrhœâ v
xantur.

CCXVI. Τοῖσι κατὰ τὰ ὑποχόνδρια ἢ
πλεύμονα πόνοισι ἐμπυομένοισι, κακόν.

CCXVI. *Quæ ad præcordia aut pul
monem [1] dolores faciunt, ſi in pus [2] vertun
tur, malum [3] denotant.*

1. Inflammationes nempè, in hypochondrii
aut cavo thoracis, exortæ.

2. Cum potius ex tumorum præter natura
legibus reſolvi debuiſſent.

3. Quod pus facilè cohiberi queat, denegat
ob ſpaciorum anguſtiam exitu, & detentum acr
moniâ ſuâ ſinus & cuniculos agere queat: metu
etiam ſit, ne, ruptâ vomicâ, ulcus non facil
coaleſcat, & ad id, tabes, hydrops, vel virium exc
lutio, ſequatur.

TITULUS VII.

De Oculorum affectibus.

CCXVII. Ὀφθαλμῶν καθαρότης καὶ τ
λευκὰ αὐτέων ἐκ μελαίνο
ἢ πελίων καθαρὰ γίνεσθαι, χρήσιμον. ταχέα
μὲν οὖν καθαιρομένων, ταχεῖαν σημαίνει κρ
σιν, βραδέως δὲ βραδυτέραν.

CCXVI

CCXVII. *Oculorum*[1] *claritas, ac eorum*[2] *album ex nigro aut livido*[3] *clarum fieri, ad judicationem*[4] *confert. Ac quò celeriùs*[5] *clareſcunt, eò celeriorem*[6] *judicationem:*[7] *at tardius,*[8] *tardiorem, ſignificant.*

1. Id eſt, oculorum luminoſus ſplendor & claror, quem tunicarum, humorum, & ſpiritus animalis puritas producit, quòd, ut ſcribit Galenus, αὐγοειδὲς πνεῦμα ψυχικὸν ἐξ ἐγκεφάλου πλεῖστον εἰς ὀφθαλμοὺς παραγίνεται.

2. Membrana ἐπιπεφυκὼς ab ultimis pericranii oris & venulis ejus ad iridem uſque producta.

3. Ita ut denuò naturaliter, amotâ ſugillatione, quam Græci ἐκχύμωσιν vocant, coloretur.

4. Quòd mitificari materiam à victrice naturâ, & humorum ac ſpirituum puritatem reduci, ſignificet. τελείην ὑγείην δηλοῖ, inquit idem, περὶ κρισίμων. Alii χρήσιμον legunt.

5. Propter morbi imbecillitatem. Ταχέως ad temporis potius brevitatem, quàm actionis celeritatem, referendum eſt.

6. Naturâ validius inſurgente, & morbum urgente.

7. Propter morbi contumaciam, & virium imbecillitatem.

8. Quod contrariorum contraria ſint conſequentia.

CCXVIII. Τὸ ἀχλυῶδες τῶν ὀφθαλμῶν, ἢ τὸ λευκὸν ἐρυθραινόμενον, ἢ πελιαινόμενον, ἢ φλεβῶν μελάνων πληρούμενον, οὐκ ἀστεῖον. φλαῦρον δὲ καὶ τὸ τὴν αὐγὴν φεύγειν, ἢ δακρύειν, ἢ διαστρέφεσθαι, καὶ τὸν ἕτερον ἐλάσσω γίνεσθαι, πονηρόν. καὶ τὸ τὰς ὄψιας πυκνὰ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

διαῤῥίπτειν, ἢ λημία μικρὰ περὶ αὐτὰς, ἢ
αἰγίδα λεπτὴν ἴσχειν, ἢ τὸ λευκὸν μέζω γί-
νεσθαι, τὸ δὲ μέλαν ἐλάσσω. ἢ κρύπτεσθαι τ
μέλαν ὑπὸ τὸ ἄνω βλέφαρον. πονηρὸν δὲ κ
κοιλότης ὀμμάτων, καὶ ἔκθλιψις ἔξω σφοδρὰ
καὶ λαμπηδόνος ἔκθλιψις, ὥστε μὴ δύνασθαι
τὴν κόρην ἐκτείνεσθαι. καὶ βλεφαρίδων καμ-
πυλότης, καὶ πῆξις ὀμμάτων, συνεχέως τ
μύειν, καὶ χρώματα μεταβάλλειν, καὶ βλέφα-
ρα μὴ συμβάλλειν ἐν τῷ καθεύδειν, ὀλέθριον
κακὸν δὲ καὶ ἰλλαίνων ὀφθαλμός.

CCXVIII. *Caligine* [1] *obducti oculi aut eorum album* [2] *rubeſcens aut* [3] *liveſcens aut nigris venis* [4] *refertum, nihil probi* [5] *pr ſe fert. Malum quoque eſt & lucem* [6] *refu-gere, aut* [7] *illacrymare, aut* [8] *perverti atque ex his alterum* [9] *minorem eſſe, perni-ciem* [10] *denuntiat, & oculos crebrò* [11] *disji-cere, gramias ac parvas* [12] *ſordes ipſis ad-hæreſcere, aut albeſcentem* [13] *humorem con-cretum & tenuem (ægida nominant) habe-re, aut eorum album augeri,* [14] *nigrun autem imminui, aut nigrum à ſuperiore pal-pebra* [15] *contegi. Vitioſa quoque eſt oculorun* [16] *cavitas, & vehemens oculi foras* [17] *ex-preſſio, ac ſplendoris* [18] *eliſio, adeò ut pu-pilla* [19] *extendi nequeat, & cilia* [20] *retorta ac fixi* [21] *oculi ac continenter* [22] *conniventes coloris* [23] *immutatio, aut palpebras per ſo-*

mnun

mnum [24] *non committere, perniciem* [25] *oſ-*
tentat. Quin & diſtortus [26] *oculus ma-*
o eſt.

1. Qui cum quodam craſſamento, velut nube-
ulá, obducti, obtuſam aciem habent, propter va-
poris atri aut craſſi cujuſdam humoris è cerebro
n oculos illabentis cum ſpiritu permixtionem,
ullis perturbationis criticæ ſignis præſentibus.
ἀχλὺς Galeno eſt θόλωσις ἀέρος ἐν τῷ μεταξὺ νέ-
φους τε καὶ ὁμίχλης ἔχουσα τὸ πάχος, ὡς ὁμίχλης
μὲν μᾶλλον πεπιλῆσθαι, νέφους δὲ ἧττον· aëris turbatio
medium inter nubem & nebulam habens incraſ-
ſamentum, adeò ut pluſquam nebula concreve-
rit, minus verò quam nubes.

2. Rubore nempè fixo, ſeu à duræ meningis &
pericranii inflammatione; ſeu à venularum re-
pletione & ſanguinis κακοχυμίᾳ· ſeu etiam ab ef-
feræ bilis ſuffuſione.

3. Ob perfrigerationem & νέκρωσιν, propter
extinctionem caloris nativi.

4. Quòd ſanguis à venis pericranii in venulas
tunicæ albæ expreſſus, & frigefactus, nigreſcat.

5. Quod talia nec loco, nec jure appareant.
ἀστεῖον hic videtur ferino & maligno opponi, vel
φλαύρῳ, ut id ſit, quod improbandum eſt.

6. Propter facultatis viſivæ infirmitatem, quæ
in illius partis exſolutione conſiſtit, unde viden-
di vis manat; & proprii oculorum luminis pro-
fligationem.

7. Propter caruncularum quas natura oculo-
rum canthis obduxit, exolutionem, quæ faculta-
tis retentricis læſionem indicat.

8. Propter ocularium muſculorum convulſio-
nem, ſeu ab exhauſto & ſiccitate, ſeu à paralyſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

& reſolutione antagoniſtarum, quod labefacta
tam facultatem motricem innuit.

9. Ob defraudationem ſucci, ſeu propter in
opiam & interceptionem alimenti; ſeu propte
extinctionem facultatis.

10. Ob cauſas jam dictas & dicendas.

11. Contremiſcentibus ſcilicet à ſiccitate mu-
ſculis; vel inflammatâ illâ parte cerebri, unde
nervi oculorum motores naſcuntur. Tales ocul
dicuntur ἐναιωρούμενοι, ἀστήρικτοι καὶ κινούμενοι διὰ
παντός· ἐνδεδινημένοι.

12. Quæ cum exaruerunt, vel arenulas in an-
gulis exprimunt, vel ἀχλὺν in ipſa pupilla, quod
naturalis facultas, ſuccum alibilem mitificare non
potis, ἡμίπεπτον αἷμα relinquat.

13. Qui ex caliginoſo vapore, & craſſo quo-
dam excremento, conflatus, nubeculæ cujuſdam
inſtar, oculorum aciei, ſeu pupillæ, prætenditur, &
levis cujuſdam ſuffuſionis ſpeciem præbet: quod
caloris nativi aut ſpiritus extinctionem, ſummam
reſiccationem, humorum oculi perturbationem,
facultatiſque naturalis oculum regentis ſummam
imbecillitatem, ſignificat. Αἰγίδας ponit Hippo-
crates, Prorrhet. 2, inter ἀχλύας καὶ νεφέλας. vide
de ejus ſignificatione Oeconomiam Hippocratis

14. Illud propter laxitatem, hoc propter cor-
rugationem.

15. Quod in moribundis & animi deliquii
contingit, & à reſolutione extinctioneque oritur

16. Propter cauſas Coaca 212 allatas.

17. A vaporum ſublatorum impetu, nec non
ſpiritus, ſanguinis, aut materiæ ferventis, copiâ
Eleganter pro exertis & prominentibus, ἔκθλιψι
ἔξω σφοδρὰν poſuit.

18. Λαμπηδόνος ἔκθλιψις, quæ fit, quand
internum incendium tenuati, & agitatione inca
leſcen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

ſcentes ſpiritus, ignem quaſi concipiunt, & qui-
em ita, ut ſplendores quoſdam igneos, quale
uid in emiſſitiis oculis cernitur, ejaculentur,
uod in iratis etiam accidit.

19. Quòd in eo ſpirituum & materiæ confer-
 impetu, ad hujuſmodi ſplendores, velut ad ſo-
res radios, contrahatur. Duretus id corrugationi
veæ tunicæ, quæ facit pupillam, propter liquo-
s albuginei & ſpiritus animalis abſumptionem,
 meatus viſorii collapſum, adſcribit.

20. Ita ut album quippiam in dormiendo ap-
areat, quod ocularium angulorum muſculi, quo-
um unus aperiendæ, alter claudendæ palpebræ,
icatus eſt, convellantur. Alibi ὄμματος κατά-
λασιν dixit.

21. Vel propter ocularium muſculorum para-
ſin, aut potius æqualem contentionem atque
iſtentionem: vel propter ſummam moventis fa-
ltatis infirmitatem.

22. Propter muſculorum palpebras moven-
um tremorem.

23. In lividum, rubrum, vel nigrum. Et quia
ρώματα dixit, fortè plures ſimul colores appa-
ere innuit, qui magnam humorum perturba-
ionem ac inæqualitates indicent.

24. Cute circa frontem intenta & rigida, vel
eſoluto muſculo lato.

25. Collapſis naturæ præſidiis, ob jam datas
auſas.

26. Quod à convulſione procedat. Comme-
norata ſigna ſunt omnia exitialia, niſi à pertur-
atione critica, peculiari conſuetudine, cauſâ fu-
aci, &c. oriantur.

CCXIX. Ὀφθαλμῶν ἔρευθος ἐν πυρετῷ
νόμενον, κοιλίης πονηρίην χρονίην σημαίνει.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

CCXIX. *In [1] febre ortus oculorum [2] rubor, diuturnam alvi malignitatem [3] præ ſe fert.*

1. Vel continua, vel intermittente.
2. Ab exhalationibus calidis ſurſum elevatis.
3. Præſentem nempe, quam non tam in pro fluvio alvi; nam hoc ophthalmiæ ſuperveniens bonum: quam in ejuſdem adſtrictione, conſiſte re Marcianus exemplo cujuſdam ſenis oſtendit Alii tamen de rubore oculorum, ab acri & fer vente humore, quo cerebrum oppleatur, dum al vus deorſum deturbatur, ſumunt: & πονηρίην κοι λίης, de alvo cum torminibus diffluente, expo nunt. Nec malè. Sic enim Aphoriſmo illi, qu lippientes alvi profluvio corripi, bonum pronun tiatur, ſatisfit. Duretus, contra omnium codicum fidem, de ἀπυρέτοις ſumit.

CCXX. Αἱ παρ' ὀφθαλμῶν ἐπαναστά-σιες ἐν τῇσιν ἀνακομιδῇσι, κοιλίην καταῤῥή-γνύουσιν.

CCXX. *Erumpentes circa oculos [1] emi nentiæ, dum ægri ex morbo [2] recreantur prorumpentis [3] alvi ſpem faciunt.*

1. Seu oculi, intumeſcentibus palpebris, & extuberantibus humorum copiâ membranis, & defluentis ex cerebro humoris redundantiâ, i tumorem aſſurgant: ſeu puſtulas patiantur.
2. Id eſt, dum refectioni opera datur.
3. Seri, vel acrioris alius humoris, ad inteſt na delapſu.

CCXXI. Ἐπὶ ὀμμάτων διαστροφῇ

κοπιώ

κοπιώδεα, πυρετώδεα, ῥῖγος, ὀλέθριον, καὶ οἱ κωματώδεες ἐν τουτέοισι, κακόν.

CCXXI. *Cum oculorum* [1] *perverſione, febribus* [2], *&* *laſſitudinis* [3] *ſenſu, detento, rigor* [4] *perniciem* [5] *minatur. Atque in hujuſmodi caſibus* [6] *ſoporati, malum* [7] *denuntiant.*

1. Fixa nempe & ſtabili.
2. Per quas cauſa morbifica à lumbis ad caput propagatur.
3. Ulceroſæ nempe, quæ, ut phlegmonoſa, dementiæ etiam opinionem facit.
4. Fruſtra è venis citatus; unde tranſlatio fit ad diaphragma & caput.
5. Quod, ad cerebri oppreſſionem, perpetuæ ab orgaſmo tranſlationis acceſſio fiat.
6. Ob craſſorum, & ſive cum bilioſis mixtorum, ſive ἀκρήτων, humorum ad caput tranſlationem.
7. Quod ad ſuſcipientis diſpoſitionem, efficientis vis accedat: & ideo ſymptomata per tranſlationem orta, indigenis ſunt pejora. Vide Prorhet. 89.

CCXXII. Ὀφθαλμιῶντι ἀνδρὶ πυρετοῦ ἐπιγενομένου, λύσις. εἰ δὲ μὴ, κίνδυνος τυφλωθῆναι, ἢ ἀπολέσθαι, ἢ ἀμφότερα.

CCXXII. *Lippitudine* [1] *affecto ſuborta* [2] *febris ſolutionem* [3] *affert. Sin* [4] *minus,* [5] *cæcitatis, aut* [6] *mortis, aut etiam* [7] *utriuſque, metus eſt.*

1. Id eſt, oculorum inflammatione, ſeu ob

ſanguinis, ſeu, ob acerrimi ſeri in tunicam adnatam, per orgaſmum, expreſſionem, & attractionem, effluxu, laboranti.

2. Per cauſæ propriæ generationem.

3. Seu ſero exudante, ſeu humore craſſo, qui oculorum venas replebat, diſſipato.

4. Id eſt, ſi orgaſmum in partem affectam faciat.

5. Propter perpetuam materiæ ad oculos μετάστασιν.

6. Propter vim ipſius febris.

7. Propter utramque cauſam.

CCXXIII. Οἷσιν ὀφθαλμιῶσι κεφαλαλγίη προσγίνεται, καὶ παρηκολουθεῖ χρόνον πουλὺν, κίνδυνος τυφλωθῆναι.

CCXXIII. *Quibus cum* [1] *lippitudine capitis* [2] *dolor accedit, & longo tempore* [3] *perſeverat, cæcitatis* [4] *metus impendet.*

1. Ex humoris in oculos prolapſu exorta.

2. Iſque intenſus, ſeu à primaria, illaque acri, cauſa, ſeu per tranſlationem producta.

3. Ita ut poſt vigeſimum diem hæmorrhagia expectari non poſſit.

4. Propter perennem humoris affluxum, qui proprium oculorum lumen profligat, humori cryſtallino ἀμαύρωσιν infert, & pupillam præſtringit.

CCXXIV. Ὀφθαλμιῶντι διάῤῥοια ἀπὸ ταὐτομάτου, χρήσιμον.

CCXXIV. *Lippitudine* [1] *laborantem, ſponte* [3] *alvus* [2] *profluens* [4] *juvat.*

1. Ab acerrimi ſeri, à cerebro, vel durâ meninge

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

ge, affluxu, ſeu illa cephalalgiam conjunctam habeat, ſeu non.

2. Cum liquidis & ſubrubris, illiſque multum & rarò diſpoſitis, excrementis, & alvo molli ac ſucci plena.

3. Ita ut nec à Medico, nec ab aliqua extrinſeca cauſa; diætâ nempe, aëre, &c. ſed ſolius naturæ imperio cieatur.

4. Non quidem ſigno, ſed cauſa: quod nimia humoris abundantia evacuetur & revellatur.

CCXXV. Ὀμμάτων ἀμαύρωσις, καὶ τὸ πεπηγὸς, ἀχλυῶδες, κακόν.

CCXXV. *Oculi hebeſcentes* [1] *& obtuſi,* [2] *concreti ac* [3] *caligantes, malum* [4] *portendunt.*

1. Quibus lucidus fulgor, qui in acutè cernentibus ineſt, periit.

2. Ferè immobiles.

3. Vide Coac. 218.

4. In acutis inprimis. In his enim hebetudo νέκρωσιν τῆς ὀπτικῆς δυνάμεως ſignificat: concretio verò, τελεωτάτην νέκρωσιν τῆς κατὰ τοὺς μύας δυνάμεως, à quibus, cum ſe naturaliter habebant, movebantur. Vide Prorrhet. 46.

CCXXVI. Ὀμμάτων ἀμαύρωσις ἅμα ἀψυχίῃ, σπασμῶδες συντόμως.

CCXXVI. *Oculorum* [1] *hebetatio cum animi* [2] *defectione promptam* [3] *convulſionem denuntiat.*

1. Ab humoris cryſtallini, & ſpiritus viſorii, per febrem exhauſtu.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

2. Quæ animalis virtutis infirmitatem innuit.

3. Spiritu animali diſſipato, & nervorum principio læſo.

CCXXVII. Ὀμμάτων ὀρθότης ἐν ὀξεῖ, καὶ κίνησις ὀξείη, καὶ ὕπνος ταραχώδης, ἀγρυπνίη πολὲ ἐστὶ καὶ στάξιες ἐκ ῥινῶν, οὐδὲν ἀγαθόν.

CCXXVII. *In præcipiti*[1] *malo rectus*[2] *oculorum obtutus, ac motus*[3] *pernicitas, ſomnus*[4] *turbulentus,*[5] *pervigilium, interdumque ſanguinis ex naribus*[6] *ſtillationes, nihil boni*[7] *denuntiant.*

1. In morbo acuto, inprimis febre ardente, quæ calorem nativum, & ſpiritum, ardore ſuo profligat.

2. Quales oculi, ὀφθαλμοὶ ἀτενέες vocantur. Duretus ὀρφνότης legit.

3. Quæ ἐνδεδινημένους καὶ ἀστηρίκτους ὀφθαλμοὺς, id eſt, inſtabiles & perniciter motos oculos, ſignificat.

4. Evaporatione humida vim cerebro adferente.

5. Ob cerebri fervorem, & vaporis ſomniferi pravitatem.

6. Inprimis, ſi qualitate & ſubſtantiæ vitio peccent, idque die critico.

7. Quod cerebro exhauſto convulſionem affuturam ſignificent.

CCXXVIII. Πρὸς τὴν ἀφὴν μὴ περικαέες, φρενιτικοὶ γίνονται, καὶ μᾶλλον ἢν αἷμα ῥυῇ.

CCXXVIII. *Qui in*[1] *febribus ad tactum*

tactum [2] *nullum ardoris ſenſum præ ſe ferunt, phrenitici* [3] *fiunt, idque magis, ſi ſanguis* [4] *fluxerit.*

1. Ardentibus nempe & malignis.
2. Cum tamen intus ardeant. Tales in Prorrhetico nominat καυςικοὺς, ἀκρίτως περιψύχοντας, æſtuantes, injudicatè perfrigeratos.
3. Cerebro ob internum incendium æſtuante.
4. Quod hic fluxus materiam ſurſum cum impetu ferri oſtendat. Proſper ſuperiorem Coacam cum iſta conjungit, & ita legit: *Oculorum rectitudo in morbo acuto, & motus velox & ſomnus turbulentus, & vigiliæ, aliquando autem & ſtillationes e naribus, ad contactum non urentes, phrenitici fiunt, & maxime ſi ſanguis fluxerit.*

TITULUS VIII.

De Lingua & reliquis oris partibus.

CCXXIX. Γλῶσσα δὲ κατ' ἀρχὰς μὲν πεφρικυῖα, τῷ δὲ χρώματι διαμένουσα, προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου τραχυνομένη, ἢ πελιαινομένη, καὶ ῥηγνυμένη, θανάσιμον. σφόδρα δὲ μελαινομένη, ἐν τεσσαρεσκαιδεκάτῃ κρίσιν γενέσθαι δηλοῖ. χαλεπωτάτη δέ ἐστιν μέλαινα καὶ χλωρή.

CCXXIX. *Lingua* [1] *circa initia quidem* [2] *horrida, in eodem verò colore* [3] *perſeverans, procedente verò* [4] *tempore ubi* [5] *exaſperatur,* [6] *liveſcit,* [7] *finditur, mortem* [8] *de-*

 nuntiat.

nuntiat. Quòd ſi admodum [9] *nigreſcat, decimo quarto die* [10] *judicationem promittit. Periculi* [11] *autem maximè plena eſt nigra, & ex virore* [12] *palleſcens.*

1. Cum omnia leviora eſſe ſolent.

2. Æqualiter juxta ſiccitatem & humiditatem affecta. Unde levem quandam in ſuperficie aſperitatem præ ſe fert, ob membranarum, quas partim à gula, partim à gutture, accepit, ſiccitatem.

3. Genuino ſcilicet & naturali.

4. Id eſt, exactâ primâ periodo, quæ quatuor diebus abſolvitur. Hippocrates περιόντας χρόνους vocare ſolet inoffenſam quatuor morbi temporum ſucceſſionem.

5. Ita ut peruſta & magis aſpera evadat, ob glandularum ſalivam affundentium, & venarum hypoglottidum, nimiam ſiccitatem.

6. Tum per ὀχύμωσιν, ſeu ναυσίωσιν, effuſionem vel nauſeam venarum virulentarum; tum per caloris vivifici extinctionem.

7. Ac terra nimio ſole peruſta.

8. Propter μαρασμὸν περιτρυγῆ, quem ardor febrilis invexit.

9. Aſpera ſimul & hiulca exiſtit.

10. Quod febris ardens tam celeriter & vehementer moveatur, ut citam mortem adferat. κρίσεως vocabulum in malam hic partem ſumitur.

11. Quod vel ab atra bile, vel à fuliginoſa in febribus ardentibus aduſtione, procedat.

12. Quòd à bile vitellina & æruginoſa inficiatur. Non eſt autem mirum, quod lingua eſt ὁμόχρους τῇσι περιστάσεσι, ita ut & οὖρον σημαίνῃ. Nam, quia rara eſt, fungoſa, & inſignibus vaſis plena,

plena, promptè ſuccorum colores imbibit. Vide l. de judicationibus.

CCXXX. Γλῶσσα παρὰ τὸ δικροῦν ὥσπερ σιάλῳ λευκῷ καταλειφθεῖσα, σημεῖον ἀνέσεως πυρετοῦ, παχέος μὲν ἐόντος τοῦ ἐπιγεννήματος, αὐθήμερον. λεπτοτέρου δὲ ἐς τὴν ὑστεραίην. ἔτι λεπτοτέρου τεταρταίην. τὰ δὲ αὐτὰ σημαίνει καὶ ἐπ᾽ ἄκρην τὴν γλῶσσαν γινόμενα, ἧσσον δέ.

CCXXX. [1] *Linguæ* [2] *biſulcum velut ſaliva* [3] *alva obductum, febris* [4] *remiſſionem indicat, eo quidem, quod agnatum eſt, craſſo exiſtente* [5], *eodem die: ſi verò tenuius fuerit, poſtridie, perendie quoque ſi adhuc tenuius fuerit. Eadem etiam ſignificatio eſt, ſi hæc circa ſummam linguam contingant, minus tamen* [6] *firma.*

1. Quæ antehac viſa eſt aſpera & exotici coloris.
2. Quod per mediam lineam excurrit.
3. Illâque lævi, æquali, & quaſi ſpermatica.
4. Non ſecus atque hypoſtaſis alba aut oculorum nitor: reſtincto viſcerum incendio, humectato ventriculo, & humorum in vaſis coctione procuratâ.
5. Nam ut pepaſmi properatio criſis celeritatem indicat: ſic ejus perfectionis certiſſima nota craſſitudo humoris, quæ in mediocritate conſiſtit, & virtute naturæ, quæ per ſolidas univerſi corporis partes diffunditur, perficitur.
6. Quod, etſi ſumma lingua, prima omnium,

coloris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

coloris & aſperitatis fœditatem exuat, longius foco ardoris abſit, & glandularum potius ſaliva quam mitificato venarum humore, madeſcat.

CCXXXI. Γλῶσσα τρομώδης μετ' ἐρυθήματος κατὰ ῥῖνας καὶ κοιλίης ὑγρῆς, τὰ δ' ἄλλα ἀσήμως ἔχοντα κατὰ πλεύμονα, πονηρὸν, καὶ ὀξείας καθάρσιας ὀλεθρίους σημαίνει.

CCXXXI. *Lingua [1] tremula cum narium [2] rubore & alvo [3] humecta, ſi reliqua quæ ſunt circa pulmonem, [4] nullam judicationis ſignificationem præ ſe ferant, malo [5] eſt, ac celeres pernicioſas [6] purgationes denuntiat.*

1. Ob facultatum cerebri, per prægravantem humorum abundantiam, oppreſſionem, & nervorum irrigationem.

2. Quem ſerum in narium denſitate conſiſtens cauſatur.

3. Quæ liquidis excrementis ſæpe & multum fertur, decumbente in ventris alveum materiâ.

4. Id eſt, ſi nulla affecti pulmonis ſignificatio edatur.

5. Ob ingentem facultatis læſionem, & inexhauſtam materiæ copiam.

6. Per alvum nempe. Poteſt eadem Coaca, de ſicca cerebri in phreniticis intemperie, intelligi; & illud, quod de pulmone ad peripneumoniam letalem, in qua nulla melioris ſpei ſigna appareant: & quod de purgationibus dicitur, de evacuationibus per ſputa accipi.

CCXXXII. Γλῶσσα παρὰ λόγον ἀπαλυνομένη, καὶ ἀσώδης, μεθ' ἱδρῶτος ψυχροῦ

ἐπὶ κοιλίῃ ὑγρῇ, μελαίνων ἐμέτων ἐστὶ σημεῖον, τὸ κοπιῶδες ἐν τουτέοισι κακόν.

CCXXXII. *Lingua præter rationem* [1] *mollis reddita, ac* [2] *nauſeabunda, cum ſudore* [3] *frigido, ab alvo* [4] *liquida, nigræ vomitionis* [5] *ſignificationem affert. In his laſſitudinis* [6] *ſenſus malum* [7] *denuntiat.*

1. Sine pepaſmo, c iſi, evacuatione, potu, & epithematis, ſuperſtite adhuc febrili calore, & morbifici humoris cruditate.

2. Nauſeam ſentiens, & faſtidii plenitudinem, ob impuritatem ventriculi, quæ, per interiorem tunicam linguæ, palato & ori communis, ei communicatur.

3. Per ſtomachi exolutionem, & caloris vitalis retractionem; unde partium extimarum refrigeratio.

4. Ex nimio ſeri à cerebro in alvum prolapſu.

5. Maximè in phrenitide ſi rigor inciderit, bile flava in atram ardore febrili mutatâ.

6. Ex mordaci humorum acrimonia.

7. Quòd humores in ambitum corporis compulſi, facilè regurgitare poſſint.

CCXXXIII. Αἱ τρομώδεες γλῶσσαί τισι καὶ κοιλίην ὑγρὴν ποτὲ ποιέουσι. μελανθεῖσαι δὲ ἐν τουτέοισι, ταχὺν θάνατον σημαίνουσιν. ἡ γάρ γε τρομώδης γλῶσσα σημαίνει οὐχ ἱδρυμένην γνώμην.

CCXXXIII. *Linguæ* [1] *tremulæ quibuſdam etiam alvum humectam* [2] *nonnunquam reddunt. In his autem ſi* [3] *nigricent,*

etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

etiam mortem [4] denuntiant. Ac fortaſſis linguæ [5] tremula inſtabilem [6] mentem, & à ſede conſtantiæ deturbatam, ſignificat.

1. Dum exeruntur vel voces efformant.
2. Quod nimia humoris in cerebro copia, quâ lingua propter vicinitatem madeſcit, per continuitatem interioris tunicæ, alvo communicetur.
3. Linguæ ſcilicet, illaque nigredo fixa ſit.
4. Quod cum perenni atræ bilis ex flava generatione ſumma virium infirmitas conjuncta ſit.
5. Per epigeneſin phrenitidis.
6. Ob incandeſcens æſtu cerebrum. Ea vis caloris eſſe ſolet, ut continenter moveat, nec ullam quietem concedat.

CCXXXIV. Αἱ δασεῖαι καὶ κάρξηροι, φρενιτικαί.

CCXXXIV. *Linguæ [1] denſæ & [2] peraridæ, phrenitidem [3] portendunt.*

1. Id eſt, inchoatæ inæqualitatis; vel potius τραχεῖαι, ob ſiccitatem procedentem.
2. Exhauſtis ſalivæ fontibus, per febrilem ardorem & cerebri incendium.
3. Per cerebri, æſtu excandeſcentis, ſympathiam. Vide Prorrhet. 3.

CCXXXV. Ὀδόντας συνερίζειν ἢ πρίειν, ᾧ μὴ συνήθες ἐκ παιδίου, μανικὸν καὶ θανάσιμον. ἤδη δὲ παραφρονέων ἢν ποιέῃ τοῦτο, παντελῶς ὀλέθριον. ὀλέθριον δὲ καὶ ξηραίνεσθαι τοὺς ὀδόντας.

CCXXXV. *[1] Dentium [2] colliſio aut ſtridor, præter conſuetudinem [4] à teneris*

contra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

contractam, inſaniam 5 *ac mortem* 6 *denunciat. Quod ſi jam deliranti iſtud accidat, & prorſus exitiale eſt. Quin & dentes* 8 *reſiccari, perniciem denotat.*

1. Octo primorum, caninorum quatuor, & viginti molarium in utraque maxilla.

2. Ut mutuo attritu ſtridorem edant, velut confragoſum, ob muſculorum temporalium convulſionem.

3. Seu ſtrepitus, qui, ut in crepitaculis, crebro illiſu cientur, ob tremorem.

4. Solet enim id aliquando pueris convulſione correptis, ob febrim acutam, alvi ſuppreſſionem, vigilias, & pavores, accidere.

5. In febribus nempe, ob cerebri exhauſtum.

6. Quod tales progreſſus phrenitis ad interitum faciat.

7. Quod muſculorum cerebro communium & propinquorum afflictionem, per exhauſti principii & facultatis effœtæ ſympathiam, indicet.

8. Quod id cerebrum incendio æſtuare ſignificet.

CCXXXVI. Ὀδόντος σφακελισμὸς ἀπόστημα παρὰ οὖλον γινόμενον λύει.

CCXXXVI. *Dentis* 1 *ſideratio abſceſſum* 2 *ad gingivas enatum* 3 *ſolvit.*

1. Abſoluta corruptio, à propria cauſa, vel gingivarum corruptione, procedens.

2. Viâ puri inde factâ, præſertim ſi is dentis vitio acciderit.

3. Interdum etſi dens in cauſa non ſit, tamen poſtquam excidit, leviorem abſceſſum, velut pure liberatum, facit; quod in dies in iis fluxionibus, quæ ad dentiũ dolores conſequuntur, experimur.

CCXXXVII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

CCXXXVII. Ἐπὶ ὀδόντος σφακελισμῷ πυρετὸς ἐπιγινόμενος σφοδρὸς, καὶ παραφροσύνη, θανάσιμον. ἢν δὲ σώσονται, ἕλκεα ἐκπυήσει, καὶ ὀστέα ἀφίσταται.

CCXXXVII. *Ad dentis* [1] *ſiderationem vehemens accedens* [2] *febris cum* [3] *delirio, mortem* [4] *minatur. Quod ſi ſerventur* [5] *ægri, ulcera* [6] *pus colligent, & oſſa* [7] *abſcedent.*

1. Inchoatam nempe, quam à ſanguinis bilioſi affluxu exorta inflammatio, eaque cum pulſu & ſummo dolore conjuncta, cauſatur.

2. Causâ morbificâ ad cor propagatâ.

3. Ob tractum in conſenſum per nervos cerebrum.

4. Quòd febri delirium accedens, duas principes partes laborare oſtendat.

5. Per pepaſmum & liberam excretionem.

6. Victrice naturâ, morbo mitigato, & inchoatâ ſideratione ad integritatem redeunte.

7. Luxatâ dentium per ſuppurationem gomphoſi; aut eorum jam corruptorum excluſione.

CCXXXVIII. Οἷσι περὶ τὴν ὑπερώην ὑγροῦ σύστασις γίνεται, ὡς τὰ πολλὰ πυοῦται.

CCXXXVIII. *Quibus ad* [1] *palatum humor* [2] *colligitur, plerunque* [3] *in pus vertitur.*

1. Partem oris ſuperiorem, fornicis modo cavatam, foraminulis pituitæ excutiendæ causâ dicatis, & craſsâ membranâ obductis, obſitam.

2. Sup

2. Suppurabilis nempe. συνίστασθαι hic idem quod συστρέφεσθαι, & συλλέγεσθαι. Alias multa συνίστανται, conſiſtunt, quæ non συστρέφονται, colliguntur. Humores illi dicuntur propriè συστρέφεσθαι, qui in aliquam partem confluunt, ibique figuntur.

3. Ob nativam oris humiditatem & temperiem, quod tamen vix laudabile erit, cum collectio in palato, foraminum pleno, non facile fiat; &, ſi acciderit, foraminibus occluſis, membranam, & oſſa tenuia, facilè corrumpat. Videtur hæc prognoſis ad curationem virulentiæ pertinere, quæ nihil aliud eſt, quam propagatio phymatum virulentorum, quam facit humorum & viſcerum conſpurcatio, ex contagione impurâ.

CCXXXIX. Τὰ περὶ γένυας ἀλγήματα σφοδρὰ, κίνδυνος ἐς ὀστέου ἀνάπλευσιν ἐλθεῖν.

CCXXXIX. *In[1] vehementibus[2] circa maxillas doloribus, periculum eſt [3] ut os fluctuet.*

1. Seu diſpoſitionibus, quæ dolores inferunt.

2. Illarum faciei partium, quæ genis ſubjectæ ad mentum uſque deſcendunt, & hac in mucronem deſinunt.

3. Concepto pure, eodem redundans, velut natat: vel ſubjectâ carne corruptâ demergitur, veluti deſidit, & cavum relinquit. ut, l. 4 Epidem., de ulcere exedente, indeque corruptis dentibus, & tandem excidentibus, οἱ ὀδόντες ἀνέπλεον dixit. Cornarius oſſis λεπίδωσιν, & ψίλωσιν, intelligit.

CCXL.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

CCXL. Χεῖλος συσπώμενον σημαίν
κοιλίης χολώδεος καταῤῥηξιν.

CCXL. [2] *Contractum* [1] *labrum bi*
lioſæ alvi [3] *perruptionem denuntiat.*

1. Oris extremitas muſculoſa, idipſum alter
natim claudens & aperiens.

2. Per villos internæ ventriculi tunicæ omni
bus communi. Vergit hic deorſum, dum qu
ipſum exagitant, deorſum trudit. Hinc gula deor
ſum trahitur, & per hanc labrum.

3. Ob ventriculi contra ſuccum acrem & mor
dacem, quique validè ad expulſionem irritat, pu
gnam.

CCXLI. Τὰ ἀπὸ οὔλων αἵματα ἐπ
κοιλίῃ ὑγρῇ, ὀλέθρια.

CCXLI. *Sanguis* [1] *ex gingivis cum*
humecta [2] *alvo profluens, perniciem* [3] *mi*
natur.

1. Ichoroſus nempe, cum deſtillatione ferin
à qua primum os, poſt ventriculus, quaſi apht
obducitur, & quidem profluens ob retentricis e
ſolutionem.

2. Venoſi generis imbecillitatem indicante.

3. Quòd, naturali œconomiâ labefactatâ, ab
que ſpe ἐπανορθώσεως, vires fatiſcant.

CCXLII. Πτυάλου ἀναχρέμπτεες
πυρετῷ πελιδναὶ, μέλαιναι, χολώδεες, ἐπ
στῆσαι μὲν κακὸν, ἀποχωρέουσαι δὲ καὶ λόγο
χρήσιμον.

CCXLII. *In* [1] *febre ſputi* [2] *excreati*

n

nes lividæ, 3 *nigræ*, 4 *bilioſæ*, *ſubſiſtentes* 5 *quidem malæ ſunt*, *ſi vero pro ratione* 6 *excernantur*, 7 *utiles*.

1. Continuâ nempe.

2. Propter partis mortificationem.

3. Seu ob bilis æruginoſæ peruſtionem, vel ipſius νεκρώσεως cauſam.

4. Æruginoſæ. Talia ſputa vocantur χλωρά.

5. Quod & ipſæ tales ſint, utpote meracæ, id ſt, naturalis ſeri, ab ardore febrili conſumti, deectu.

6. Id eſt, ſi ſputum prodeat flavum, pituitæ ccuratè mixtum, aut ſanguine perfuſum, non enue, nec glutinoſum, & prodeat in copia, norbi initio, cum ſpirandi libertate.

7. Quod criticè fiant, & bonis ægri rebus.

CCXLIII. Οἷσιν ἁλμυρώδεα πτύελα, βὴξ ὑφίςαται, τουτέοισι χρὼς ἐρυθραίνεται οἷον ἐξανθίσματι. περὶ δὲ τῆς τελευτῆς ραχύνεται.

CCXLIII. *Quibus ſalſa* 1 *ſputa cum tuſſi* 3 *ſubſiſtunt*, *iis corpus velut efflorentibus* 4 *puſtulis rubeſcit*, *ante* 5 *obitum vero exaſperatur*.

1. Et quidem vel à pituitæ putredine, vel ſeri lioſi cum eadem permiſtione, talia.

2. Sicca & cum raucitate conjuncta.

3. Ob partis infirmitatem, expectorationem romovere non valentis.

4. Erodente ſanie per ipſum diffusâ.

5. Quoniam partes ſolidæ, ſuo deſtitutæ genio, iritus rabifici appulſu, & febre lenta, non ſo-

lum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

lum rigidiuſculæ ſunt, verum etiam ſiccitatis intenſione majorem inæqualitatem concipiunt. Poteſt hoc & de faciei colore accipi. Nam ſuppreſsâ in pulmonibus materiâ & concalefactâ, vapores in caput plurimi & acres ſuſtolluntur, unde facies rubet, in eaque puſtulæ poſtea excitantur & ulcera, quæ ſcabritie quadam ſub mortem exaſperantur.

CCXLIV. Ἀνάχρεμψις πυκνὴ, ἢν δή τι καὶ ἄλλο σημεῖον προσῇ, φρενιτικόν.

CCXLIV. *Exſcreatio frequens, ſiquidem etiam aliud quoddam ſignum affuerit phrenitidem portendit.*

Hujus Coacæ ſenſum vide Coaca 94. Extat & in Prorrhet. aphor. 6.

TITULUS IX.

De Voce.

CCXLV. Αἱ μετ' ἐκλύσιος ἀφωνίαι κάκισται.

CCXLV. *Vocis defectiones cum virium exolutione, peſſimæ.*

Sed & hanc explicatam Coaca 22, & 34, invenies. Deſumpta eſt ex Prorrhetico 24 & 96. Cauſa tam exolutionis, quàm ἀφωνίας, eſt nativi caloris extinctio, unde materiæ vocalis paupertas & facultatis motricis infirmitas, unde vocalium inſtrumentorum ad efflationem impotentia.

CCXLVI. Αἱ ἐπ' ὀλίγον θρασέες παρακρούσιες, πονηρὸν καὶ θηριῶδες.

CCXLVI

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

CCXLVI. *Quæ brevi tempore durant feroces mentis emotiones, malæ ſunt & in ferinas evadunt.*

Iſtam quoque expoſuimus Coaca 51, & 85.

CCXLVII. Οἷσι φωνὴ ἅμα πυρετῷ ἐκλείπει μετὰ ἀκρισίας, τρομώδεες θνήσκουσιν.

CCXLVII. *Quos* [1] *vox cum* [2] *febre & abſque ulla* [3] *judicatione deficit, ii tremuli* [4] *intereunt.*

1. Propter intercoſtalium muſculorum imbecillitatem: ſeu illa ab oppreſſione, ſeu à potentiæ animalis ἐκλύσει, procedat.

2. Non intermittente.

3. Seu quòd nulla fuerit, propter humoris morbifici contumaciam; ſeu quod, crudis humoribus in malos abſceſſus converſis, obtineri non potuerit, etſi aliquid tentatum ſit.

4. Facultate animali diſſolutâ, cum caloris nativi extinctione. Vide Prorrhet. 91.

CCXLVIII. Αἱ ἐν πυρετῷ ἀφωνίαι σπασμώδεα τρόπον, ἐκστᾶσαι σιγῇ, ὀλέθριον.

CCXLVIII. *Vocis* [1] *defectiones* [2] *in febre, quæ convulſionis ſpeciem præ ſe ferunt, & in mentis emotionem* [3] *cum ſilentio deſinunt, perniciem* [4] *oſtentant.*

1. Ob partium, materiam vocalem exprimentium, deducentium, excipientium & modulantium, convulſionem.

2. Symptomatibus aucta, propter fruſtraneam

irritationem, & humoris morbifici cruditatem

3. Aphoniæ causâ vel diſſipatâ, vel aliò converſâ, & ægro linguam recipiente: cerebro verò diuturnâ & vehementi alteratione alienato.

4. Quod partes principales oppreſſæ ſint. Vide Prorrhet. 54.

CCXLIX. Αἱ ἐκ πόνου ἀφωνίαι, δυσθάνατοι.

CCXLIX. *Quibus*[1] *voces cum*[2] *dolore deficiunt, ii tandem*[3] *non ſine ſummo cruciatu vitam cum morte commutant.*

1. Impeditis inſtrumentis voci dicatis.

2. Id eſt, gravi & fixa intercoſtalium muſculorum convulſione.

3. Propter ſymptomatum vehementiam, in doloris acerbitate, difficili reſpiratione, cephalalgia, &c. conſiſtentem. Vide Prorrhet. 55.

CCL. Αἱ μετ᾽ ἐκλύσιος κατόχως ἀφωνίαι, ὀλέθριοι.

CCL. *Vocis defectiones cum virium exolutione, ac alto ſtupore, quem catochon vocant, perniciem minantur.*

Vide Coacam 22, 34, & 245. Vocabulum κατόχως ambiguam habet notionem. Poteſt enim vel ad pertinacem vocis defectionem, vel ad propriam catochi notationem referri. In hunc ſenſum accepit Galenus. Illa videtur huc melius quadrare. Nam quia Catoche in τῇ τάσει conſiſtit non poteſt cum exolutione jungi.

CCLI. Αἱ καταχλώμεναι φωναὶ μετὰ φαρμακείην, ἧσσα πονηρόν; τουτέων οἱ πλεῖστοι ἐφιδροῦσι, καὶ κοιλίας καθυγραίνονται.

CCLI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

CCLI. *Confractæ*[1] *voces poſt medicamenti purgantis*[2] *potionem, conſiderandæ*[3] *num pravæ ſint. Horum pleriſque tenues*[4] *ſudores diffluunt, & alvi*[5] *humectantur.*

1. Id eſt, interruptæ & omnino perverſæ, ex humorum in muſculis laryngis defluxione, & materiæ vocalis à catarrho ferino oppreſſione.

2. Quæ vel hypercatharſin facit, vel choleram excitat, vel oppreſſionem, motâ quæ excludi tam cito non poteſt materiâ, adfert.

3. Quod nemo dubitat, cum convulſionem indicent.

4. Vel toto corpore, vel in cervice & capite, ſeu per expreſſionem opprimentis materiæ, ſeu per exolutionem ab hypercatharſi & cholera.

5. Seu ventriculo officium negligente, ſeu eodem à catarrho ferino aphthis obſito, citò aſſumpta deponente, & lienteriam minante. Poſſunt etiam κατακλώμεναι φωναὶ hic intelligi, ſeu ex ſpiritu in faucibus eliſo inciſæ, velut abruptæ, & effractæ, ſubſiſtente inter reſpirandum & efflandum ſpiritu; ſeu offenſante velut ſpiritu querulæ & gemebundæ; ſeu elangueſcentes & obſcuræ; ſeu quæ convoluto veluti in faucibus ſono refringuntur, & turbatæ educuntur. Hæ enim vel ſummum muſculoſi generis ex ſiccitate vitium, vel ſummam virium imbecillitatem, innuunt. Aliis ſunt querulæ, gemebundæ, aut ſuſpirioſæ, velut offenſante & interſpirante ſpiritu, quæ κλαυθμώδεες Græcis.

CCLII. *Ἐν ἀφωνίῃ πνεῦμα οἷον τοῖσι πνιγομένοισι, πρόχειρον, πονηρόν. ἦ ῥά γε καὶ παρακρουστικόν.*

CCLII. *In vocis* [1] *defectione reſpiratio velut iis qui ſuffocantur, conſpicue* [2] *elata & viſui expoſita, perniciem* [3] *minatur. Animadvertendum etiam eſt, num* [4] *delirium prænuntiet.*

1. De qua hactenus actum.
2. Qualis iis qui nonniſi rectâ cervice, ut an ginoſi; aut nonniſi reſidendo, ut pulmonici, re ſpirant. Πρόχειρον vocavit, quòd prima ſub aſpe ctum Medici veniat.
3. Quòd actionem, ad vitam neceſſariam, val dè urgeri ſignificet.
4. Quod facilè accidere poteſt, ſi hæc difficul tas ſpirandi, nervorum, non inſtrumentorum de ducentium & excipientium, vitio accidat.

CCLIII. Αἱ ἐκ κεφαλαλγίης ἀφω νίαι ἅμα ἱδρῶτι πυρετώδεες, χαλῶντα ἐπ αὐτοὺς, ἀνιέντα χρονιώτερα. ἐπιρριγοῦντα τοῖ τέοισιν, οὐ πονηρόν.

CCLIII. *In* [1] *febre cum* [2] *ſudore, vo cis ex capitis* [4] *dolore* [3] *defectiones, ſi per* [5] *ſ reſolvuntur ægri, ac præter voluntatem ex crementa demittantur, malumque* [6] *remit ti videatur, diuturni morbi metus eſt. In hi ſubinde obortus rigor* [7] *damnari non debet.*

1. Continuâ.
2. Symptomatico nempè, qui nec febrem ne cauſam tollit, ſed ex humore tenui exprimitur.
3. A copiâ naturam opprimente.
4. Ab ejuſdem per calidos vapores in febre re pletione, exorto.

5. Pro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

5. Propter exolutum ſphincterem, vel mentis affectum.

6. Propter iſtam nempe excretionem.

7. Quod critica non judicantia, vel letalia ſint, vel difficilis judicii. Ideò recidivas importent, inprimis ſi materia ſit copioſa, & natura imbecillis.

8. Quòd per eum materia morbifica paſſim diſſipetur; partim à loco, in quo fixa permanebat, dimoveatur. Vide Prorrhet. 94.

CCLIV. *Αἱ μετὰ ἀφωνίης ἐκστάσιες, ὀλέθριαι.*

CCLIV. *Vehementes* [1] *inſaniæ cum vocis* [2] *defectione, perniciem* [3] *intentant.*

1. Quas cerebri affectio excitat.

2. Quæ principium nervorum affectum indicat.

3. Quia quo plures facultates vitium admittunt, eo pejore loco ſunt ægri res.

CCLV. *Αἱ τοῖσιν ἐπιῤῥιγέουσιν ἀφωνίαι, θανάσιμον. εἰσὶ δὲ κεφαλαλγέες οἱ τοιοῦτοι ἐπιεικέως.*

CCLV. *Vocis* [1] *defectiones rigore* [2] *ſubinde correptis* [3] *letales, fereque ii capitis dolore* [4] *conflictari ſolent.*

1. A læſo nervorum principio obortæ.

2. Per quem non tam aliquid excernitur, quàm ad caput & diaphragma transfertur.

3. Quòd ad præparationem ſuſcipientis, quam *capitis dolor* indicat, perennitas efficientis inducat.

4. Quod materia per rigorem agitata, dum ad organa vocis ſecedit, caput vaporibus oppleat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

CCLVI. Αἱ μετ' ἐκλύσεως ἀφωνίαι, ἐν πυρετῷ ὀξεῖ ἀνιδρῶτι, εἰσὶ μὲν θανάσιμοι, ἧσσον δὲ τῷ ἐφιδροῦντι, χρόνον δὲ σημαίνει. ἴσως δὲ καὶ οἱ ἐξ ἐπιστροφῆς παθόντες τοιοῦτον, ἀσφαλέσταται. ὀλεθριώταται δὲ τῶν τοιούτων, οἷσι τὰ ἐκ ῥινέων, καὶ οἷσι κοιλίαι καθυγραίνονται.

CCLVI. *Vocis* [1] *defectiones cum virium* [2] *exolutione, in acuta* 3 *febre ſine* 4 *ſudore, ſunt quidem* 5 *letales, cum* 6 *ſudore vero minus, at temporis* 7 *diuturnitas ſignificatur. Ac fortaſſe quidem quibus ex morbi* [8] *reverſione tale quid contingit, ſecuriſſime* 9 *habent. Ex iis autem maximo in periculo* 10 *verſantur, quibus ſanguis ex naribus perfluit, & alvi effunduntur.*

1. A copia humorum nimia exortæ.

2. A trium facultatum, vitalis inprimis & animalis, oppreſſione procedente.

3. Quæ celeriter hiſtoriam ſuam abſolvit.

4. Critico nempe imperfecto.

5. Propter naturæ imbecillitatem, & humoris contumaciam.

6. Quod is naturam morbo ſe opponere indicet: quæ collectis per momenta univerſis viribus, ſæpe vincit, aliquando fracta ſuccumbit.

7. Propter morbi & naturæ colluctationem.

8. Reliquiis ſuperſtitis materiæ recidivam poſt imperfectam criſin excitantibus.

9. Quod natura, redintegrato quaſi certamine, paulatim concoctam materiam, paulatim per ſudorem excutiat.

10. Nam hujuſmodi evacuationes, ab exhau-

ſtu

ſtu ſudores eſſe, & proprium ultimumque ſolidarum partium alimentum exolvi, oſtendunt.

CCLVII. Ἡ ὀξυφωνίη κλαυθμώδης, καὶ ὀμμάτων ἀμαύρωσις, σπασμῶδες. οἱ ἐς τὰ κάτω πόνοι τουτέοισιν, εὔφορον.

CCLVII. *Vox* [1] *acuta* [2] *ejulabunda, ac oculorum* [3] *hebetudo, convulſionem minantur. His dolores* [4] *ad inferiores partes demiſſi, toleratu ſunt* [5] *faciles.*

1. Propter vocalium inſtrumentorum ex ſiccitate in anguſtum coactionem; Exemplaria quædam ἡ ξυμφωνίη κλαυθμώδης legunt vitioſe.

2. Et quaſi ſuſpirioſa, qualem in fletu pueri edunt.

3. Ex proſtrata cerebri ſenſatione exorta.

4. In thoracis & laryngis muſculis, propter intenſam ſiccitatem, quam igneus ardor invexit.

5. Seu ex μεταστάσεως ratione, ſeu quòd jam dicta affectio ex diuturnitate morbi longi, aut ex acuto decidui potius, quàm vehementi febris acutæ incendio, inducta fuerit. Abſceſſus enim leviter ferre non poſſunt, qui vi febris ita exaruerunt, ut vocem acutam & ejulabundam edant.

CCLVIII. Ἄμα φωνῇ τρομώδει, λύσις κοιλίης παράλογος, ἐν τουτέοισι διεστηκόσι χρονίοισιν ὀλέθριον.

CCLVIII. *Alvi* [1] *ſolutio quæ præter* [2] *rationem accidit, cum voce* [3] *tremula, in his diutius* [4] *perſeverante perturbatione pernicies* [5] *intentatur.*

1. Diarrhœa à ventriculo nimium humefacto,

quod vel cerebrum, vel partes oris, humiditatem ſuperfluam in eum demittant, exorta.

2. Id eſt, ἀσήμως, ἀκρίτως.

3. Quam inſtrumentorum vocalium, à nimia muſculorum humiditate, titubatio & vacillatio cauſatur. Quando nimius humor ſuperficiem inſtrumentorum vocalium madefacit, fit vox rauca: quando vel copioſior fit, vel ſe penitius in muſculos inſinuat, quo minus liberè moveantur, fit vox tremula.

4. Velut novâ quâdam morbi acceſſione.

5. Colliquatione inſequente, & reſolutione tum ventriculi, tum hepatis, &c.

CCLIX. Αἱ πυκναὶ ὑποκαρώδεες ἀφωνίαι ξυστᾶσαι, φθινώδεα προσημαίνουσι.

CCLIX. *Crebræ & quæ cum ſopore* [2] *quodam conſiſtunt vocis* [1] *deſectiones, tabem* [3] *denuntiant.*

1. In chronicis morbis, illæque ab obſtructione nervorum, inſtrumentis vocalibus implantatorum, exortæ.

2. Quòd capitis repletio adhuc perſeveret.

3. Fluxione ad pulmones è cerebro converſa, eoſdemque ſucceſſu temporis erodente. Nota verò 1, obſervatum, pleroſque quibus ſanies in pulmone continebatur, aut aſperæ arteriæ ductus tuberculis comprimebantur, aut aliquod aliud impedimentum cum levi deſtillatione è cerebro obveniebat, ſubito in aphoniam incidere ſolitos, ſeu propter præcipitem virium lapſum, ſeu evaporationem in cerebrum, & meatuum interceptionem, ſeu ſubitam & confertim factam è cerebro defluxionem. 2. Eam quæ à defluxione fit, frequenter recurrere ſolere; & viſi, qui reſtituta voce,

ta voce, ſed oborta difficili reſpiratione, præfocati ſunt; & qui, agitata à purgante medicamento materia, & ſuppreſſo ſputo, interiere.

TITULUS X.

De Reſpiratione.

CCLX. ΠΝεῦμα πυκνὸν μὲν καὶ σμικρὸν ἐὸν, φλεγμονὴν καὶ πόνον ἐν τοῖσι καιρίοισι τόποισι σημαίνει. μέγα δὲ καὶ διὰ πολλοῦ, παραφροσύνην ἢ σπασμόν. ψυχρὸν μὲν θανάσιμον. θανάσιμον δὲ καὶ πυρετῶδες καὶ λιγνυῶδες πνεῦμα. ἧσσον δὲ τοῦ ψυχροῦ. καὶ τὸ μέγα ἔξω πνεόμενον. σμικρὸν δὲ εἴσω. καὶ τὸ μικρὸν ἔξω, μέγα δὲ εἴσω. ἥκιστον δὴ καὶ πλησίον θανάτου. καὶ τὸ ἐκλεῖνον καὶ χαλεπεῖγον, καὶ ἀμαυρόν. καὶ διπλῆ εἴσω ἐπανάκλησις ὁποῖον ἐπεισπνέουσιν. εὔπνοια δὲ ἐν πᾶσιν; ὁκόσα ἐν πυρετῷ ὀξεῖ, κἢν ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι κρίνεται, μεγάλην ἔχει ῥοπὴν ἐς σωτηρίην.

CCLX. [1] *Spiratio* [2] *frequens quidem & [3] parva, aut [4] inflammationem aut [5] dolorem principalium partium indicat, magna [6] vero & ex longis [7] intervallis, [8] delirium aut [9] convulſionem. Et frigidus [10] quidem ſpiritus letalis [11] eſt; mortem [13] quoque affert febriculoſus [12] & fuliginoſus, frigido [14] tamen minus. Et magnus [15] quoque foras expiratus; parvus vero intro; & par-*

vus foras, [16] magnus vero intro. Peſſimus quidem [17] ad mortemque proxime accedit & qui protenſus eſt, ac [18] urgens, & [19] obſcurus, duplicataque intro [20] revocatio, qualis inſpirationem conduplicantibus. Facilis [21] autem ſpiratio in omnibus morbis [22] qui cum febre acuta infeſtant, & in quadraginta [23] diebus judicantur, magnum habere ad ſalutem [24] momentum exiſtimanda eſt.

1. Id eſt, aëris inſpiratio, & fuliginum exſpiratio.

2. In qua inſpiratio & exſpiratio crebro invicem ſuccedunt.

3. In qua thorax tantum non explicatur vel colligitur, quantum uſus reſpirationis expoſcit.

4. Id eſt, tumorem durum, calidum, & dolentem, qualem Eraſiſtratus nomine phlegmones vocare conſuevit.

5. Tam illarum, quæ ſpirationis officinam & inſtrumenta conſtituunt; ut ſunt, pulmones, aſpera arteria, thorax, ejuſque capacitas, & quæ ſepto tranſverſo circumſcribuntur: quàm illarum, quæ ob conſenſus fœdus, ſpirationis ſunt adminiſtræ, eidem quodammodo ancillantur: quales ſunt, ventriculus & ejus oſculum, hepar, lien, peritonæum, colon, tenuiorum inteſtinorum pars ſuprema, & hypochondria contegentes muſculi. Vide Galenum περὶ δυσπνοίας, l. 2.

6. In qua thorax in omnem dimenſionem, ad inſpirandum & exſpirandum, propter inſtrumentorum libertatem, facultatis virtutem, & ſummam ſpirandi neceſſitatem, dilatatur & colligitur.

7. Lon-

7. Longæ quietis inter inſpirandum & exſpirandum interventu.

8. Seu à cerebri inflammatione; ſeu à ſanguinis, multâ bile perfuſi, eò tranſlati, ſuppreſſione, quod phantaſiâ laborante non citius ſe ad reſpirandum accingant, quàm ferè ſuffocentur.

9. Nec tamen neceſſariò, cum multi convulſionibus tentati, nullum talis ſpirationis ſignum ediderint, ut ex ægr. 4, & 8, l. 1 Epidemior. notum.

10. Cujus conſectaria reſpiratio parva, ex uſus defectu; & rara, propter fuliginis paucitatem, cum potentiæ animalis infirmitate conjunctam.

11. Propter irreparabilem caloris nativi extinctionem; & quod nulla intemperies ab ardore frigida, ſanabilis ſit.

12. Qui ex fuliginoſo & craſſo intus incendio ac terreſtri materiâ exhalat, & flammæ inſtar acris eſt, mordet, & exæſtuat.

13. Quia ſuffocat, & calidum innatum depopulatur.

14. Quia non tam præſentem perniciem præ ſe fert.

15. Scilicet letalis eſt, quia ſuffocationem inducit, & incendium calorem nativum exhauriens teſtatur. Magnus eſt foras, fuligine urgente, & muſculis exſpirando dicatis liberis: parvus intro, muſculis quatuor exſpirationi in utraque thoracis parte dicatis, laborantibus.

16. Scilicet letalis eſt, ob ſpiritus & caloris per ardorem exhauſtum, &, ob fuliginum copiam, ſuffocationem. Parvus eſt foras, fuliginis paucitate, & inſtrumentorum vitio. Magnus intro, ob ſummam inſpirandi neceſſitatem, & muſculorum valorem.

17. Id eſt, vel tardus, in inſpirando, ob muſculo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

ſculorum, qui pares neceſſitati non ſunt, laborem: vel longus & productus, qui per quædam media ſuſpiria educitur: vel parvus & rarus, calidi nativi extincti & ſummæ perfrictionis index.

18. Propter muſculorum, metu ſuffocationis, contentionem, quibus intercoſtales auxilio ſubveniunt. Omnes partes officiales majore contentione excitantur ad excluſionem rei moleſtæ, quàm ad comparationem neceſſariæ.

19. Seu adeo, ob vitalis ſpiritus exolutionem, & caloris nativi extinctionem, parvus, ut ferè nullus appareat.

20. Qui puerorum, poſtquam vapulavere, inſtar, ſpiritum unicâ inſpiratione bis terve recipiunt. Convulſionem ſignificat.

21. Quæ proximè ad naturalem accedit.

22. Seu illa ſit primaria, ſeu ſymptomatica.

23. Quòd ex μεταπτώσει acutarum nomen retineant, quod inchoatâ criſi, vel irrito erethiſmo, amiſerant.

24. Tam febrilis ardoris, per fuliginum expurgationem, temperatione: quàm ſpiritus vitalis reſtauratione, cujus appulſu partes ſolidæ contra ardorem febrilem recreantur.

TITULUS XI.

De Cervice.

CCLXI. Τράχηλος σκληρὸς σὺν ἐπώδυνος, καὶ γενύων σύνδεσις, σὺν φλεβῶν σφαγιτίδων παλμὸς ἰσχυρὸς, καὶ τενόντων ξυν-τάσις, ὀλέθριον.

CCLXI. *Cervix [1] dura cum [2] dolore, & ma-*

& maxillarum 3 *connexio, ac jugularium venarum* 4 *palpitatio vehemens, cum tendinum* 5 *diſtenſione, perniciem* 6 *minantur.*

1. Seu rigida, ut nec moveri, nec communicare poſſit, ob humoris coacti ſeu orgaſmum ſeu decubitum.

2. Inflammationis veræ, quæ à ſanguinis afluxu oboritur, indice.

3. Inferioris nempe cum ſuperiore, ob conulſionem muſculorum temporalium, quam ſanuis bile perfuſus, & è jugularibus arteriis & ericalibus venis eò deductus, cauſatur.

4. Ob plethoram particularem, vel partium in uibus micant, inflammationem. Vena hic pro teria ſumitur.

5. Seu illorum qui à temporalibus muſculis, temporum oſſibus deſcendentibus, comprehenuntur, cornicemque inferioris maxillæ circumrca circumdant: ſeu manducatoriorum, quos ex riſque maxillæ capitibus oriri ſcribit Hippoates.

6. Propter doloris acerbitatem, nobilium parum ſympathiam, & officii neceſſarii impedientum.

CCLXII. Τὰ ἐν φάρυγγι ἰσχνῷ ἀλγήματα πνιγώδεα, ἀπὸ κεφαλῆς ἀλγηδόνος ὁρμώμενα, σπασμώδεα.

CCLXII. [1] *Faucium* [2] *gracilium præantes* 3 *dolores, ubi ex capitis* 4 *dolore orm duxerint, convulſiones* 5 *adferunt.*

1. Amplitudinis oris, quæ cernitur inter gun & guttur.

2. In quibus nullus tumor apparet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

3. Quales in angina horrendiſſima, quæ primo quaternario interficit, accidunt.

4. Unde caput juxta partes ſenſibiliores ſeu membranas læſum eſſe, colligitur.

5. Nervoſo genere, conſorti lege, membranis compatiente. Vide Prorrhet. 104.

CCLXIII. Αἱ τραχήλου καὶ μεταφρένου ψύξιες δοκέουσαι, καὶ ὅλου δὲ τοῦ σώματος, σπασμώδεες. ἐν τουτέοισι κριμνώδεες οὐρήσιες.

CCLXIII. *Cervicis ac dorſi* [1] *perfri-ctiones, quæ etiam totum corpus* [2] *pervade-re videntur, convulſiones* [3] *denuntiant, in quibus urinæ* [4] *hordei toſti non exacte molit crasſioribus fruſtulis ſimilia continent.*

1. Quæ tales ſunt ad contactum, propter in ternam viſcerum inflammationem & calidi in nati penuriam.

2. Ut in principiis acceſſionum fieri ſolet.

3. Tum ex natura partis affectæ, quatenus ne voſum genus facile in conſenſum trahitur, tu ex ipſo morbo, quatenus materia convulſioni ex citandæ apta producitur. Per internam inflam mationem ſucci exuruntur, & atræ bilis partic pes fiunt, cujus peculiaris natura, nervoſas pa tes lædere.

4. Quod ejus contenta, humoris, vigore inte næ inflammationis exuſti, ſint reliquiæ. Quas h κριμνώδεας vocat, antehac ὑμενώδεας, & ἀφρ δεας, alibi vocavit. Vide Prorrhet. 113.

CCLXIV. Οἷσι κατὰ φάρυγγα ἐρε σμοὶ, ἐπιεικέως τὰ παρ' οὓς ἐπάρματα.

CCLXIV. *Quibus ad fauces* [1] *in*

tamen

tamenta fiunt, *iis* [2] *moderata aurium tubercula excitantur.*

1. Id eſt, vellicationes quædam ac prurigines ex humoris in fauces delabentis acrimonia.

2. Tubercula quidem, quòd humor cerebrum gravans in ſubjectas partes demittatur: moderata verò, quòd ex iſta humoris ad fauces defluxione, & quaſi derivatione, alleventur. Duretus τὸ ὀπιεικέως, ad ἐρεθισμοὺς refert: per quos alii βῆχας βραχέα ἐρεθιζούσας, hoc eſt, *tuſſes leviter irritantes*, intelligunt.

CCLXV. Φάρυγξ ἐπώδυνος, ἰσχνὴ, μετὰ δυσφορίης, ὀλέθριον ὀξέως.

CCLXV. *Vehementer dolentes fauces, abſque tumore, cum labore & moleſtia præceps exitium minantur.*

Agitur in hac Coaca de angina exquiſitiſſima, cujus Coacâ 262 facta eſt mentio. *Letalis* eſt propter internum calorem. Quod ſi labor & moleſtia accedant, ſignum eſt in partibus internis rigere incendium, à quo reſpirandi augetur neceſſitas, cui cum ob faucium anguſtiam ſatisfieri non poſſit, neceſſe eſt hominem ſuffocari. Vide Prorrhet. 86.

CCLXVI. Οἷσι πνεῦμα ἀνέλκεται, καὶ φωνὴ πνιγμώδης, σπόνδυλός τε ἐγκάθηται, τουτέοισιν ἐπὶ τῇσι τελευτῇσιν οἷον συσπῶντες τυος τὸ πνεῦμα γίνεται.

CCLXVI. *Quibus ſpiritus* [1] *retrahitur*, *& vox* [2] *ſtrangulabunda eſt*, *iis cervicis*

vicis vertebra[3] *intro deſidet, & ad exitum velut ex convulſione*[4] *quadam, reſpiratio ducitur.*

1. Ita ut reſpirationem ob anguſtiam edere recuſent.

2. Per quam ſpiritus, cum liberè extra ferri non poſſit, ob anguſtiam naribus reſonat.

3. Quia illa duo, anginæ quæ à vertebræ coll luxatione oritur, ſigna ſunt.

4. Id eſt, in cujuſdam convulſionis modum, propter ſummam anguſtiam & ſpiritus exiguitatem, quæ emoriente jam facultate contingit, interrupta eſt & ſæpius repetens. Vide Prorrhet. 87.

CCLXVII. Φάρυγξ τρηχυνθεῖσα ἐπ ὀλίγον, καὶ κοιλίη κενεῇσιν ἀναστάσεσι, μετώπου ἀλγήματα, ψηλαφώδεες, ὀδυνώδεες, τὰ ἐκ τουτέων αὐξανόμενα, δύσκολα.

CCLXVII. *Fauces leviter*[1] *exaſperatæ, & alvus inanibus*[2] *exurrectionibus fatigata, frontis*[3] *dolores in ægris*[4] *palpantibus & more inveſtigantium ſenſim contrectantibus, aut dolore affectis, ſi quæ ex his*[5] *increſcunt, moleſtiam exhibent.*

1. Ob inflammationem fugacem, in qua tenuis & acris materia excurſum ad cerebrum fecit.

2. Propter bilis ad caput tranſlationem, cujus defectu inteſtina excernere negligunt.

3. Ob ſanguinis, multâ bile perfuſi, ad eandem recurſum.

4. Qualis fuit Dealcis uxor.

5. Fir-

5. Firmatâ affectione, & naturâ in eo quaſi conflictu ſuperatâ.
6. Vel potius letalia ſunt.

CCLXVIII. Τὰ κατὰ φάρυγγα ἰσχυρὰ ἀλγήματα, τὸ παρ᾽ οὖς ἔπαρμα καὶ σπασμοὺς ἐργάζεται, τραχήλου δὲ νώτου ἀλγήματα.

CCLXVIII. *Vehementes faucium* [1] *dolores aurium* [2] *tubercula &* [3] *convulſiones excitant, itemque cervicis ac colli* [4] *dolores.*

1. Ab inflammatione, quam ſanguis bile perfuſus excitavit, oborti.
2. Parotides, de quibus Coaca 264, tranſlatâ eò materiâ.
3. Propter materiæ ad cervicis medullam, membranam & nervos, tranſpoſitionem.
4. Ob eandem cauſam, & quod muſculi ſimul per progreſſum afficiantur.

CCLXIX. Μετὰ πυρετοῦ ὀξέος, σπασμοὶ ὀλέθριον.

CCLXIX. *Convulſiones* [1] *cum febre acuta perniciem* [2] *denuntiant.*

1. Tam univerſalis, quam particularis.
2. Quòd ſit ab exhauſto. Vide Aphor. l. IV, 66.

CCLXX. Τραχήλου καὶ πηχέων ἀλγήματα, σπασμώδεα. ἀπὸ προσώπου δὲ ταῦτα, καὶ κατὰ φάρυγγα.

CCLXX. *Cervicis cubitorumque* [1] *dolores*

lores convulſiones [2] *minantur, ex facie autem* [3] *ad fauces iſta procedunt.*

1. Qui ab oppreſſione poſteriorum partium cerebri, & humorum in ſpinalem medullam diffuſione, oriuntur, ita ut materia quæ nec à natura evinci, nec loco contineri, poteſt, cervici parti nervoſæ communicetur, & ab eadem per quintam nervorum cervicalium conjugationem, ad muſculos cubiti transferatur.

2. Niſi detractione ſanguinis è venâ cubiti occurratur, quod Hippocrates, Aphor. VI, 22, jubet.

3. Id eſt, ex capite & cerebro, ut ſit idem τὸ ἀπὸ προσώπου, quod ἀπὸ κεφαλῆς ὁρμώμενον.

CCLXXI. Ὤχροὶ, ἰσχνοὶ πτυαλίζοντες, ἐν τουτέοισιν ἐν ὕπνοισιν ἱδρῶτες ἀγαθοί. ἆρά γε ἐν τῷ ἱδρῶτι κουφίζεσθαι, τοῖσιν πλείστοισιν οὐ πονηρόν; οἱ ἐς τὰ κάτω πόνοι τουτέοισιν εὔφοροι.

CCLXXI. *Pallidis, gracilibus & crebra oris ſalivatione laborantibus, in ſomnis ſudores boni ſunt. Nempe quidem & horum plurimos ſudore levari non improbandum. Quibus ſi dolores ad inferiora decumbant, toleratu faciles exiſtunt.*

Paulò obſcurior eſt hæc Coaca, propter variam lectionem. Duretus cum Calvo ὄχλοι legit, Galenus ἦχοι, *ſonitus*. Pro ἰσχνοὶ, etiam συχνοὶ apud quoſdam invenies. Ὄχλους ſi legas, quod proritationem ſignificat, rectè ſudores hic eſſe bonos ſequetur, ſi nempe toto corpore manent, ſtillatim & calidi. Sic enim inutilis humor per eos excludetur. Cur verò ſomnus ſudorem moveat, & alias

lias omnes vacuationes retineat, vide apud Jaotium ſupra iſtam Coacam, mihi p. 566.

CCLXXII. Ἐν ἀλγήματι νώτου καὶ ήθεος αἱματώδης οὔρησις ἐπιστᾶσα, ὀλέθριος πι πόνως.

CCLXXII. *In dorſi*[2] *ac pectoris*[1] *dolore, cruentæ*[3] *mictionis*[4] *ſuppreſſio, laboioſum*[5] *exitum affert.*

1. Eoque fixo & ſtabili, à rheumate conſitente & concitato.

2. Ita ut ibi periculoſæ pleuritidis συστροφὴ naſcatur; in dorſo quidem per venas thoracicas; n pectore autem per mammariam.

3. Seu ſanguinolentæ, qualem Hippocrates Aphor. IV, 28 deſcripſit.

4. Ob pleuritidis hujus dorſalis in rachitin euſque membranas progreſſum, quem crebra hororis & citi caloris viciſſitudo excipit.

5. Vel potiùs *crudeliter interficit*. quòd febris æſtu excandeſcens, feritatem & malignitatem contraxerit.

CCLXXIII. Τραχήλου πόνος, κακὸν μὲν ἐπὶ πυρετῷ παντί. κάκιστον δὲ ἐν οἷσι καὶ ἐκμανῆναι ἐλπίς.

CCLXXIII. *Cervicis*[1] *dolor in omni quidem febre*[2] *malum. In his vero peſſimum*[3]*, in quibus etiam vehementis inſaniæ metus eſt.*

1. Qui, propter inflammationem dorſalis medullæ & membranarum ejus, à diſtentione venarum & arteriarum cervicalium oritur.

2. Prout

2. Prout fuit in Sileno, à ſymptomatico ſanguinis excurſu.

3. Quoniam ad præparationem ſuſcipientis cauſæ, vis efficientis magna adfertur. Vide Prorrhet. 73.

CCLXXIV. Ἐπὶ στήθεος ἀλγήματι πυρετώδει, καὶ κοιλίη ταραχώδης, ναρκώδης σημεῖα μελαινῶν ὑποχωρητίων.

CCLXXIV. *Pectoris* [1] *dolor cum* [2] *febre, & alvus* [3] *perturbata* [4] *cum torpore, nigras* [5] *dejectiones præ ſe fert.*

1. Cardiogmos, acceptâ per ſynecdochen cartilagine enſiformi pro ſterno, quod ςῆθος non rarò dicitur, cujus ipſa pars eſt: & per metonymiam eo quod ſub illa enſiformi cartilagine continetur, orificio nempe ventriculi.

2. A bile in alvo ferventiſſima exorta.

3. Ita ut rugitibus crepitibuſque multis ad egerendum ſollicitet.

4. Vel potius cum morſu, ut δακνώδες non ναρκώδες legas, ut alvus bilioſis excrementis, ſaturatis ac ſpumantibus, profusè feratur. Poteſt tamen & ναρκώδες legi. Bilis enim atra, qualis hic excernitur, quia craſſa, tardi motus eſt, & torpidè alvum perturbat.

5. Quòd bilis flavæ in atram facilis ſit mutatio.

CCLXXV. Τὰ ἐν ὀξέσι κατὰ φάρυγγα ἰσχνὰ, μικρὰ, ὀδυνώδεα, ὅτε χάνοι μὴ ῥηϊδίως συνάγουσι ἰσχνῷ, παρακρουστικά. ἐκ τουτέων φρενιτικοὶ, ὀλέθριον.

CCLXXV. *Ubi fauces in morbis acutis gra-*

tis graciles ſunt, parva ac dolentes, atque ubi os hiarit, ſi gracile appareat, nec facile contrahi poſſit, mentis emotionem metuere oportet, indeque ſuccedens phrenitis perniciosa eſt.

In hujus Coacæ verſione & explicatione variant auctores, ut apud Foëſium, Hollerium, Jacotium, Duretum & Marcianum, videre eſt. Videtur certè ænigmatica eſſe, & ex qua pauca colligas, quæ ad præſagium & curandi rationem pertineant. Quin vix ex poſitis in ea, quæ revera μοειδῆ non ſunt, ſequitur, quod ſecuturum dixit. Nec delirium, nec phrenitis, anginam, de qua hic agi putant, conſequuntur; cum hæc plerumque à fluxione à capite ortum ducat, qua hoc exinanitur. Poteſt tamen cum Marciano de febre acutâ ſumi, in qua aſcendentibus ad caput humoribus, qui non tantum *exiguum & levem dolorem* in faucibus excitant, dum poroſitates earum implent, nec tamen extravenantur: ſed & *os hiare* faciunt, ita ut facilè poſt contrahi non poſſit, quod & à vaporibus in acceſſionibus quarundam febrium accidit. *Delirium* facilè infertur, quòd in morbo acuto calidi humores peccent: *phrenitis ſuccedens pernicioſa eſt*, quòd morbus acutus, alteri acuto ſuperveniens, letalis eſt. Vide Prorhet. 11.

CCLXXVI. Φάρυγξ ἑλκουμένη ἐν πυρετῷ μεθ' ἄλλου σημείου τῶν δυσκόλων, κινδυνῶδες.

CCLXXVI. *Ubi* [1] *febricitanti fauces exulcerantur, ſi aliud quoque ex gravioribus*

ribus ſignis 3 *affuerit, periculum* 4 *denu[n]tiandum eſt.*

1. Febre nempe acutâ, horridâ.

2. Ita ut quaſi inflammentur, à defluxion[e] tenui & ferinâ, ſive à capite, ſive aliunde, irruent[e].

3. Ut ſudatiuncula, corporis inquietudo, cr[e]bra virium exolutio, turbatio alvi ſymptomatic[a].

4. Propter partis præſtantiam, & ſpongioſa[m] conſtitutionem, in qua ulcera facilè depaſcuntu[r], doloris acerbitatem, deglutitionis ſuppreſſione[m], & virium, à colliquatione partium, infirmitate[m]. Vide Prognoſtica.

CCLXXVII. Ἐν πυρετοῖσιν ἐξαπ[ί]νης πνίγεσθαι, καὶ καταπίνειν μὴ δύνασθαι, χωρ[ὶς] οἰδήματος, κακόν.

CCLXXVII. *Per* 1 *febres repen[te]* 2 *ſtrangulari, & devorare* 4 *non poſſe, c[i]tra* 3 *tumorem, malum* 5 *eſt.*

1. Acutas nempè, quæ celeriter, continent[er] & vehementer moventur.

2. Muſculis laryngis propriis cum tunica am[]biente, phlegmone obſeſſis, & ſic viâ, per qua[m] ſpiritus vadit, impeditâ. In peripneumonia, tu[]berculo, abſceſſu pulmonum, pleuritide, aſthm[a]te, non ſtrangulantur ægri ſubitò.

3. Manifeſtum nempe.

4. Propter eandem cauſam. Duretus ad par[a]lyſin inſtrumentorum, & virium infirmitatem, r[e]fert: ut τὸ ἐξαπινὴς, idem ſignificare putat, quo[d] ἀπὸ ταυτομάτου, id eſt, ſine προφάσει, vel inſit[a] vel prænuntiâ, vel extrinſecus incidente.

5. Quoniam febris ſummam neceſſitatem ſp[i]randi infert, meatus verò anguſtia eandem neg[at].

CCLXXVII

CCLXXVIII. Τράχηλον ἐπιστραφῆναι μὴ δύνασθαι, μηδὲ καταπίνειν, θανάσιμον ὡς τὰ πολλά.

CCLXXVIII. *Collum neque* 1 *converti, neque devorare* 2 *poſſe, plerunque letale.*

1. Ob muſculorum colli exteriorum per materiam copioſam repletionem.

2. Ob infarctum muſculorum faucium interiorum.

3. Quod ſit abſque febre. Solet aliquando materia frigida à capite detrudi, colli muſculos exteriores replere, interiores ob copiam & loci propinquitatem comprimere, nec tamen mortem afferre. Alii hanc Coacam de vertebræ colli ad interiora luxatione intelligunt.

Titulus XII.

De Hypochondriis.

CCLXXIX. Ὑποχόνδριον δὲ χρὴ μαλθακὸν εἶναι, καὶ ἄπονον καὶ ὁμαλές. φλεγμαῖνον δὲ ἢ ἀνωμάλως ἔχον, ἢ ἀλγούμενον, σημεῖον ἀῤῥωστίης ἐστὶν οὐ συνήθεος.

CCLXXIX. *Præcordia* 1 *vero, ſine ullo doloris* 2 *ſenſu, æqualiter* 3 *mollia eſſe oportet. At inflammatione* 4 *tentata, aut inæqualiter* 5 *affecta, aut dolore* 6 *vexata, non*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

*contemnendæ 7 ægritudinis notas præ ſe f[...]
runt.*

1. Id eſt, hypochondria, partes illas epigaſtri[...] in utroque latere, quæ notharum coſtarum ca[...]tilaginibus adjacent.

2. Quem diſtentio & intemperies valida ib[i]dem excitare ſolet. Petitur hoc γνώρισμα ἐκ τ[ῶν] ἀσυμβεβηκότων, ex iis quæ abſunt.

3. Id eſt, neque diſtenta, neque nimis repl[e]ta, ſed facilè, ſi premantur, ſubſidentia. æqua[li]tas vel unum ad aliud comparatum reſpicit, v[el] unius ejus denique ad ſe invicem collatas part[es] includitque ſymmetriam ſubſtantiæ, quantitat[is] qualitatis & ſitus.

4. Ab incendio in majoribus vaſis & viſce[ri]bus oborto.

5. Ita ut eandem caloris vel frigoris; durit[iei] vel mollitiei; lævitatis vel aſperitatis; diſtenti[o]nis vel laxitatis, affectionem non habeant.

6. Quem vel intemperies valida, vel diſten[tio] à materiæ craſſæ & glutinoſæ infarctu excita[re] poteſt.

7. Seu quòd contumacem & in pravos abſc[eſ]ſus mutabilem indicent; ſeu quòd talem q[ui] ſiniſtri judicii metum incutiat, ſpem ſalu[tis] non adimat.

CCLXXX. Οἴδημα δὲ ἐν ὑποχονδρί[οι]σι σκληρόν τε ἐὸν καὶ ἐπώδυνον, κάκιστον μὲν, [εἰ] παρὰ πάντων εἴη τῶν μερέων. τῶν δὲ ἐκ τοῦ ει[...] μέρεος, ἀκινδυνώτερον τὸ ἐκ τῶν ἀριστερ[ῶν]. σημαίνει δὲ ἐν ἀρχῇ μὲν τὰ τοιαῦτα θάνα[τον] σύντομον. ὑπερβάλλοντα δὲ τὰς εἴκοσι, [...] πυρετοῦ μένοντος, ἐμπυήσιν. γίνεται δὲ τ[...]

ἐν

ἐν τῇ πρώτῃ περιόδῳ. ῥῆξις αἵματος διὰ ῥι-
νῶν κάρτα ὠφελέει. τὰ γὰρ πολλὰ κεφαλὴν οὗ-
τοι πονέουσι, καὶ ὄψις ἀμαυροῦται. καὶ μᾶλλον
εἰς τούτους προσγίνεσθαι προσδέχου τὴν ῥῆξιν.
ἡλικίῃσι δὲ πέντε καὶ τριήκοντα ἐτέων. τοῖσι δὲ
πρεσβυτέροισιν, ἧσσον.

CCLXXX. *Præcordia* [1] *vero* [2] *tumida*, [3] *dura ac* [4] *dolentia, ſi in univerſum ſic & affecta ſunt, maximum quidem* [6] *malum portendunt: ſi vero altera parte duntaxat, ex* [7] *ſiniſtra minus periculum impendet. Cæterum per* [8] *exordia quidem mortem* [9] *prope affore iſta denuntiant, ubi vero vigeſimum* [10] *diem ſuperarunt, & febris detinuerit, in pus* [11] *vertuntur. Atq; intra primum* [12] *circuitum iſtud contingit, ac ſanguinis è naribus* [13] *fluxus plurimum* [14] *conducit. Etenim plerunque his caput* [15] *dolet, & oculorum acies* [16] *hebeſcit: atque tum ſanguinis* [17] *eruptio magis expectari debet, idque circa* [18] *quintum & trigeſimum ætatis annum. In ſenioribus* [19] *vero non item.*

1. Interiora viſcera, quæ ibidem ſita ſunt.

2. Humoris affluxu vel congeſtione, cum calore, tenſione, & renixu, quæ συςρεπτικὴν inflammationem indicant.

3. Cum magno calore, ut à duritie, quæ à frigore, ſcirrho, ſiccitate, & flatulentia, infertur, diſtinguatur.

4. Seu ob convexarum hepatis partium diſ-

 tentio-

tentionem, ſeu ob earundem ab alio oppreſſionem.

5. Id eſt, ſi omnes epigaſtrii partes laborent.

6. Propter reſpirationis interceptionem, doloris acerbitatem, vicinarum partium ſympathiam, affectus celeritatem & vehementiam.

7. Quòd lien præſtantia & dignitate officii jecore ſit inferior: vel potius, cum ſanguificare compertum ſit, quòd valido à copioſis arteriis calore perfuſus, animoſius contranitatur.

8. Morbo ſcilicet ineunte, ἐν πρώτῃ εἰσβολῇ.

9. *Mortem*, quòd viſcera ſubjecta inflammentur, dolor ſit acerbus, nobiles partes conſentiant: *propè*, quod morborum qui celeriter & vehementer cum continuitate moventur, celerrimæ ſint criſes. Coi ſoror ſecundo die interiit.

10. Id eſt, minus acutorum morborum, & qui, denegata excretione, per abſceſſum ſpem aliquam ſalutis faciunt, terminum exceſſerunt.

11. Inflammatione durante, nec materiâ mutatâ.

12. Vel album & æquale; vel amurcoſum, cœnoſum, fœdi odoris; quod vel interius ejicitur, vel foras expellitur, & ſemper vitæ periculum conjunctum habet.

13. Primo ſeptenario duobus quaternariis circumſcripto.

14. Iſque liberalis & καθ' ἕξιν, ſanguine tenuiſſimo, calidiſſimo, & orgaſmum facilè patiente, ad caput commoto.

15. Quod συστροφὴν (συστροφὴ Hippocrati eſt humorum collectio, concretio & tumor) inchoatam reprimat, factam diſſolvat, & fluxionem cohibeat, conſiſtentem evacuet.

16. Quippe ex tranſlatione repletum.

17. Iiſdem vaporibus, à meteoriſmo ſanguinis concitati ſuffuſis.

18. Si

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

18. Si nimirum talia ſymptomata jure & loco appareant.

19. Quod ei ætati omnes hæmorrhagiæ cauſæ conveniant, ſanguinis nempe copia, cum tenuitate & acrimonia conjuncta, calor exuberans qui ſurſum movet, & vires validiſſimæ.

20. Propter contrarias rationes.

CCLXXXI. Τὰ μαλθακὰ δὲ καὶ ἀνώ-
δυνα τῶν οἰδημάτων, χρονιώτερα δὲ τὰς κρί-
σιας ποιέεται, καὶ ἧσσόν ἐστιν ἐπικίνδυνα. τὰς
δὲ ἑξήκοντα καὶ ταῦτα ὑπερβάλλοντα, τοῦ πυρεταί-
νοντος, ἐμπυοῦται· παραπλήσια δὲ σημαίνει
τοῖσιν ἐν ὑποχονδρίοισι καὶ τὰ περὶ κοιλίην,
πλὴν ἧσσον ἐκπυοῦται ταῦτα ἐκείνων, ἥκι-
στα δὲ ὑπ' ὀμφαλόν. καὶ γίνεται δὲ ταῦτα μὲν ἐν
τῶνι, τὰ δ' ἄνω κεχυμένα. θανάσιμα δ' ἐ-
στὶν αὐτῶν, ὅσα ἂν εἴσω ῥαγῇ. τῶν δὲ λοιπῶν ἐμ-
πυημάτων, τὰ μὲν ἔξω ῥηγνύμενα, βέλτιστον
μὲν ὡς εἰς ἐλάχιστον καὶ ὀξύτατον συλλέγεσθαι. τὰ
δὲ εἴσω, μήτε ὄγκῳ, μήτε πόνῳ, μήτε χρώ-
ματι διάδηλον ἔξω ποιέει. τὸ δὲ ἐναντίον κάκι-
στον. τινὰ δὲ τούτων διὰ πάχος πύου, οὐ διασημ-
αίνει. τὰ δὲ πρόσφατα τῶν ἐν τοῖσιν ὑποχον-
δρίοισιν ἐπαρμάτων, ἢν μὴ σὺν φλεγμονῇ
, καὶ τοὺς ἀπ' αὐτῶν πόνους λύει βορβορυγμὸς
νόμενος ἐν ὑποχονδρίῳ, καὶ μάλιστα μὲν
ἐκπεσὼν δι' οὔρων καὶ διαχωρημάτων. εἰ δὲ μὴ
αὐτὸς διαπεραιωθείς. ὠφελεῖ δὲ καὶ ὑποκα-
βὰς ἐς τὰ κάτω χωρία.

CCLXXXI. *At vero* [1] *molles & do-*

 loris

loris [2] expertes tumores, longiore ſpatio [3] finiuntur, nec ita grave periculum [4] afferunt. Quod ſi neque intra ſexaginta dies [5] deſinunt, ac febris [6] detinet; ſuppurationem [7] expectare oportet. Idem vero, haud ſecus quam in [8] præcordiis, perpenditur in tumoribus [9] qui circa ventrem fiunt, niſi quod hi quam illi minus [10] ſuppurant, minimum vero qui ſub [11] umbilico conſtituuntur. Atque hi quidem in tunica [12] concluduntur, illi autem ſurſum [13] diffunduntur. Ex quibus etiam mortem magis afferunt, quicunque [14] intro rumpuntur. Reliquas autem ſuppurationes, quæ quidem [15] foras erumpunt, maxime ſane [16] conducit, in [17] quam-exiguum & acutiſſimum [18] locum colligi. Quæ autem intro vergunt, [19] ut neque tumore, neque [20] dolore, neque colore, [21] manifeſtas foris notas edant. Quod vero contra fit, [22] peſſimum eſt. Harum autem quædam propter puris [23] craſſitudinem nullam [24] de ſe ſignificationem oſtendunt. At recentes [25] præcordiorum tumores inflammationis [26] expertes, ac dolores [27] qui in ipſis fiunt, murmur [28] circa præcordia exortum [29] ſolvit, ſed potiſſimum quidem, ubi per urinas ac dejectiones elapſum fuerit, ſin minus, ubi etiam ho ipſum tranſmiſſum fuerit. Quin etiam a infernas ſedes devolutum juvat.

I. Vi

1. Viſcerum non hypochondrii extra ſiti, qui ab humore diffuſo, nec nimis coacto, proveniunt, œdemate intellige.

2. Quòd nulla ſit intemperies valida, ſubitò adveniens, à cauſa calida & acri; aut tenſio, ab humore contumaciter obſeſſæ parti infarcto.

3. Quòd eorum motus ſit tardior, quod ſint frigidiores & minus irritent.

4. Quòd nec tam aſſiduè, nec tam vehementer afficiant, nec tam facilè nobiles partes in conſenſum trahantur.

5. Quòd nec digeri nec vacuari potuerint. Prima poſt quadraginta dies periodus, eſt primus vicenarius.

6. Materia tumorem excitante putreſcente.

7. Materia à parte ſolida per calorem nativum mitificatâ. Suppurationis calor febrilis & adjumentum & ſignum eſt: quia cum pus conficitur, magis dolores & febris urgent, quam confecto. Suppuratio verò eſt criſis tumorum poſt διαφόρησιν optima. Πᾶν τὸ ἔκπυον ἀνυπόστροφον, ἑωυτὸς γὰρ πεπασμὸς, καὶ κρίσις ἅμα καὶ ἀπόστασις.

8. Id eſt, eadem eſt ratio, ac tumorum in hypochondriis, tam ratione ſuppurationis, quam ratione denuntiationis.

9. In œdematibus mollibus & indolentibus, tam abditis quam extantibus, & in abdomine conſiſtentibus. Ventris nomine hic totum illud abdomen cum meſenterio & epiploo conjunctum intelligitur.

10. Propter calorem harum partium imbecilliorem.

11. In hypogaſtrio, quæ pars & adipoſa eſt, & longè à fonte caloris diſtans, & in qua hypochondriorum beneficio concoctio peragitur. Ideò τοῖσιν ἐμπυέμασιν ὄμφαλος ὅρος.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

12. Plerumque, nam pars ventris inferior, cum ſuperiore frigidior ſit, materiam ipſam, ad folliculi (hic nihil aliud eſt, quàm pituitoſæ materiæ concretio quædam, quæ membranulæ inſtar pus ipſum continet) generationem, aptiorem reddit.

13. Vel potius, *illi autem, qui ſurſum*, ut ſignificetur tumores in ſuperiori parte conſiſtentes, rarius folliculo contineri. In tunica enim contineri aliquando, Aphor. VII, 48, innuitur. Foëſius hæc ita ſumit, ac ſi ſuppurationum aliæ ad cutem prorumperent, aliæ interiora peterent. Duretus ad eas duntaxat quæ ſurſum ſunt, applicat. Jacotius per *ſurſum* intelligit ſuperficiem, id eſt, ſub cute in partibus exterioribus: *in tunica* verò, intra peritonæum, aut in interiore ſuperficie ventris, ubi abdomen à peritonæo ſuccingitur, & vacuum ſpatium eſt. Nos prius malumus.

14. Si magnæ ſunt; & quidem ob difficultatem curationis, gravitatem ſymptomatum, partium interiorum nobilitatem, & denegatum exitum. Unde per inteſtina craſſa delatum, dyſenteriam excitat: per jejunum, cibi in corpus digeſtionem vitiat: in ventriculum excuſſum, concoctionem lædit: vaporibus verſus cor emiſſis, ſpiritus vitales obruit.

15. Naturæ virtute, meatuum libertate, & accurato pepaſmo.

16. Ad ſalutem nempe.

17. Hoc enim partium in propellendo pure conſpirationem, caloris naturalis copiam, & materiæ obſequium, indicat.

18. Propter eaſdem cauſas. Copioſus calor ignis inſtar in pyramidem contendit. Cruda phymata, quò latius diffuſa ſunt, eò meliora ſunt.

19. Cum inæqualitate obſeſſæ partis.

20. Qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

20. Qui à tenſione & δυσκρατίᾳ magna ab humore impacto oritur.

21. Qui latentis vomicæ & ſaniei, quæ in mediis muſculis relicta diſpergitur longius, ut ad cutem perveniat, nota eſt.

22. Quia ſic geminatur malum, quod ipſum per ſe in alterutra parte graviſſimum eſt.

23. Sive illa craſſitudo ſit à propria ejuſdem natura; frigidius enim eſt, & ex frigida materia natum: ſive à reſolutione tenuioris partis.

24. Quòd à natura ad ſuperficiem propelli non poſſit, nec ad digitorum compreſſionem fluctuet. Ignoratio autem loci ſuppurati & temporis ſuppurationis, facit, ut ſectione profundiore aut uſtione dilatâ, partes vicinæ corruptelam contrahant.

25. Πρόσφατα τῶν ἐπαρμάτων, qui hypochondria μετέωρα faciunt, & à temporaria intemperie procedunt.

26. Quorum materia non eſt bilioſa & ardens, ſed flatulenta.

27. Propter partis diſtentionem.

28. Βορβορυγμὸς, flatus cum humoris permixti & agitati ſtrepitu.

29. Quod humor permixto flatu agitatus, vel in corpus diſtribuatur, ut ſoli flatus ſuperſint, qui per alvum erumpant: vel per meſareon in hepar detruſus, per urinas evacuetur: vel unà cum flatibus ex anguſtiis tenuiorum inteſtinorum in cæcum & colon evadat, tandemque per alvum expurgetur, ut ſequentia Coacæ verba innuunt. Vide Prognoſtica.

CCLXXXII. Σφυγμὸς ἐν ὑποχονδρίῳ μετὰ θορύβου παραληρητικὸν, καὶ μᾶλλον ἢν ὄψιες πυκνὰ κινέωνται.

CCLXXXII. [1] *Præcordiorum* [2] *pulſus cum* [3] *turbatione mentem* [4] *emovet, idque præcipue, ſi oculi frequenter* [5] *moveantur.*

1. Utriuſque hypochondrii, dextri inprimis.
2. Arteriarum motus ita conſpicuus, ut & oculis appareat, ſive is à materia ſpirituoſa venas cum ſanguine replente, ſive ab inflammatione viſceris, proveniat.
3. Mentis & animi, quâ ſtupent attoniti, viſiſque mendacibus percelluntur.
4. Sanguine in cerebrum rapto.
5. Quod Cydis filio & Hermoptolemi uxori accidit. Fervor cerebri non ſinit eos quieſcere. Vide quæ hic de pulſu arteriarum in diverſis corporis partibus ſingularia habet Marcianus.

CCLXXXIII. Καρδίης πόνος καὶ σφυγμὸς ὑποχονδρίων, πυρετοῦ περιψυχθέντος, κακὸν, ἄλλως τε κἢν ἐφιδρῶσιν.

CCLXXXIII. *Oris ventriculi* [1] *dolor, ac præcordiorum* [2] *pulſus, cum febre,* [3] *in qua totus corporis habitus perfrigeratur, malum* [4] *denuntiant; idque præſertim, ſi cum tenuibus* [5] *ſudoribus contingunt.*

1. Cardiogmus ab ichore acri, quem hepar inflammatum tranſmittit, profectus.
2. A materiæ copia viſceri infixa, & inflammationem excitante.
3. Quod ad viſceris incendium ſanguis & ſpiritus à circumferentia confluat.
4. Propter inflammationis magnitudinem.
5. Quia iſti naturæ oppreſſionem à materiæ copia in hoc caſu oſtendunt. Ἐφίδρωσις eſt illa ſuda-

ſudatiuncula, quâ tantum caput, cervix & thorax perfunduntur: aut quâ totum corpus paulò madet.

CCLXXXIV. Ἐς ὑποχόνδριον ἐμπίπτοντα ἀλγήματα, ἄλλως τε πονηρὸν, καὶ ἢν κοιλίας καθυγραίνῃ. κακίω δὲ ἐν ὀλίγῳ γινόμενα. καὶ τὰ παρ᾽ οὖς τε ἀνιστάμενα ἐκ τουτέων, κακοήθεα. καὶ τὰ ἄλλα ἐκπυήματα.

CCLXXXIV. *Ingruentes ad præcordia* [1] *dolores, cum alias* [2] *pravi ſunt, tum vero ſi alvos* [3] *profundant. Deteriores autem, ſi parvo* [4] *tempore fiant. Quin & inde ſuborta* [5] *ad aures tubercula, aliæque ſuppurationes, malignitatem* [6] *præ ſe ferunt.*

1. Seu ſponte ex materiæ vel dudum collectæ, vel repente exortæ, orgaſmo: ſeu cum prævidentia, ex diætæ vitio; aut ex tranſitu alicujus morbi. Per *præcordia*, hypochondrium dextrum intellige; quia χωρὶς προσθήκης τε καὶ διορισμοῦ ponitur. Per *dolores* inflammationem, quæ, ut febri, ſupervenit, vel ipſa febrem excitat.

2. Doloris vehementiâ, febris acumine, & vicinarum partium conſenſu.

3. Ita ut vel chyli ſpeciem referentia, hepate non trahente, dejiciantur: vel ſi trahat, & non retineat, ſanioſa & ichorodea: vel reſeratis venis meſaraïcis, & facto in ſanguificando momentaneo lapſu, cruenta profundantur.

4. Si enim profluvium attendamus, quò judicatoria non judicantia magis morbi ſtatum anticipant, eò deteriora fiunt: ſi inflammationem, quæ celeriter generatur, materiæ copiam, & naturæ infirmitatem, oſtendit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

5. Tum à materiâ eò tranſlatâ, tum ex irrit… hæmorrhagiâ recurrente.

6. Inprimis, ſi naturæ irritum conatum pe… morbi principia ſequantur, vel cum virtutis infirmitate conjungantur. Adde, quod quæ in partibus principibus ſuppurant, periculum interceptione minentur, & ulcus plerumque immedicabile relinquant.

CCLXXXV. Καρδιαλγικοὶ ϗ μετὰ ςρόφȣ, κοιλίης θηρία καταῤῥήγνυνται.

CCLXXXV. *Oris ventriculi* 1 *dolores cum inteſtinorum* 2 *cruciatu, interaneorum* 3 *animalia dejiciunt.*

1. Leves nempe, nec contumaces.

2. Superiorum videlicet, cæci inprimis, in… quo fæces & pituita diu retinentur, & quidem… ſine borborygmo, & per inteſtina cum viciſſitudine cardialgiæ vagante.

3. Lumbricos rotundos & oblongos, qui Hippocrati ἕλμινθες ςρογγύλαι. Nec tamen ſemper aut… neceſſariò; cum talia ſymptomata ab aliis etiam… cauſis oriri ſoleant.

CCLXXXVI. Καρδίης ἄλγημα πρεσβυτέρῳ πυκνὰ ἐπιφοιτέον, θάνατον ἐξαπίναιον σημαίνει.

CCLXXXVI. *Oris ventriculi* 1 *dolor* 2 *ſeniori crebro* 3 *adveniens, repentinam* 4 *mortem denuntiat.*

1. Cardialgia, cum ſyncope cordis, propter… nervum ſextæ conjugationis compatientis, eaque… vehemens.

2. Qui…

2. Qui vitalis facultatis imbecillitate laborat.

3. Quod fixam eſſe cauſam, quæque levi occaſione educatur in actum, innuit.

4. Diſſipatis tandem vitalibus ſpiritibus, qui pauci in illis, ex extincto, à repentino pravi humoris affluxu, calore. Exemplum vide apud Hollerium ſupra iſtam Coacam. Poteſt hic Aphoriſmus & de primigenio cordis affectu ſumi, de quo Jacotius.

CCLXXXVII. Οἷσιν ὑποχόνδρια μετεωρίζεται, κοιλίης ὑποστάσιος, κακόν. μάλιστα δὲ φθινώδεσι τῶν μακρῶν, καὶ οἷσι κοιλίαι ὑγραίνονται.

CCLXXXVII. *Præcordia* [1] *ſublata, ſubſiſtente* [2] *alvo, malum* [3] *denuntiant, præcipue vero in his qui ex longo intervallo* [4] *contabeſcunt, & quibus alvi* [5] *diffluunt.*

1. Hypochondria tumida & ſublimia (μετεωρίζεσθαι dicitur, ἐν ὄγκῳ μείζονι γίνεσθαι) ab inflammatione, flatu, vel ſcirrho.

2. Ita ut nihil excernatur.

3. Si tumor ſit recens, cum inflammatione & dolore. Cum enim tum confluxus novæ materiæ fiat, & eò copioſior, quò magis alvus adſtricta eſt; neceſſe eſt morbum adeò augeri, ut nec à natura, nec ab arte, ſuperari poſſit.

4. Quod in talibus, ex paupertate caloris nativi, κακοπραγία ventriculi & hepatis oriatur: & capitis ac totius corporis cacochymia maximè augeatur. undè alimentum corrumpitur. φθινώδεες τῶν μακρῶν hic intelligi videntur, qui ex longis intervallis & jam diu contabeſcunt: aut qui propè conſeneſcentibus ac diu trahentibus

 morbis,

morbis, tabitudinem, & malum corporis habitum, contraxerunt.

5. Intellige tabidis. In his, alvi fluor malus eſt ut ſignum, quia naturalis facultatis ſummam imbecillitatem oſtendit, propter quam & concoctio & diſtributio alimentorum vitiatur: ut cauſa, quia vires morbi diuturnitate fractæ, alvi fluxu accedente corruunt.

CCLXXXVIII. Ἐν ὑποχονδρίῳ φλεγμονὴ ἀποπυητική ἐστιν, οἷς περὶ τὸν θανάτον μέλανα διαχωρέει.

CCLXXXVIII. *Quibus* [1] *præcordia inflammatione* [2] *tentantur, & pus* [3] *colligunt, iis ſub mortem nigra* [4] *dejiciuntur.*

1. Dextrum intellige, quod καθ' ἐξοχὴν ita dicitur.

2. Eaque per συστροφὴν nata, quæ ubi vires ſumſit, μαρασμὸν περιφρυγῆ, ſeu *conſumptionem retorridam*, adfert.

3. In viſcere ipſo.

4. *Nigra*, id eſt, ſanguini atro ſimilia, aut qualis fæx ſanguinis & limus: ex corrupto in hepate ſanguine, & ipsâ viſceris ſubſtantiâ reſolutâ. *Sub mortem*, quia ſubſtantia hepatis corrumpitur & exſolvitur ab eruptione puris, nec reparari poteſt. Sæpe ejuſdem illuvies tetro vapore cor obruit. De nigris dejectionibus vide hic Jacotium.

CCLXXXIX. Ὑποχονδρίων σύντασις μετὰ κώματος ἀσώδεος, κεφαλαλγικῷ, τὰ παρ' οὖς ἐπαίρει.

CCLXXXIX. *Præcordiorum* [1] *contenſio cum* [2] *ſopore & incontinenti corporis* [3] *jacta-*

³ *jactatione, capitis dolore ⁴ vexato tubercula ⁵ ad aures excitat.*

1. Dextri nempè, fugax, abſque dolore, qualis fit ἐν τῇ τῶν χυμῶν ἄνω ῥοπῇ.

2. Oculorum veternosâ conniventiâ, ab oppreſſione τοῦ προσώπου αἰσθητικοῦ.

3. Quæ tamen neceſſaria non eſt, ubi humor ſimpliciter curſum ſurſum verſus flectit.

4. Ob ejuſdem ab humore craſſo repletionem.

5. Inprimis ubi æger ſubitò cum difficultate ſpirare cœperit. Vide Prorrhet. 169.

CCXC. Μετὰ ὑποχονδρείων ἔπαρσιν, τοῖσι χολώδεσι πνεῦμα μέγα καὶ πυρετὸς ὀξὺς, τὰ παρ' οὖς ἐπαίρει.

CCXC. *Ex præcordiorum tumore, bilioſis ſpiratio magna & febris acuta, tubercula ad aures ſuſcitat.*

Hæc ſententia eſt explicata Coaca 107. *Marianus* ita ad eam commentatur: Non quolibet umore hypochondriorum evaneſcente (ſic illud ἀπὸ cum Dureto ſumit) abſceſſus fiunt, ne dum arotides, quæ inter abſceſſus numerantur; ſed unc ſolum, quando ab humore ſubfrigidiore orum habuit. Hæc enim eſt abſceſſuum vera materia; in qua ſi craſſior & frigidior ſuperaverit, abſceſſus in partibus inferioribus potius fiunt: in ſuperioribus verò, ſi eadem materia levitate & tenuitate prævaluerit. Has igitur conditiones ad generationem parotidum requiſitas inſeruit in hac Coaca ſummo artificio Hippocrates; ex quibus exitus neceſſitas dependet. Craſſorum enim frigidorum humorum præſentiam infert hypochondriorum tumor: qui quidem quotieſcun-

que à calidâ dependet materiâ, febrem acutam adjunctam habet: quam tamen excludit, dum, poſt tumoris diſſipationem, febrem acutam fieri ait, quaſi talis non fuerit antea: bilis verò præſentiam ſupponit, inquiens, *bilioſis*. Impoſſibile enim videtur, corpus eo humore non abundare, qui cum totius temperamento convenit. Horum verò duorum humorum miſcella præfatam parotidum materiam conſtituit: ſurſum verò curſum inflectere humores, hypochondrio dimiſſo, indicat ſpiritus magnus, eo tempore, quo, tumore ſublato, imminui deberet.

CCXCI. Ἐν ὑποχονδρείων ἀλγήματι ὑποβορβορύζοντι, ὀσφύος ἄλγημα ἐπιγενόμενον ἐν πυρετοῖς, κοιλίας ἐπιπολὺ καθυγραίνει, ἢν μὴ φῦσαι καταῤῥαγῇ ἢ οὔρου πλῆθος ἔλθῃ.

CCXCI. *In præcordiorum* 1 *dolore cum aliquo* 2 *murmure, ſuccedens lumborum* 3 *dolor in* 4 *febribus, alvos plerumque* 5 *humectat, niſi flatus* 6 *eruperit, aut urinæ copia* 7 *prodierit.*

1. Illoque ἀραιῷ, *raro*, & per intervalla infeſtante, quem flatulenta diſtentio, vel agitata materia ſine phlegmone, excitavit.
2. Seu ſtrepitu.
3. Materiâ in craſſa inteſtina tranſeunte.
4. Primigeniis, à crudâ materiâ.
5. Flatibus & fæcibus humidioribus agitatis & eo detruſis.
6. Sero in alimentum converſo.
7. Sero ad hepar refluente, atque inde ad renes deducto. Vide Aphor. IV, 73.

CCXCII

CCXCII. Ἐπὶ ὑποχονδρείῳ χρονίῳ, καὶ κοιλίῃ δυσώδει, παρ' οὖς ἀπόστημα κτείνει.

CCXCII. *In præcordiis [1] ex longo intervallo afflictis, & graveolente [2] alvo, ſubnatum ad aures [3] tuberculum, mortem [4] adfert.*

1. Seu ob materiæ contumaciam; ſeu viſceris alicujus vitium & corruptelam.

2. Quod materiæ corruptæ nota eſt.

3. Materiâ ad partes nobiliores tendente.

4. Et quidem brevi, niſi corrupto humori exitus alicunde concedatur. Nam, ſi materiæ vitio accidat, cum labores ſint multi, & colliquatio mala: vel tuberculum eſt majus, quàm ut effœtæ vires ferre poſſint; vel minus, quam ut ſuccorum crudorum copiæ reſpondeat. Si vitio partis, quia materia corrupta perpetuo generatur, facultates labaſcunt, & cruditates fiunt.

CCXCIII. Τοῖσιν ἀπὸ ὑποχονδρείων ἀλγήμασιν κοιλίη κατὰ μικρὸν ὑπόγλισχρα διαδιδοῦσα, βραχέα κοπρώδεα ἐκχέοι, ἆρα καὶ αἱμοῤῥαγεῖ.

CCXCIII. *Ex præcordiorum [1] doloribus alvus [2] aliquantum viſcida paulatim [3] tranſmittens, ſtercoracea pauca [4] effundit, ac fortaſſis [5] ſanguinem profundit.*

1. Cum magnis inflammationibus convexarum hepatis partium, quæ ſocietate & vicinitate latus in contagium trahunt.

2. Non ab alimento viſcido, ſed vel à pituita inteſtinis adhærente; nec à bile, quod ad inflam-

matum

matum locum rapiatur, deterſa: vel à colliquatione & malignâ putredine, quæ naturalem pinguedinis & membrorum concretionem diſſolvit.

3. Διαδιδοῦσα, ſeu ob ſiccitatem, conſumto ab inflammatâ parte humido; ſeu ob ardorem quo viſcera flagrant. Hollerius κατὰ μικρὸν, de brevibus intervallis & quaſi aſſiduis, ſumit: quæ in Prorrhetico πυκναὶ καὶ κατὰ μικρὰ ἐπαναστάσιες dicuntur: & irritamenti ab acrimonia, aut læſæ mentis, aut perennis materiæ affluxus, notæ ſunt.

4. Quia conſumto humido, quo excrementa diffluunt, pars craſſior & terrena magis, quaſi exuſta & nigra relinquitur. Codices alii habent ἐκχλοιοῖ pro ἐκχέοι· ἐκχλοιοῦσθαι verò apud Hippocratem eſt pro χλωραίνεσθαι, *ex pallido vireſcere*, ut in Oeconomia Hippocratis Foëſius oſtendit: acſi cutis color ex viridi palleſcens aut flaveſcens, quod in hac concurſione quædam bilis ſit refuſio, indicetur.

5. *Fortaſſis* dicit, quia id neceſſarium non eſt. Si à colliquatione talia ſunt excrementa, non effundunt; aut, ſi effundunt, moriuntur: ſi à pituita viſcida, ſtercori exuſto miſta, poſſunt effundere, quia indicio eſſe poteſt, bilem ſurſum aſcendere, nec, ut ante, ad inteſtina confluere. *Proſper Marcianus* ad hunc Aphoriſmum ita commentatur: Si ſedato hypochondriorum dolore, materia viſcoſa paulatim egeratur, hanc pituitam ſalſam & acrem eſſe conjectandum eſt: quando à ſimplici pituita dolorem in hypochondrio ante excitari non eſt rationabile. Acrimoniam verò contrahit pituita, vel à permixtione bilis, vel propter exuſtionem quandam, quam ſubit, dum in calido & ſicco loco diutius perſiſtit; quod in præſenti caſu contigiſſe indicat ſubſequens egeſtio ſtercoroſa & brevis, non in longum producta,

quem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

quemadmodum in naturali evenit: ſed in parvas & ſiccas ſphærulas conformata, quæ quidem in ſuperioribus inteſtinis, & tenuioribus, præter naturæ inſtitutum craſſeſcit; quod abſque magno viſcerum incendio fieri non ſolet. Acri igitur tenacique humore ſecedente, ſatis rationabile eſt, factâ inteſtinorum abraſione, fluxum ſanguinolentum, dyſenteriâ inductâ, ſupervenire. Quod quidem, quia non omnino neceſſarium eſſe cognovit Hippocrates, ideò interrogationis notâ appoſitâ ſententiam protulit. Num etiam ſanguinem fundit? Vide Prorrhet. 146.

CCXCIV. Οἷσιν ἐξαίφνης ἀπυρέτοισιν ἐοῦσιν, ὑποχονδρίου καὶ καρδίης πόνος, ἢ περὶ σκέλεα καὶ κάτω μέρεα, καὶ κοιλίη ἐπαίρεται, λύει φλεβοτομίη, καὶ κοιλίης ῥύσις. πυρέσσειν βλαβερὸν τούτοισι· μακροὶ καὶ οἱ πυρετοὶ καὶ ἰσχυροὶ γίνονται, ἢ βῆχες, καὶ πνεῦμα, καὶ λυγμοὶ γίνονται. λύεσθαι δὲ μελλόντων τούτων, πόνος ἰσχυρὸς ἰσχίων, ἢ σκελέων, ἢ πύου πλύσις, ἢ ὀφθαλμῶν στέρησις ἐπιγίνηται.

CCXCIV. *Quos* [1] *derepente, abſque* [2] *febre, præcordiorum* [3] *aut oris ventriculi dolor, aut* [4] *crurum, & inferiorum partium, affligit, alvuſque intumeſcit, venæ* [5] *ſectio, aut* [6] *alvi fluxus ſolutionem* [7] *adfert. Iis febricitare* [8] *noxium eſt. Nam &* [9] *longæ &* [10] *vehementes febres ſubnaſcuntur, ac* [11] *tuſſes, & ſpirandi* [12] *difficultas atque ſingultus* [13] *fiunt. Quibus in ſolutionem* [14] *ſpectantibus, vehemens* [15] *coxarum dolor,*

lor, aut crurum, aut purulenta [16] *ſputatio, aut oculorum* [17] *orbitas ſuccedit.*

1. Ἀπὸ ταὐτομάτου, nulla extrinſecus incidente prævidentia; quod fieri non ſolet, quando dolores ab intemperie vel inflammatione oboriuntur.

2. Si nulla fuerit eſſentialis febris generatio, neque diſceſſio.

3. Ab humorum affluxu, eoque copioſo.

4. Et partium multarum, plurimumque inter ſe diſtantium, affectus.

5. Si humor ille ſanguis eſt.

6. Si cacochymia eſt in vitio.

7. Non prodeſt tantummodo: quia morbus ablatâ causâ tollitur ex toto. Nota verò, conditionem illam, *abſque febre*, non ideò ſuperius poſitam, quaſi præſente febre nunquam venæ ſectio aut purgatio conveniret: ſed quod non æque tuto aut feliciter adminiſtretur, ac ſine ea.

8. Propter cauſas ſequentes. Niſi bilis detractione ſanguinis, clyſtere, aut cathartico, educatur, à venis arefactis rapitur.

9. Tum propter humoris copiam & pertinaciam, unde difficultas pepaſmi; tum viſceris hypochondriaci vitium. Unde cauſæ morbificæ perennitas.

10. Symptomatum vehementiâ, quæ in doloris acerbitate, cibi faſtidio, ſiti & jactatione patefcit. Χρόνια hæc & δυσχερέα, Malignas eſſe, Coacâ 31 diximus.

11. Ob nimiam humoris copiam, qui ad pulmones regurgitat, illoſque ad excernendum irritat.

12. Parva & frequens, ob partium reſpirationi dicatarum laborem.

13. Ven-

13. Ventriculo, glutinoſam bilem, ab inflam-
nato jecore tranſmiſſam, & tunicis contumaci-
er adhærentem, excutere conante. Omnia ſym-
ptomata ἐπιγινόμενα magnarum & auctarum af-
fectionum indicia eſſe ſolent.

14. Ἀσήμως, καὶ ἀκρίτως, morbo in longum
empus protracto. Signum futuri abſceſſus in
norbis gravioribus, eſt morbi remiſſio nullâ eva-
uatione præcedente.

15. Quia dolor jam à principio dictas partes
ccuparat. Vide Aphor. IV, 32.

16. Ex materia in pulmones tranſlata, quæ
uia nec intra decimum quartum diem cœpit ex-
urgari, nec ſanguinis detractione fuit vacuata,
n ſuppuratum abiit.

17. Bile, poſtquam ſingultus ceſſavit, in cere-
rum delata, καὶ τὴν αἴσθησιν, καὶ τὸ αἰσθητήριον
abefactánte.

CCXCV. Οἷσιν πόνοι ὑποχονδρείων, καρδίης, ἥπατος, τῶν περὶ ὀμφαλὸν μερῶν, αἵματος διαχωρήσαντος, σώζονται· μὴ διαχωρήσαντος δὲ, θνήσκουσιν.

CCXCV. *Qui [1] præcordiorum [2] doloribus, oris [3] ventriculi [4], jecoris, ac earum, quæ ſunt circa [5] umbilicum, partium, conflictantur, cruenta [6] alvi dejectione [7] liberantur; ſecus autem, [8] moriuntur.*

1. Earum epigaſtrii partium, quæ nothis coſtis
djacent; quæque viſcera lienis, hepatis, diaphra-
ma quoque ipſum, complectuntur.
2. Ab illarum partium oppreſſione.
3. Propter bilis per inteſtinum tenue in ſto-
machum

machum refluxum ; unde acrimoniæ ingenti ſenſus, cardiogmos, &c.

4. Cavæ inprimis partis (convexâ laborant thorax, cui pars illa communicat, maximè aff citur), à tumore duro & dolorifico, vel nimia ſan guinis copia, intumeſcentis.

5. Inteſtini jejuni & ilei, in quæ bilis & ſerum in inflammationibus hepatis exudare ſolet.

6. Quam δυσεντερίην αἱματώδη, *dyſenteria ſanguineam*, veteres dixere : quæ cietur quidem l beraliter, ſed nec diu durat, nec cibi faſtidium adfert. Duretus vertit *excluſo ſanguine* general ter, ut διαχώρησις hic ſit ea, quæ ex omni par cietur, evacuatio.

7. Depoſito per meſenterii venas, aut hæmo rhoïdes, in alvum ſanguine : ut per liberalem ha morrhagiam, quæ primis prorumpit hepatis i gibbo inflammati periodis, aut liberali ſanguini miſſione, quæ fit ineunte morbo. Nec tame hoc neceſſariò. Ejuſmodi enim inflammation vomitu, ſudoribus, aut abſceſſu in coxa, judica conſueverunt.

8. Quod ſanguis retentus in grumum exiti lem abeat. *Proſper Marcianus* ita ad hanc Coacar commentatur: Non quilibet harum particularum dolor ſanguinis excretione ſola curatur, ſed q ſimul eas omnes infeſtat. Nam ſæpe aliqua d ctarum particularum dolente, ſanguis excret non parum lædere poſſet, cui diarrhœa occurri Dolor autem, omnes ſimul invadens, ea ratione ſuperveniente ſanguinis excretione curatur, qu à ſanguinis multitudine dependet, aut ab hum ribus ſanguine permixtis. Nam ſimplex cacoch mia tanta eſſe non poteſt in partibus præfatis, omnes ſimul dolore afficiat. Quia igitur tot pa tes ſimul dolent, id argumentum eſt, cauſam d

lor

oris à ſanguinis multitudine , aut ejus mala qua-
itate, dependere, ut jure merito morbi ſanatio in
ſola ſanguinis evacuatione conſiſtat. Qua verò
parte ſanguinis evacuatio ſalutaris expectetur , ſi-
gnificavit voce illa , διαχωρήσαντος , quæ alvi ex-
cretionum eſt propria. Hancque peculiariter in-
dicat dolor circa umbilicum : quatenus humor
inclinationem ad inferiora oſtendit ; præterquam
quod rationi etiam conſentaneum eſt , plenitu-
dinem , quæ partes inferiores magis infeſtat , per
inferiora tolli : qualis eſt evacuatio per hæmor-
rhoides , aut dyſenteriam ſanguinolentam. Cur
autem in præſenti Coaca ſolutio ab unica ſangui-
nis excretione expectatur,rationem aſſignari poſſe
exiſtimo , non ſolum , quia major cacochymia
in ſuperiori adeſſe poterat , unde ea educta ſalus
ſperabatur ; in cujus rei uſum utilis erit expurga-
tio : ſed etiam quia longè differt evacuatio, ſpon-
te naturæ facta, ab ea, quæ arte perficitur. Natura
enim ſæpe cacochymiam,ſanguini permixtam,per
ſanguinis evacuationem tollit , quam tamen per
alvi fluxum tollere non audet : cujus rei exem-
plum habemus in febre ardente , quæ etiamſi à
biliosâ cacochymia dependeat,eam tamen per hæ-
morrhagiam tollit : nequaquam verò per diar-
rhœam ; imo hæc in febre ardente ſuſpecta eſt:
ex quo non eſt mirum , in hoc caſu ſalutem à
ſanguinis excretione dependere , qua non ſolum
plethora , ſed cacochymia etiam , dummodò
ſanguini admixta ſit , tolli poteſt , quæ tamen ſi
arte procuranda eſſet , non ſemper à ſanguinis
miſſione petenda eſſet , ſed modo ab hac, modo
à purgatione ; ut in præcedenti Coaca determi-
natum eſt. Hoc enim in præſenti non expreſſit
Hipp., quia fortaſſe experimento cognoverat , hu-
jus morbi ſolutionem à ſola ſanguinis excretione

ope

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

ope naturæ facta dependere, artemque ipſam ni-
hil opis adferre poſſe: & ideò dixit; *ſanguin*
egeſto ſervantur; non egeſto, moriuntur.

CCXCVI. Οἷσιν ὑποχόνδρια λαπα-
ρὰ, πρόσωπον ἐῤῥωμένον, ὀ λύονται χωρὶ
αἵματος ῥύσιος ἐκ ῥινῶν πολλοῦ, ἢ σπασμοῦ
ἢ ὀδύνης ἰσχίων.

CCXCVI. *Præcordia non*[1] *mollia, &*
facies bene[2] *habita, non niſi liberali ſangui-*
nis[3] *ex naribus profluvio, aut*[4] *convulſio-*
ne, aut coxendicum[5] *dolore, ſolutionem ac-*
cipiunt.

1. Μὴ λαπαρὰ potius, ex Epidem. libro ſe-
cundo, libro περὶ κρίσεων, & Coaca 128, non
λαπαρὰ, ut in textu extat: ut ſignificetur, hypo-
chondria tenſa & intro revulſa, ſeu cum tumo-
re aut duritie, ut in inflammatione exiguâ, ſeu
phlegmone diaphragmatis aut hepatis: ſeu ſine
iiſdem, quando hæmorrhagia & humorum mo-
tus verſus ſuperiora vergit, & hypochondrium
ad expulſionem quaſi comprimitur, & quaſi in
ſubſidium intro accurrit. Poteſt tamen & λιπαρὰ
legi. Habemus enim in Prognoſticis, τὰς ἀποστά-
σιας ἄνω γίγνεσθαι, οἷσι τὸ ὑποχόνδριον λαπα-
ρὸν, &c.

2. Πρόσωπον ἐῤῥωμένον, *ſana, ſubtumida*, aut, ut
6 Epidem., *impensè rubra*; ſeu quæ talis in colo-
re & mole cernitur.

3. Apertis, aut ruptis, propter ejus ad caput
ἀναδρομὴν, venis.

4. Humore morbifico è venis in nervos aut
muſculoſum genus tranſlato.

5. Si materia vel naturæ expellentis robore eò
detruſa

detruſa abſceſſum faciat; vel illas tranſit, cum ad articulos laxiores aut imbecilliores convertitur.

CCXCVII. Αἱ περὶ ὑποχόνδρια ἐν πυρετῷ ὀδύναι ἀναύδῳ, ἀνιδρωτὶ λυόμεναι, κακόν. τούτοισιν ἐς ἰσχία ἀλγήματα.

CCXCVII. *Præcordiorum* [1] *dolores* [2] *in febre, ægro* [3] *fari nequeunte, ſi abſque ſudore* [4] *ſolvantur, malum* [5] *indicant. His ad coxendices* [6] *dolores decumbunt.*

1. Fugaces, ſine inflammatione.

2. Eſſentiali, continua & acuta, in qua ſanguis multa bile perfuſus ad caput tendit.

3. Muſculis linguæ ab obſtructione nervi ſeptimi paris læſis.

4. Sudoris nomine, tum excretionem aliam, tum abſceſſum, comprehendit Hippocrates, univerſale in particulari notare ſolitus.

5. Dolores enim repentè evaneſcentes, abſque manifeſta excretione aut abſceſſu, μετάστασιν humorum in viſcera nobilia ſignificant.

6. Per palindromen febri ex criſi κατ' ἐκροὴν deducta ad eam quæ fit κατ' ἀπόθεσιν· modò natura humoris potens, cerebrum & alia viſcera liberare poſſit. Nam ut & omne periculum tollatur, procul abſceſſus, κατ' ἶξιν ἀντίῤῥοπος, in parte potius materiæ capaciſſima exoriri debet. Id accidit Herophonti.

CCXCVIII. Οἱ κατὰ κοιλίην ἐν πυρετῷ παλμοὶ ἐκστάσιας ποιέουσιν. αἱμοῤῥοΐη φλεγματώδης.

CCXCVIII. *Quæ contingunt* [1] *in*

febre

febre circa ventrem [2] *palpitationes*, *mentis*
[3] *emotiones adferunt. Quin & ſanguinis*
ex naribus [4] *profluvium cum horroris ſenſu*
interdum accedit.

1. Focum in arteria lumbari habente.

2. A vehementi arteriæ ſpinam perreptantis
motione, aut magna viſceris alicujus interioris
inflammatione.

3. Sanguine atra bile perfuſo eò devecto, cu-
jus acriores ſunt, quam flavæ, morſus. *οἱ μελαγχο-
λικῶς ἐξιστάμενοι*, *qui melancholicè excedunt*, ſeu
in quibus inſaniæ ſumma ſunt omnia.

4. Quod plerumque verum eſt. Nam, *ut in*
quit Jacotius, moderatus rigor interdum antece
dit hæmorrhagiam, in corporis plenitudine, qua
perturbationem in ipſo faciens, naturam ad ex
cernendum quod noxium eſt, excitat. Verum ma
gna ex parte ex rigore ſudores ſequuntur, aut bi
lioſorum vomitus, aut dejectiones: rariùs hæ
morrhagia. Sed & interdum horror vel rigor co
pioſæ hæmorrhagiæ ſupervenit, ipſamque revel
lit. Excitatur enim diſſipato calore nativo, & refri
gerato corporis habitu, ſicuti & convulſio pe
ἐσφηκένωσιν & immodicum refrigerantium uſum
Marcianus hic, per palpitationes juxta ventrem
Hippocratem intelligere exiſtimat, pulſatione
quaſdam ad regionem ventris, venæ cavæ è dire
cto reſpondentem, idque ob flatulentum ſpiri
tum in vena magna concluſum, à quo ſangui
& cum eo cæteri humores affecti ſupernas petu
partes, deliriumque in capite conſtituunt, ni
ab hæmorrhagia delirium avertatur. Quod ta
quam raro contingens indicatum eſt per illa verb
αἱμοῤῥοίη δὲ φρικώδης, hoc eſt, *hæmorrhagia ho
rida*, quaſi dicat, hæmorrhagia verò aliquand
ſubſe

ſubſequitur loco delirii, quam horror præcedit: & ratio eſt, quia dum ſanguis movetur ad motum dicti ſpiritus, cum eo concluſus, horrorem infert, quemadmodum Hippocr., lib. de Flatib. v. 100, docet. Spiritus enim, utpote tenuiores ſanguine, ex motu ventilantur, refrigeratique per ſanguinem tranſcurrentes, inæqualem ſenſum illum frigoris faciunt, qui horror appellatur, eodem planè modo, quo rigorem fieri docebat Hipp., l. 1 de Morbis. Sanguinis potius eruptionem, quam delirium, expectandam, hypochondrii tenſio ſublonga ac tumens, in Prorrhetico oſtendit, ſi per eam intelligas, eam viſceris elevationem, quam venæ per illud diſſeminatæ efficiunt, dum replentur immodicè. Inde enim in tumorem aſſurgit, quod tenſionem potius inducit, quam duritiem; unde tumor in hypochondrio manifeſtus apparet, non orbiculari figura, qualis obſervatur in vero hepatis tumore, & inflammatione doloroſa: unde leg mus 2 Epidem. ſect. 3, verſ. 68. In dextris velut circumferentia ſuppuratoria: ſed oblonga potius, juxta figuram muſculorum, qui ad viſceris elevationem diſtenduntur; & quia immediatè tactui ſubjiciuntur, ideò elevatio eorum ſervat figuram deorſum ſe extendentem. Doloriſque nullam mentionem fecit, quia affectio eſt in venis, quæ etiamſi vehementer diſtendantur, dolorem non faciunt, cum exiguo ſenſu, aut nullo, ſint præditæ; niſi inflammatione ſimul tententur.

CCXCIX. *Αἱ ἐς ὑποχόνδρια ἐν πυρετῷ ὀδύναι ἀναΐσσουσαι, ἀνιδρωτὶ λυόμεναι, κακοήθεες, τούτοισιν ἐς ἰσχία ἀλγήματα ἅμα πυρετῷ καυσώδει, κοιλίη καταῤῥαγεῖσα, ὀλέθριον.*

CCXCIX. *Dolores in febre ad præcordia aſſilientes, ſine* [1] *ſudore ſoluti,* [2] *maligni ſunt. In his dolores* [3] *ad coxendices cum ardente* [4] *febre, atque alvus affatim erumpens, perniciem* [5] *oſtentant.*

1. Per quem plerique judicari hypochondriorum affectus ſolent.

2. Tales partes humoribus ex naturæ lege abundent, ita ut earum dolores per ſenſibilem evacuationem terminentur, aut aliquod gravius malum, aut recidivam, aut aliquem abſceſſum inferant. Non meminit tamen hic recidivæ, eo quod in his caſibus obſervata non ſit. Nam cum dictæ partes expultrice valeant, ita peccantem humorem excludunt, ut non facile recipiant.

3. Tum ob materiæ copiam, tum ratione loci patientis, qui articulus eſt omnium maximus, & adenis, qui in inguine, vicinus.

4. Quæ duplici ratione in hoc caſu excitatur; primo quia locus abſceſſus tantæ copiæ humoris non erat capax; ſecundò quia humor peccans abſceſſus materia non omnino conveniens erat, ſed longè calidior & tenuior, tum natura propria, tum ex motu à loco ad locum.

5. Poſtquam alvus prorupit. Hujuſmodi enim febres per diarrhœam non tuto judicantur: quod ſi quandoque contingat, febrem ardentem diarrhœa judicari, ut quibuſdam contigit, 1 Epid. 3 id peculiari conſtitutioni tribuendum eſt.

CCC. Οἱ περὶ ὀμφαλὸν πόνοι παλμώδεες, ἔχουσι μέν τι καὶ γνώμης παράφορον. περικρίσιν δ' οὖν τούτοισι φλέγμα ἅλις συχνὸν σὺν πόνῳ διέρχεται.

CCC. *Dolores* [1] *circa umbilicum cum* [2] *palpitatione, mentis quidem* [3] *alienatæ ſignificationem quandam præbent. At iis ſub* [4] *judicationem conferta* [5] *& crebra pituita cum dolore* [6] *prodit.*

1. Et quidem ſine febre.

2. A flatibus melancholicis exorta; qualis in affectione hypochondriaca accidere ſolet.

3. Vaporibus melancholicis mentis ſedem petentibus. *Significationem præbere* dicit, quod in affectu hypochondriaco exquiſita deliria non conſpiciantur.

4. Κατὰ λόγον naturæ abſolutam.

5. Quæ interim, vitiatâ concoctione, ob melancholici ſucci in inferiore ventre abundantiam, & cibis in acidum corruptis, collecta eſt.

6. Dum inteſtina vellicat.

CCCI. Μετὰ κοιλίης ὑπόστασιν ὑποχόνδρια μετέωρα, κακόν. μάλιστα δὲ τοῖσι φθινώδεσι τῶν μακρῶν, καὶ οἷσι κοιλίαι ὑγραίνονται.

CCCI. *Ex alvi ſuppreſſione ſublata præcordia malum denuntiant, præcipue vero in his qui ex longo intervallo contabeſcunt, & quibus alvi humectantur.*

Vide Coacam 287.

CCCII. Τοῖσιν ἀλυσμώδεσιν ἐν ὑποχονδρίῳ τὰ παρ' οὖς ἐπαρθέντα κτείνει.

CCCII. *Anxietate vexatis præcordiis borta ad aures tubercula mortem adferunt.*

 Vide

Vide Coacam 284. Ἀλυσμώδεας ἐν ὑποχονδρίῳ vocat, quibus præcordia exæſtuant, anxietate aut angore.

CCCIII. Τὰ κατὰ κοιλίην σκληρύσματα μετὰ πόνου πυρετοῖσι φρικώδεσιν, ἀποσίτοισι σμικρὰ ἐφυγραινομένης, κάθαρσιν οὐ διδόντα, ἐς ἐμπύησιν ἥκει.

CCCIII. [1] *Alvi* [2] *durities cum* [3] *dolore, in febribus* [4] *horroris ſenſu inſignibus, ac cibi* [5] *faſtidio laborantibus, niſi paulum humectata* [6] *alvo purgationem faciat, ad* [7] *ſuppurationem tendet.*

1. Totius illius cavitatis, quæ inteſtina, meſenterium, pancreas, & epiploon, continet, quæque peritoneo, tunica & epigaſtrio veſtitur, illa duntaxat epigaſtrii parte excepta, quæ hypochondrium dicitur.

2. Non à ſiccitate ſimplici, per quam ita deprimitur hypochondrium, ut retractum videatur: nec ab humorum in viſceribus aut abdominis muſculis concretione (vel calore ſiccantur exhalante aqueo humido, vel frigore proprio, aut externo admoto occaleſcunt): ſed à tenſione phlegmonoſa, quam phlegmone ſyſtrophica cauſatur.

3. Propter partis obſeſſæ diſtentionem, cum intemperie maxima, & vicinæ acerrimi ſenſus oppreſſionem.

4. Symptomaticis & phlegmonum interiorum propriis. Solet illis horror ſupervenire, vel *propter exacerbationem* quam habent, & interdum typum à varia putredine humoris, cujus pars in venis continetur, pars extra venas jam collecta eſt,

eſt, & intra abſceſſum acervata; vel *propter phlegmonem*, & quidem tripliciter. Initio fluxionis ad interiora, quæ habitum corporis refrigerat, & inæqualis ſpirituum caloriſque nativi ad viſcera contractionis cauſa eſt: deinde, concepto jam abſceſſu & ad ſuppurationem tendente, quo tempore ſuppurans vapor per morſum rigorem concitat, aut ad ſuppurandum congregatus calor, in reliquis membris horrorem parit: tandem ſanie effuſa & membranas vellicante. Πυρετοὶ φρικώδεες, Galeno, Comment. 1 in lib. 1 Epidem. dicuntur, ὅταν τὸ μέχρι πλείστου τῆς ἀναβάσεώς τε καὶ ἐπιδόσεως καλουμένης τοῦ παροξυσμοῦ, αἱ φρίκαι γίνονται τοῖς νοσοῦσιν.

5. Ore ventriculi affecto, ſeu ob ferini catarrhi prolapſum, in principio fluxionis: ſeu ob ſeri & ſaniei in ſuppuratione reſudationem. Accedit aliquando ipſius ventriculi νέκρωσις, ut in Pario.

6. Per vacuationem rheumatis conſiſtentis, liberali dejectione, non quidem ſymptomatica purulenti abſceſſus, ut eſſe ſolet, ſuppurati, quod intra umbilicum finitur: ſed critica. Τοῖσιν ἐμπυήμασιν ὀμφαλὸς ὅρος ἐστιν, καὶ τοῖσι μέλλουσιν ἐκπυΐσκειν, κοιλίαι ταράσσονται. *Empyematum eſt terminus umbilicus; ea qui concepturi ſunt, alvo turbantur.* Vacuatio talium eſt γονοειδὴς, genituræ ſimilis, qualem in Perintho lege critica non raro fieri, Hippocrates in Epidemiis auctor eſt.

7. Non tam partis merito, quam fluxionis conſiſtentis ſeu materiæ unde tumor aſſurgit. Finiri eum neceſſe eſt, vel diaphoreſi, quæ hic locum non habet: vel concoctione, unde ſuppuratum; vel concretione, unde ſcirrhus; vel corruptione, unde gangræna.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

CCCIV. Ὑπὲρ ὀμφαλὸν πόνος, καὶ ὀσφύος ἄλγημα, φαρμακείῃ μὴ λυόμενα, ἐς ὑδρωπιῶδες ξηρὸν ἀποτελευτᾷ.

CCCIV. *Supra umbilicum* [1] *labor ac lumborum* [2] *dolor, qui remediis* [3] *non cedit, in hydropem* [4] *ſiccum deſinit.*

1. A flatu inprimis, in inteſtinis communibus concluſo, qui propter materiæ craſſitiem, viarum anguſtiam, & inteſtini depravatum motum, exire nequit. Oritur dolor etiam ab humore acri, ichore ab inflammata vel exulcerata parte proveniente, &c.

2. Per ſympathiam vicinitatis & ſocietatis, nec non cauſæ dolorificæ communicationem. Totum meſenterium originem ducit à nervis & ligamentis lumborum.

3. Succreſcente novâ materiâ ab indelebili & hecticâ intemperie. Ideò exhauriri non poteſt.

4. Qui à flatulento ſpiritu proficiſcitur.

TITULUS XIII.

De Dorſi & Lumborum affectibus.

CCCV. ΤΑ' ἐξ ὀσφύος ἀλγήματα χρονιώτερα, πυρετῷ παροξυνόμενα τριταιοφυῶς, ποιέει τὰ θρομβώδεα αἵματα διαχωρέειν.

CCCV. *Diuturni lumborum* [1] *dolores, qui cum febre* [2] *ad tertianæ naturam propius accedente* [3] *ingraveſcunt, ſanguinis* [4] *grumoſi ſeceſſuri* [5] *ſpem faciunt.*

1. Quo-

1. Quorum cauſa in meſenterii tenſione & intemperie, firmiter, à ſuppuratione vel humorum putrilagine exorta, fixa eſt.

2. Quod crebro & cum rigore repetat, ſuppurationis plerumque comes.

3. Quod fusâ per febrem materiâ major intemperies & diſtentio excitetur. Unde febris ardor, doloris acerbitas, inquietudo, delirium, vigiliæ, ſitis inexhauſta, &c. Nota; Ingraveſcere, non exacerbari.

4. Grumus ſanguinis humoris extra venas & propria conceptacula effuſionem indicat.

5. Quia lumborum dolores alvi effuſione deturbantur. Nec tamen hoc neceſſarium. Nam experientia conſtat, per urinas etiam effuſos, quibuſdam antea intervallis & frequenter, idque ſine ordine febre cum rigore invadente & ſæpius repetente. Duretus ad dyſenteriam quam αἱματήραν vocant, refert: *Marcianus* prolixè commentatur. Ex hoc nota, 1: Agi hic de febre tertiana intermittente, quæ in continuam, ſed tertio quoque die exacerbeſcentem, quæ τριταιοφυὴς Hippocrati, abiit. 2. *Lumborum doloris* nomine magnos & vehementius infeſtantes intelligi. 3. *Diuturnos* dici, non quod jam diu ægrotum vexent, quod in Chronicis accidit: ſed quod ægrum à principio uſque ad finem teneant. 4. *Dolores* iſtos ex tertiana continuam febrem tertianarum modo ingraveſcentem inducere, propter humorum circa venam cavam, muſculos lumbares, & reliquas partes lumbis adjacentes, copiam. *Febrem* vero *ſupervenientem*, quod ab eadem ſit materia, eundem typum ſervare. 5. Etſi vocabulum διαχωρέειν ab Hippocrate ad omnia evacuationum genera ſæpiſſimè accommodetur: hic tamen de *excretionum per inferiora*, nempe vel alvum, vel

 uterum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

uterum in mulieribus, ſumendum eſſe. Sanè in ſanguine craſſiore, qui ad inferiora vergit, vitium eſt: iſque in vena cava lumbis adjacente ſtabulatur. Hæmorrhoïdes hic non tangi, fortè ex eo colligi poteſt, tum quia per ejuſmodi fluxum febres nunquam, aut rariſſime, judicantur: tum quia ſanguis, per eas eductus, grumoſus non educitur, niſi aliqua ejus portio morâ in inteſtino recto grumeſcat. 6. *Sanguinem grumoſum* excerni, tum quia eſt craſſus & fibroſus, ut ex doloris diuturnitate colligitur: tum quia copioſus, cujus idem dolor indicium: tum quia in utero & inteſtinis tamdiu morari, donec concreſcat, poteſt: quæ tria ad grumoſitatem ſanguinis requiruntur.

CCCVI. Τὰ ἐν ὀσφύϊ ἀλγήματα, αἱμοῤῥοϊκά.

CCCVI. *Lumborum* [1] *dolores ſanguinis* [2] *profluvium* [3] *excitant.*

1. Abſque febre & ulla manifeſta cauſa, decubitu nempe, labore, calculo, arenulis, &c. & quidem ob redundantiam ſanguinis in vena magna lumbari, ſeu ex ſuppreſſione hæmorrhoïdum in viris ad talia ſuetis, menſtruorum in mulieribus, ſeu ex alia cauſa.

2. Seu hæmorrhoïdale, ut Prorrhet. 130 innuitur; ſeu muliebre, præſertim ſi calor ad ſpinam ſentitur; ſeu per alvum, ut Prorrhet. 140 habetur. De profluvio per nares, de quo peculiariter *αἱμοῤῥαγίας* vocabulum ſumitur, ſumere nolo: non quod fieri non poſſit (vena magna ad nares quoque ramos diſtribuit): ſed quòd inter ſigna hæmorrhagica lumborum dolorem referri in legitimis Hippocratis operibus, etiam Hollerius opinetur.

3. Na-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

3. Naturâ aliquando ſuâ ſponte ſe exonerante, per magni & violenti arteriarum motus concitationem, non ſecus ac in ulceribus à forti pulſu hæmorrhagia cietur. Ex eo verò maximè αἱμοῤῥοϊκὰ iſta ἀλγήματα, quod ſanguinis evacuationem per deorſum indicent: & eo evacuato quieſcant.

CCCVII. Αἱ ἐξ ὀσφύος ἀλγήματος αἱμοῤῥοίαι, λαῦραι.

CCCVII. *Ex lumborum* [1] *dolore liberales ſunt & largæ* [2] *ſanguinis fluxiones.*

1. Valido & gravi, ob diſtentionem & vicinarum partium oppreſſionem à ſanguine.

2. Propter ſanguinis in illis venis abundantiam, quæ cum amplæ ſint, nimiam etiam eſſe oportet, & liberaliter, poſtquam ebullivit, profundi. Sanguinis autem profuſionem per inferiora intellige. Lumborum dolores, ſi ſurſum tendant, interficere, aut ſuppurationem minari, ſcripſit in Prognoſticis Hippocrates: hæmorrhagiæ non meminit. Si cacochymia ſimul premit, delata per vaſa bilis horrorem invehit quidem, ſed cum magna moleſtia.

CCCVIII. Οἷσιν ἐξ ὀσφύος ἀλγήματος ἀναδρομὴ ἐς κεφαλὴν, καὶ χεῖρες ναρκώδεες, καὶ καρδιαλγικὰ, καὶ ἠχώδεα, αἱμοῤῥαγικὰ λάβρως, καὶ κοιλίαι καταῤῥήγνυνται τούτοισι, καὶ γνῶμαι παραχώδεες ἐπιπολύ.

CCCVIII. *Quibus lumborum* [1] *dolor in caput* [2] *recurſat, & manus* [3] *torpore affectæ, ac oris ventriculi* [4] *dolorem ſentiunt,*

 aut

aut aurium [5] *ſonitus, ii liberaliter* [6] *ſangui*-*nem profundunt. Sed & his alvus* [7] *effun*-*ditur, & mentis* [8] *perturbatione, utpluri*-*mum, tentantur.*

1. Ex cauſa maligna progreſſus. Qui vel à fla-tu incluſo, vel phlegmone, vel craſſo & frigido hu-more, provenit, ſurſum difficulter fertur.

2. Raptis ſurſum humoribus, ad quam ἀναδρο-μὴν dolor in lumbis ſubitò & ſine causâ ceſſat, & nova ſymptomata oboriuntur.

3. Ob humoris qui transfertur in cervicem, unde manibus nervi, tranſitum: & commeatuum facultatis animalis interceptionem: vel cervicis ipſius à venarum & arteriarum diſtentione e ipſo humoris, dum ad caput tendit, decurſu, op-preſſione.

4. Quem ſerum tenue ad ventrem & ventri-culi orificium prorepens infert.

5. A ſpiritu flatuoſo ex humiditate à calore præternaturali excitato, exortus. Duretus per ἠχώδεα ſonori flatus varietatem, pro flatulenti ſpiritus craſſitudine aut tenuitate, meatus angu-ſtia aut amplitudine, facultatis vi aut imbecilli-tate, intelligit.

6. Per ultimas venarum oras, quæ ſunt ad fron-tem imam, unde per anaſtomoſin facilem qua data porta ruit. *Liberaliter funditur*, quia copio-ſus, canales patent, facultas viget, natura forti-ter, ut ſe periculo exſolvat, contendit.

7. Si ſeri acrioris cacochymiâ venter peccat.

8. Denegata humori, qui excurrit per venas na-rium, proruptione. Unde ſpiritus animales à ca-lore & humorum motu, cum humoris ipſius in ſubſtantia cerebri fervore, agitantur. Vide Prorrhet. 139.

CCCIX

CCCIX. Αἱ ἐκ νώτου ἀλγημάτων ἀῤῥωστίης ἀρχαὶ, δύσκολοι.

CCCIX. *Quæ ex dorſi* [1] *dolore initia* [2] *ducunt ægritudines*, [3] *difficiles.*

1. Νώτου nomine inſignitur pars poſterior, quæ univerſum thoracem comprehendit. Cervix capiti annectitur: hinc dorſum, cui æqualis cum pectore longitudo: tum lumbi, quorum pars extrema oſſe ſacro clauditur.

2. Ita ut νώτου ἄλγημα ſit ipſorum cauſa, ſeu per διαδοχὴν, *tranſitum* ad diaphragma, pleuritim, caput: ſeu per μετάστασιν, *progreſſum*, ut Duretus loquitur, ut ex crebro lumborum horrore urinæ ſuppreſſio, cum cita caloris viciſſitudine, affectæ per inflammationem rachitidis & membranarum ejus indice, exſurgit: & plerumque morborum initia cum rigore ex lumbis & dorſo procedunt.

3. Tum quòd in parte ob carnis multitudinem & venarum amplitudinem materia copioſa ſtabuletur; tum quòd partes principes, thorax, cerebrum & aliæ, tam propter vicinitatem, quam propter naturæ communionem, in conſenſum facilè rapiantur. Unde aliquando empyema, pleuritis, reſolutio & ſtupor partium, &c. Δύσκολον *grave* & *moleſtum* ſignificat, & de morbo qui non facilè ſolvitur, nec periculoſo alioqui aut letali, dicitur.

CCCX. Ἐν ὀσφύος ἀλγήματι συντόνῳ, καὶ ὑποφορῇ πλέονι, ἀπ' ἐλλεβόρου ἐμέσαι ἀφρώδεα, συχνὰ, ὠφελεῖ.

CCCX. *In intenſo* [1] *lumborum dolore,*

 & alvi

& alvi 2 *ſubductione largiore, ſumpto* 3 *veratro, ſpumoſorum* 4 *crebra vomitio prodeſt.*

1. Pertinaci (πόνος σύντονος, & ὀξείη ὀδύνη, idem apud Hippocratem), & qui à gravi aliqua cauſa, puta calculo, abſceſſu in renibus, tuberculo in membranis ſpinæ, inflammatione, aut vertebrarum diſtorſione, ortus eſt.

2. Quæ nec tollit nec minuit doloris acerbitatem, quod per meſenterii ſympathiam ex jure ſocietatis accidat.

3. Albo ſcilicet, & hoc potius quam alio vomitorio, quod validè retrahat, & humores prius ex toto corpore in ſuperiorem ventrem eliciat, quàm in inteſtinorum anfractus decidant. Cur helleboriſmus nobis ſuſpectus eſſe debeat, vide apud Jacotium ſupra iſtam Coacam.

4. Vomitus imperatur ad revulſionem, quæ recenti fluxioni, utpote vehementi, debetur, prout diuturnæ derivatio, quia languidior: ceſſanti vacuatio ex parte. Multus eſſe debet, quia in vomitione damnantur, καὶ τὰ σμικρὰ ἐμέσματα, καὶ τὰ ἐγγὺς ἀλλήλων ἴοντα. Spumantia excreta hic proſunt, quia humor glutinoſus contumaciter lumbis adhæreſcens, qui à flatu permixto aut calore ventilatur, in vitio. Talia ergò ejiciuntur, qualia debent.

CCCXI. Ῥάχιος διαστροφὴν καὶ δύσπνοιαν, αἵματος ῥύσις λύει.

CCCXI. *Spinæ* 1 *perverſionem & ſpirandi* 2 *difficultatem ſanguinis* 3 *fluxus liberat.*

1. Figuræ naturaliter conſtitutæ mutationem, ita ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

ita ut naturale ſpinæ in longum exporrectæ ἰθυσκόλιον tollatur: eamque vel ab inflammatione ſyſtrophica, muſculorum inprimis circa œſophagum, qui præ tumore tenſi ac contracti vertebram intro trahunt: vel à phlogoſi, vel à multitudine humoris à ſanguinis natura non multum recedentis, profectam.

2. Ita ut parva & crebra, inflammationis partium ſuperiorum, à qua partium ſpiritualium ductus compreſſu anguſtiores fiunt, index, evadat.

3. Tanquam unicum omnium illorum, quæ à dictis cauſis proveniunt, remedium. Partes quæ ſunt ſupra jecur, ſanguinis miſſionem ex cubito exigunt; quæ verò infra jecur, ex cruribus & venis in poplite aut malleolo.

CCCXII. Ἐν ὀσφύϊ ἐποδύνῳ καρδιαλγικὰ προσελθόντα σημεῖα αἱμοῤῥοώδεα, ἢ καὶ προγεγενημένα.

CCCXII. *Dolentibus* [1] *lumbis ſi oris* [2] *ventriculi dolor acceſſerit, futuræ* [3] *per hæmorrhoïdas vacuationis ſignum eſt, aut etiam eam* [4] *præceſſiſſe ſignificat.*

1. Dolore per multos dies ſine febre & manifeſta cauſa perſeverante, ob ſanguinis craſſioris, ex magna arteria & vena deſcenſum; vel ejuſdem circa partes lumbis adjacentes ſine exitu copiam.

2. A tenui & ſeroſâ ſanguinis eo immiſſi parte excitatus.

3. In melancholicis, & citrino quodam virore affectis.

4. Ut & antegreſſas, & ſuppreſſas, hinc hæmorrhoïdas colligas. Sanguine excreto bilis commo-

vetur, cujus portio ad os ventriculi confluens, cardialgiam excitat: niſi vel non ita acris ſit, vel non ita copioſa, & ab humiditate ventriculi temperetur. Vide Coacam 306, & 307; & Prorrhet. 130.

CCCXIII. Τὰ ἐξ ὀσφύος ἐς τράχηλον καὶ κεφαλὴν ἀναδιδόντα, παραλύοντα παραπληκτικὸν τρόπον, σπασμώδεα, παρακρουστικά. ἆρα καὶ λύεται τὰ τοιαῦτα σπασμοῖσιν; ἢ τῶν τοιούτων κοιλίαι νοσέουσι διὰ τῶν αὐτῶν ἰόντων.

CCCXIII. *Quæ ex lumbis* [1] *in cervicem & caput* [2] *redundantia, levis ſiderationis more, reſolutionis* [3] *ſenſum inducunt,* [4] *convulſionem ac mentis* [5] *emotionem minantur. Videndumque eſt num talia convulſionibus* [6] *ſolvantur, aut in hujuſmodi habentibus alvi male* [7] *habeant, atque eadem diutius perſeverent.*

1. Dolentibus nempe ex repletione particulari cum ferociente cacochymia, quæ nec varicibus nec dejectione cruenta ſoluta eſt.

2. Seu pertingentia, per excurſum ſymptomaticum, qui largâ hæmorrhagiâ non ſolvitur, doloribus lumborum repentè occultatis. Ἀναδοθῆναι ἀλγήματα dicuntur, Epidem. IV, cum medicamentis diſcutientibus digeruntur & diſcutiuntur.

3. Reſolutionem non abſolutam, cujus comites ἀναισθησία & ἀκινησία, ſed inchoatam nec firmiter fixam, ob materiæ forte tenuitatem, quia in totum ſpiritus intercipere non poteſt, ſen-

ſi

ſus partibus ita relinquitur, ut etiam quandoque doleant.

4. Ob materiæ nervum ex parte intercludentis acrimoniam, quâ irritata natura, expulſionem illius molitur, & ita motus convulſificos leves inducit.

5. Cujus cauſa ex Coaca 308 peti poteſt.

6. Perfectis nempe, ad violentum copioſorum ſpirituum impetum, quo materia diſſipatur, & à poroſitatibus nervorum detruſa, paralyſin ſolvit. Per interrogationem hoc ab Hippocrate poſitum, quia non ſemper convulſio perfecta affectiones paraplecticas ſolvit: ſed tum demum, cum à ſimplici materiâ, abſque partis inflammatione, dependet.

7. Materiâ peccante, naturæ robore eò criticè, vel ſymptomaticè, detrusâ. Vide Prorrhet. 118.

CCCXIV. Ἐξ ὀσφύος ἀναδρομῆς πόνου, ὀφθαλμῶν ἴλλωσις, κακόν.

CCCXIV. *Ex recurſatione* [1] *doloris in lumbis, oculorum* [2] *perverſio aut diſtortio,* [3] *mala eſt.*

1. Ab ἀναδρομῇ cacochymiæ efferæ turgentis & μετεωρισμὸν affectantis, quæ ſi mitis eſſet, per inferiora, natura in lumbis deorſum viam affectante, deturbari poterat.

2. A ſymptomatica materiæ ad cerebrum tranſlatione, quæ convulſionem muſculorum oculos moventium infert.

3. Fixa enim & ſtabilis ex vitio cerebri, letifera eſt, ut OEcetei uxoris exemplo oſtenditur. Fugax & critica, ut in Dealcis hoſpite accidit, ſalutaris eſt. Vide Prorrhet. 69.

CCCXV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

CCCXV. Πόνος ἐς στῆθος ἱδρυνθεὶς νωθρώτητι, κακὸν ἐπὶ πυρετῷ, οὗτοι ὀξέως ἀπόλλυνται.

CCCXV. *Dolor* [1] *in pectore* [2] *fixus cum* [3] *torpore, ſuborta* [4] *febre malum* [5] *indicat, iique celeriter* [6] *mortem oppetunt.*

1. Anteriore tota thoracis parte, oſſibus ſeptem & cartilaginibus duodecim conſtante: illeque στηριχθεὶς δυσλύτως, qui ita firmatus eſt, ut ægrè diſſolvi poſſit; continuus idem & cum æſtu.

2. A phlegmone, ex ſanguinis织 bilioſi per venam mammariam affluxu collecta.

3. Id eſt, ſumma totius corporis exſolutione, ut ſubinde ad pedes dilabatur.

4. Acutâ nempe & ardente.

5. Torpor enim in principio morbi, madefacti nervorum principii eſt index; in progreſſu, effœti & exoluti, imo omnium facultatum proſtrationis, & quod totum corpus refrigeratum ſit.

6. Febrili ardore, ſpirandi difficultate. Vide Prorrhet. 70. Frigus vehemens, calido & ſicco morbo ſuperveniens, letale eſt: letale & quod propter inflammationis calorem, &, ſanguinem, cucurbitulæ inſtar, ad ſe trahentis, magnitudinem, præſertim in cerebro oritur.

CCCXVI. Ἐξ ὀσφύος ἀλγήματος ἀναδρομαὶ ἐς καρδίην πυρετώδεες, φρικώδεες, ἀνεμέοντες λεπτὰ, ὑδατώδεα, παρενεχθέντες, ἄφωνοι, ἐμέσαντες μέλανα τελευτῶσι.

CCCXVI. *Lumborum dolores ad os ventriculi* [1] *recurſantes, cum* [2] *febre,* [3] *horrore*

rore, ſi tenuia & aquoſa 4 *vomitione reje-cerint*, 5 *delirarint*, 6 *voce defecti ſint, ii poſt* 7 *nigrorum vomitionem* 8 *moriuntur.*

1. Seu per tranſlationem materiæ ſymptomaticam, quæ & ſubſtantiæ tenuitate atque calore facilè ſurſum rapitur, & acrimonia naturam ad expulſionem irritat: ſeu per affluxum ſeri in os ventriculi ab hepatis vel meſenterii inflammatione.

2. Ex eo orta, vel quod venulæ arefactæ acres & bilioſos trahant ichores, quibus totum corpus incandeſcit & viſcera conflagrant: vel quod pravus humor in meſenterium aut pancreas depoſitus, tractu temporis putreſcit.

3. Quia per corporis habitum, aut vaſa ſenſus non omninò expertia, agitata materia ſymptomaticum aut periodicum excitat.

4. A ſeroſis inflammationis excrementis, vel humore putri & corrupto, prodeuntia.

5. Vel propter defectum, eadem ratione quâ tremores membrorum fiunt depravatâ cerebri actione & facultate imbecillâ: vel propter ſiccitatem cerebri & vigilias, quæ ſanguinem bilioſiorem reddant: vel propter cerebri inflammationem vel flavæ bilis uſtionem.

6. A cerebri exolutione, unde ſumma facultatis motricis imbecillitas; & vocalis materiæ per caloris extinctionem defectu.

7. Ab atrâ bile per uſtionem genitâ, aut ſucco melancholico, aut vitio hepatis, & lienis ſanguine.

8. Nigra vomitio morbi & materiæ morbificæ incremento, viſcerumque exſolutione, mortem affert. Vide Prorrhet. 83. Nota verò: Concoctis humoribus aliquando talia à natura excerni.

CCCXVII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

CCCXVII. Τὰ κατ' ὀσφυῦ καὶ τὸ λεπτὸν χρόνια ἀλγήματα, καὶ περὶ ὑποχόνδρια πόνοι, ἀπόσιτοι ἅμα πυρετῷ. τούτοισιν ἐς κεφαλὴν ἄλγημα σύντονον ἐλθὸν, κτείνει ὀξέως τρόπον σπασμώδεα.

CCCXVII. *Lumborum ac tenuioris inteſtini diuturni* [1] *dolores, & circum præcordia* [2] *labores, in ægris una cum febre* [3] *cibum faſtidientibus, eos dolor intenſus ad caput progreſſus, non ſine convulſionis ſpecie celeriter* [4] *interficit.*

1. Ex inflammatione vel aliis affectibus dolorificis prodeuntes.
2. Ob tranſmiſſam ad jecur & lienem vitioſam materiam.
3. Quod portio quædam tenuis ad os ventriculi confluens, appetitum penitus deſtruit.
4. Gravem enim morbum eſſe neceſſe eſt, in quo per conſenſum caput afficitur. Vide Prorrhet. 100.

CCCXVIII. Οἷσιν ὀσφύος ἄλγημα, οὗτοι κακοί. ἆρα τούτοισι τρομώδεα γίνεται καὶ φωΐδες ἐν ῥίγει;

CCCXVIII. *Qui lumborum* [1] *dolore conflictantur, ii male* [2] *habent. Num his* [3] *tremores fiunt, & maculæ* [4] *rubentes quales in tibiis, cum rigore?*

1. Seu à ligamentorum muſculorumque extra lumbos jacentium tuberculo: ſeu à ſpinalis medullæ & membranarum ejus inflammatione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

ſeu ab oppreſſione & pulſu moleſto ex repletione venæ & arteriæ lumbaris; ſeu ab inflammatione & calculo renum.

2. Ob ſummam doloris acerbitatem, officiique ad vitam neceſſarii impedimenta.

3. Si ex lumbis tranſlatio fit ad nervos & caput.

4. Eroſa ab ichore corporis ſuperficie. Φωΐδες Erotiano ſunt τὰ ἐκ πυρὸς γινόμενα, μάλιστα δὲ ὅταν ἐκ ψύχους ἐν τῷ πυρὶ καθίσωσι, στρογγύλα ἐπιφλογίσματα, *quædam ex igne contracta incendia, præcipuè ubi ex frigore ad ignem propius acceditur.* Vide Prorrhet. 42.

CCCXIX. Ἆρα τοῖς ὀσφυαλγέσιν, ἀσώδεσιν, ἀνεμέτοισιν, ὀλίγα θρασέως παρακρούσασιν, ἐλπὶς μέλανα διελθεῖν;

CCCXIX. *Conſiderandum eſt in lumborum dolore* [1] *conflictatis, & anxietate* [2] *citra vomitum, & pauliſper ferociter deſipientibus* [3] *ægris, num nigra* [4] *per ſeceſſum proditura ſint?*

1. Ab oppreſſione, cum vel lien, vel jecur, inflammatione laborat; vel vena cava cum arteria incendio exæſtuat; vel materia in venis turget.

2. Propter vellicationem ventriculi, à tenui & ſeroſa humiditate, quæ ex inflammatis partibus ventriculo infunditur. Jactantur tales in omnem partem.

3. Quia phrenetica ab atra bile in cerebro affectio alitur.

4. Nigra ejiciuntur, tum quia ex hac ſyndrome uſtio ſanguinis & bilis ſignificatur: tum quia & ſymptomaticè & interdum criticè ſanguis ater

putris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

putris & cœnoſus per inflammationes ejicitur. Vide Prorrhet. 85.

CCCXX. Ὀσφύος πόνος καρδιαλγικῷ, μετ' ἀναχρέμψιος βιαίης, ἔχει τι σπασμῶδες.

CCCXX. *Lumborum & [1] oris ventriculi dolor cum forti [2] ſcreatione, convulſionem [3] quodammodo ſuſpectam facit.*

1. Lumborum quidem ab æſtu vaſorum lumbarium & oppreſſione oris ventriculi ob cauſam jam aliquoties in ſuperioribus expreſſam.

2. Quæ proritationis irritæ ſignum, ab humore tenuiſſimo per continuitatem tenuioris tunicæ alvi ad ipſas fauces prorepente. Accidit id, quando per hæmorrhoïdas vel menſtrua terminari non poteſt.

3. Aliquando nempè, illamque exiguam Prorrhet. 106.

CCCXXI. Ὑπόκωφον ἅμα κρίσ ῥῖγος.

CCCXXI. *Subabſurdus eſt qui cum judicatione rigor fit.*

Quia, teſte Foëſio, vitioſa hic omnia exemplaria, & Prorrhetico 107, cephalalgiæ fit mentio, ideò explicationem aphoriſmi eò differimus. Hoc duntaxat addere placet, ideò ſuſpectum & ſubabſurdum eſſe cum criſi rigorem, quod criſin potius materiâ concoctâ motâ præcedere debeat, quam ſequi. Nam dum ſequitur, vel revellit, aut infirmitatem caloris ſignificat, aut interiorem inflammationem, aut materiæ ad viſcera nobilia recurſum.

CCCXX

CCCXXII. Ὀσφύος ἄλγημα, ἄνευ προφάσιος πυκνὰ ἐπιφοιτέον, κακοήθεος ἀῤῥωστίης σημεῖον.

CCCXXII. *Lumborum* [1] *dolor abſque cauſa* [2] *manifeſta crebro* [3] *invadens, morbi* [4] *malignitatem indicat.*

1. Qualem Coacâ 318 deſcripſimus. Obſervatus eſt graviſſimus renum dolor, per intervalla recurrens, cum arenulis rubentibus, ex quo æger tandem interiit. Corpore diſſecto integri renes, cordi tuberculum calculi inſtar durum aſſidebat, &c.

2. Quæ intus vel foris accedat, & innoteſcat, αἰσθήσει καὶ γνώμῃ, *ſenſu & mente.*

3. Quod cauſæ ſtabilitatem & magnitudinem oſtendit.

4. Dum ſcilicet remediis rationaliter adhibitis non cedit.

CCCXXIII. Ὀσφύος ἄλγημα μετὰ καύματος ἀσώδεως, πονηρόν.

CCCXXIII. *Lumborum* [1] *dolor cum æſtu* [2] *implacido & anxio, malum* [3] *ſignificat.*

1. Qualem jam deſcripſimus.

2. Κώματος in vulgaribus eſt, ſed ex Prorrhet. 142, καύματος legi debet, quod à ſummo in vena cava & majore lumborum arteria incendio, aut in partibus vicinis inflammatione, proficiſcitur.

3. Propter cauſam jam dictam. Lumborum dolor, qui in genus muſculoſum nulla vi incidente oritur, eſt per ſe malus: quidni cum talibus acceſ-

acceſſoriis. Nota 1. Si ab hac cauſa anxietas non oritur, oriri poſſe vel à morbi materia in venis turgente, vel à cæca malignitate cor obſidente, modò abſit nauſea. 2. Poſſe & κώματος legi, idque cum profundo humiditatem cerebri, frigus, vel utrumque cum tenuibus ſomnis pituitam cum bile permiſtam, &c. ſignificabit. Ἀσώδεις tales evadunt ob bilis malignæ in ventriculum appulſum.

CCCXXIV. Ὀσφύος σύντασις ἐκ γυναικείων πλήθεος, ἐκπυητικόν. καὶ τὰ ποικίλως ἰόντα, γλίσχρα, δυσώδεα, πνιγώδεα ἐπὶ τοῖσι προειρημένοισιν, ἐκπυητικόν. οἶμαι δὲ καὶ παρακρούειν τι τὰς τοιαύτας.

CCCXXIV. *Lumborum* [1] *contenſio ex menſium* [2] *copia ſuppurationem* [3] *fore indicat. Quin & varie* [4] *prodeuntia*, [5] *glutinoſa*, [6] *graveolentia*, *ſtrangulatum cum antea commemoratis* [7] *inducentia*, *ſuppurationem* [8] *denuntiant. Fortaſſis vero & tales aliquantum* [9] *delirare contingit*.

1. Id eſt, omnium illarum partium quæ in regione lumborum ſunt, non excluſis vicinis & ſociis.

2. Quod ſuppreſſi ſint, in ſterilibus inprimis, tùm propter naturæ ab oppreſſione imbecillitatem, materiæ contumaciam, & vaſorum anguſtiam: tum propter uterini oris conniventiam, aut cervicis perverſionem. Poteſt enim & ad τὰ λόχια referri.

3. Inflammatione accedente, quod Hippocrates, l. 1, περὶ γυναικ. innuit. Accidere ſolet, ſi poſt

ſuppreſſionem habitiores non evadunt; vel evacuatione aliqua, inprimis per hæmorrhagiam ſanguis imminutus vel excretus non eſt. Signa tum & inflammationis & ſuppurationis attendenda.

4. Et *varia* prodeunt, quod humores heterogenei peccent, diverſi affectus præſto ſint, & variæ partes afficiantur: & *variè*, id eſt, non inoffenſo curſu, nec ſtatis periodis, inæquali & quaſi fluctuante motu, prout natura variè irritatur, aut opprimitur; inſurgit, aut imbecillis eſt. Unde & morbi diuturnitas & malignitas colligitur. Illa, quia miſcella humorum concoquenda eſt, & multi affectus vincendi: hæc, tempori tanto natura non ſufficit. *Nota* 1: Quædam menſtrua purulenta libere & liberaliter intra ſeptem vel novem dies provenire: quædam variè prodire; quædam ſiſti. 2. Alia per ſinum pudoris effundi: alia per partium vicinarum vomicas. 3. Per ilia inprimis ſupra inguen, & quidem ſine tuberculo, exire, ſi per pudoris ſinum non exivere, vel exitus finem intra nonum diem non habent. Vide Hippocratis l. 3, περὶ ἄρθρων.

5. Quia pituitoſus & crudus humor excernitur, qui propter craſſitiem & frigiditatem coctioni & excretioni, propter glutinoſitatem reſolutioni, reſiſtit.

6. Quia colliquatus, putridus, & caloris magni. ideo per ſe letalis. Talia eſſe ſolent in omni μότῳ.

7. Dum teter vapor ex utero ſublatus fauces conſtringit.

8. Quod ratione & experimentis conſtat.

9. Strangulatu nempe, aut furore uterino, accedente. Aliàs paulatim contabeſcunt & moriuntur.

CCCXXV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

CCCXXV. Οἷσιν ὀσφύος ἄλγημα καὶ πλευροῦ ἄνευ προφάσιος, ἰκτεριώδεες γίνονται.

CCCXXV. *Qui*[1] *lumborum & lateris*[2] *dolore abſque ulla*[3] *occaſione tentantur, ii in morbum*[4] *regium incidunt.*

1. Dolent lumbi propter plenitudinem & incendium in vena cava communi & propria.

2. Hypochondrio & lateri gravitas dolorque ſubeſt, tum propter oppreſſionem ac diſtenſionem diaphragmatis, à tumore & materiæ congerie, cum quo ſuperiores membranæ infra convelluntur: tum propter ligamenta, quibus in pleriſque jecur alligatur nothis coſtis, unde & ſicca tuſſis, & dolor potiſſimum inter reſpirandum, qui ad dextræ partis jugulum uſque protenditur, adeò ut retrahi videatur.

3. Sine manifeſta cauſa; id eſt, vel ſine criſi, quâ in bilioſis febribus natura noxiam materiam ex alto in ſummum foraſque propellit: vel externa cauſa, ut epoto veneno, & beſtiarum venenatarum morſu, quorum vi ſanguis in citrinum & bilioſum humorem corrumpitur. Eam ergò tantum phlegmonem, quæ in ſuperioribus partibus jecoris & ſub coſtis latet, poni intellige.

4. Quod in talibus hepatis inflammationibus ſanguis una cum bile à ſuperiorum partium vehementi incendio ſurſum raptus, ibique exæſtuans, partes extimas auriginoſo colore inficit, nec in inteſtina confluit.

TITU

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

TITULUS XIV.

De Hæmorrhagia.

CCCXXVI. Αἱ ἐν κρισίμοισιν ἐκ τῶν αἱμοῤῥαγιῶν περιψύξιες νεανικαὶ, κάκισται.

CCCXXVI. *Ex ſanguinis* [1] *eruptionibus vehementes diebus* [2] *judicatoriis obvenientes* [3] *perfrictiones*, [4] *peſſimæ.*

1. Seu ſymptomaticis, à reſolutione aut imbecillitate partium ſanguinem generantium vel expurgantium: ſeu quæ fruſtratâ criſi fiunt.

2. Paribus & imparibus, quibus certamen naturæ & morbi eſt in procinctu, maximè tamen primis periodis, quaternariis ante vigeſimum diem.

3. Non extremorum, ſed magnæ & vehementes univerſi corporis. hoc enim περίψυξις νεανικὴ ſignificat. Caloris hæc nativi extincti & diſſipatorum ſpirituum ſignum; & progreditur ab immodica ſanguinis profuſione, per facultatis retentricis exolutionem.

4. Propter infirmitatem ſummam, & caloris nativi νέκρωσιν. *Nota:* Hæmorrhagiam, etiam die critico, tribus modis inutilem eſſe poſſe: nimirum, vel ſi profuſior ſit, vel non finiat febrem, vel graviora ſymptomata inducat; quod poſtremum letale eſt.

CCCXXVII. Τὸ ἀνάπαλιν αἱμοῤ-

 ῥαγέειν,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

ῥαγέειν, πονηρὸν, οἷον ἐπὶ σπληνὶ μεγάλῳ ἐκ τῶν δεξιῶν. καὶ τὰ ὑποχόνδρια ὡσαύτως.

CCCXXVII. *Sanguinis ex parte adverſa* [1] *profluvium, malum* [2] *eſt, velut ſi in lienis tumore* [3] *ex dextra nare effluat. Et circa* [4] *præcordia idem ſpectari oportere exiſtimandum eſt.*

1. Non κατ' ἴξιν per directum, vel è directo partis affectæ; ſeu τὴν εὐθυωρίαν ποτὲ μὲν κατὰ τὸ μῆκος τοῦ σώματος, ποτὲ δὲ κατὰ τὸ πλάτος, *per rectitudinem aliquando in longum, aliquando in latum.*

2. Vel propter naturæ infirmitatem, quæ inordinatum & effrenem materiæ motum moderari non poteſt: vel propter contrariarum partium reſolutionem: vel humorum μετάστασιν à viſcere in viſcus.

3. Lien, cum ſubſtantia rarus ſit & laxus, occaſione levi diſtenditur, & ſanguinis fæcem admittens, eâ imbutus tumet multò quam jecur frequentius, & plerumque, ſine ſcirrho, aut phlegmone, ſpiritu flatulento inflatur, & obſtructione, aut humorum ſurſum deorſumve agitatione, turget.

4. In hepate quod adjacet hypochondriis. Nota 1. Εὐθυωρίαν iſtam, ſeu, ut alibi vocat Hippocrates, φορὰν καὶ ἄφιξιν, *rectam lationem humorum,* à quibuſdam de motu extra vaſa, inter cava ſpatia aut muſculorum, aut cutis, aut membranarum, ſumi. Vide Conring. de ſanguine, c. 44. 2. Revulſionem κατ' ἴξιν exactè ſumtam, à circulari ſanguinis motu in dubium quidem vocari: poſſe tamen utrumque conſiſtere oſtendit Highmorus, Anatomiæ l. 2, p. 2, c. 5. Vide Prorrhet. 125.

CCCXXVIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

CCCXXVIII. Τὰ αἱμοῤῥαγοῦντα, ἐπιῤῥιγοῦντα τρώματα, κακοήθεα, διαλεγόμενοι λαθραίως τελευτῶσι.

CCCXXVIII. *Qui ex* [1] *vulnere ſubinde* [2] *rigentes ſanguinem* [3] *profundunt, ii maligne* [4] *habent, ac inter loquendum* [5] *derepente moriuntur.*

1. Τρώματα ſunt eadem quæ τραύματα, communiter βλάβαι, *offenſiones* corporum à cauſâ externa. In Epid. Galenus interpretatur, μεγάλας βλάβας ἐκ τινὸς τῶν ἔξωθεν.

2. In Prorrhet. 128, eſt ἐφιδροῦντας, *ſubinde ſudantes.*

3. Copioſè. Nota 1: Non rarò & vulnera ἔναιμα dicta hæmorrhagias convulſificas aut ſingultuoſas ciere. 2. Accidere & iis qui à tromate multum emarcuerunt, exolutis viribus, aliquando infra, aliquando ſupra, ferturque nigro tabo alvus.

4. Sive rigorem attendas ut cauſam, ſive ut ſignum. Si *ut cauſam*, corporis inde habitus magis refrigeratur, vulnerum curatio impeditur, febris protrahitur. Difficulter recaleſcunt in eo rigore ægri, nec humores probè vacuantur. Præterea, ſi circa ſtatum fieri cœperit, judicatorium eſt, non judicans: ſi poſt ſtatum ægro jam debili, letalis eſt; ſi periodicus aut erraticus, in longum temporis ſpatium morbum producit. Si *ut ſignum*; ſignum eſt diſſipationis caloris nativi, & inæqualis contractionis ejus quod reliquum eſt, cum materiæ recurſu ad interiora: interdum etiam ſuppurationis internæ; aut, ſi periodicus eſt, febris intermittentis continuæ junctæ.

5. Vel oppreſſo repente corde à materiâ quæ in illo rigore ſymptomatico ad interiora regurgitat: vel diſſipato ſpiritu & calore nativo, tum in pugna, tum in hæmorrhagia.

CCCXXIX. Τὰ πεμπταῖα αἱμοῤῥαγοῦντα λάβρως, ἕκτῃ ἐπιῤῥιγώσαντα, ἑβδόμῃ περιψυχθέντα, ἀναθερμανθέντα ὀξέως, τούτοισι κοιλίαι πονηρεύονται.

CCCXXIX. *Quibus quinto* [1] *die liberales* [2] *ſanguinis profuſiones contingunt, & ſexto* [3] *novo oborto rigore corripiuntur, ſeptimo* [4] *perfrictionibus tentati celeriter* [5] *recaleſcunt, iis alvi* [6] *male afficiuntur.*

1. Qui illuſtrem habuit judicationis prærogativam in Metone, de quo Epidem. l. 1.

2. Qualis cietur, quando ſanguis eſt tenuiſſimus & acerrimus; & cietur motu naturæ, aut febris impulſu, & repletione particulari capitis, aut lumborum & locorum muliebrium.

3. Mentionem hujus facit, tum quia tyrannus eſſe ſolet: tum quia dierum imparium paroxyſmi meliores ſunt quàm parium. *Nota* verò; Rigorem hunc eſſe peſſimum, tum ratione diei, tum hæmorrhagiæ antecedentis, quam rigor ille & revellit, & judicatorium non judicans eſſe oſtendit.

4. Hic τεταιοφυὴς febris in paritatem mutatio eſt, quæ mutatio ex imparitate contumaciſſima. Cauſa ejus rigor. Περίψυξις temperationem febrilis ardoris ſignificat, ut idem ſit quod ῥαςώνη dierum imparium in Nicodemo Abderita, qui paribus diebus paroxyſmos habebat.

5. Ἀναθερμαίνεσθαι Galeno eſt ἀναπυρέττειν, & οἱ ἐκ

οἱ ἐκ καταψύξεως ἀναθερμαινόμενοι damnantur in Prorrhetico.

6. Solvuntur, vel etiam flatu, ſtrepitu, morſu, conturbantur. Πονηρεύεσθαι κοιλίην, de alvi vitiis & affectionibus quæ ad caloris nativi imbecillitatem ſuccedant, Galeno intelligitur, & ἐξυγραίνεσθαι aut καταῤῥήγνυσθαι ſignificat. Liquida in refectione poſt largam hæmorrhagiam dejectio ſuccedit, quod calore nativo proſtrato, cibus in ventriculo neque probè concoqui, neque in hepate in ſanguinem mutari, neque in venoſo genere convenienter diſtribui poſſit.

CCCXXX. Μεθ' αἱμοῤῥαγίην μελάνων διαχώρησις, κακόν. πονηρὸν δὲ καὶ τὰ ἐξέρυθρα ἰώδεα. τεταρταίοισιν αἱ τοιαῦται αἱμοῤῥαγίαι, κωματώδεες ἐκ τοιούτων σπασθέντες θνήσκουσι, μελάνων προδιελθόντων, καὶ κοιλίης ἐπαρθείσης.

CCCXXX. *A ſanguinis [1] eruptione nigrorum [2] per alvum egeſtio [3] malo eſt. Quin & [4] prærubræ ac [5] æruginoſæ dejectiones [6] damno ſunt. Quibus ejuſmodi ſanguinis eruptiones [7] quarto die contingunt, tandem ſopore [8] & convulſione conflictati moriuntur, prægreſſis [9] nigris dejectionibus, & ventre in tumorem ſublato.*

1. Copioſè undecunque ſanguis fluxerit, ob tenuitatem, ardorem febrilem & particularem repletionem.

2. Sanguinis nempè nigri, ipſiuſque fecis ſanguinis vel melancholici humoris, quem Hippocrates plerumque eâ voce innuere conſuevit.

 3. Tum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

3. Tum ob ipſam excrementi pravitatem: tum quod *μεγάλην κάκωσιν* viſcerum ſignificat. Dejectiones ab atrâ ſincerâ bile per ſe etiam in criſi funeſtæ ſunt.

4. Quibus intincta lintea rubeſcunt, certiſſimum labefacti hepatis ſignum. Loturæ carnis ſunt ſimiles, quibus hepar obtorpuit; fæci ſplendenti, quibus exarſit.

5. Cujus origo vel à bile æruginoſa, vel à colliquatione per febrem.

6. Ex ratione jam data. Hepar graviter affici, & univerſum corpus reſolvi, oſtendunt.

7. Quo natura nondum certamen cum morbo init, ſed à vincente ante tempus provocatur. Ἀπύρετος idem & ſine paroxyſmo febris acutæ, cujus meliores ſunt paroxyſmi diebus imparibus, quam paribus. Alibi leges: Τεταρταίοισι αἱμοῤῥαγίαι δύσκριτοι· *Quartanæ hæmorrhagiæ difficilis judicii*. Fieri tamen poteſt ut ſanguinis fluxus quarto incipiat, quinto finiatur.

8. Coma ſimplex vix jungi convulſioni poteſt, ſiquidem illud ἐν λύσει, hæc in τάσει, conſiſtit: ſed mixtum, in quo tandem cernitur phrenitis, tremore & convulſione poteſt finiri. Vide Coacam 313.

9. De quibus ſuperius. Non tamen hoc omninò neceſſarium. Conſule Prorrhet. 127.

CCCXXXI. Μεθ' αἱμοῤῥοίας καὶ μελάνων διαχωρήσιας ἐν ὀξεῖ κώφωσις, κακόν. αἵματος διαχώρησις τούτοισιν ὀλέθριον. κώφωσις δὲ λύει.

CCCXXXI. *In præcipiti*[1] *malo quæ poſt ſanguinis*[2] *eruptiones, & nigrorum*[3] *per alvum*

alvum refuſiones, ſurditas [4] *obvenit, malum* [5] *denuntiat. In his ſanguinis* [6] *egeſtio perniciem* [7] *affert, ſurditas* [8] *autem* [9] *ſolvit.*

1. In morbo acuto.

2. Exiguæ nempe, copiâ & exeundi modo. Fiunt hæ, quando humores à natura non reguntur; vel ipſa diuturnâ oppreſſione fatiſcit.

3. Qualia ſunt διαχωρήματα μέλανα συνεφθώδεα, in quibus ſiccitas ingens & æſtus prægrandis, quo viſcera & inteſtina conflagrant.

4. Vel propter humorem in auditorio meatu impactum; vel propter exolutam τῆς ἀκουστικῆς facultatem, labefactatâ illâ cerebri parte, unde vis audiendi manat.

5. Propter cauſam in Coaca 190 datam.

6. Ab immoderatâ ſanguinis copiâ, aut corruptione aut hepatis imbecillitate, ut nec concoquere, nec diſtribuere poſſit.

7. Quod per ſe prava, cum aliis pernicioſis ſymptomatibus conjungatur. Quo plures partes & facultates ad vitam neceſſariæ læſæ ſunt, eò pernicioſius æger laborat.

8. Non inveterata, nec ab exſolutione facultatis audiendi, ſed à momentanea meatus auditorii oppilatione.

9. Per bilis ad caput recurſum. Sic in Heropyto leniebat dolorem iſchiadicum ſurditas, quæ dolore redeunte ceſſabat. Vide Prorrhet. 129.

CCCXXXII. Οἷσιν αἱμοῤῥαγίαι πλείους, περιϊόντος χρόνου κοιλίαι πονηρεύονται, ἢν μὴ οὖρον πέπον ἔλθῃ. ἆρά γε τὸ ὑδατῶδες οὖρον τοιοῦτόν τι σημαίνει;

CCCXXXII. *Quibus ſanguinis* [1] *e-*

ruptiones diu [2] *perſeverant, in iis temporis* [3] *progreſſu alvus* [4] *male afficitur, niſi urina concocta* [5] *prodierit. Ac fortaſſis tale aliquid* [6] *diluta urina denuntiat.*

1. Quacunque ex parte, & quocunque modo, ſive ſectâ venâ, ſive ſponte naturæ fiant.

2. Vel etiam affatim & cumulatè prodeunt, quamvis non diu durent.

3. Cum ægri refici cœperunt.

4. Et liquida ac cruda per ſolam abſentiam coctionis, quod ſpiritu cum ſanguine exhauſto calor langueat, tandem etiam per putrefactionem & contrariam coctioni diſpoſitionem, reddit, quia alimentum neque concoquitur neque diſtribuitur. Solent tamen aliquando poſt ſanguinis profuſiones alvi exſiccari: notaturque in Prorrhet. ἐξ αἱμοῤῥαγίας ἐπίσκληρος γαστήρ.

5. Quia quæ concocta & ſubſtantiâ & contentis, optimam humorum habitudinem, naturæ victoriam, partium coquentium robur, & caloris nativi copiam declarat.

6. Tanquam cruditatis proles: maximè ſi odoris ſit expers, quod ſummæ frigiditatis indicium. Superfluum verò videtur hujus præſagii membrum, niſi ex manuſcriptis exemplaribus in Prorrhet. legeretur, & à Galeno in Commentario ſubindicaretur.

CCCXXXIII. Οἷσιν ἐπὶ αἱμοῤῥαγίῃ λάβρα πυκνὴ μετὰ μελάνων συχνὴ διαχώρησις, ἐπιστάσης δὲ αἱμόῤῥοοι, ἤτοι κοιλίης ὀδυνώδεες, ἅμα δὲ ποσὶ φύσησιν εὔφοροι. ἆρα οἱ τοιοῦτοι ἐφιδροῦσι πολλοῖσι ψυχροῖσι; τὸ ἀνακτεταραγμένον οὖρον ἐν τούτοισιν οὐ πονηρόν,

οὐδὲ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

οὐδὲ τὸ ἐφιστάμενον γονοειδές. ἐπιπολὺ δὲ οὗτοι ὑδατώδεα οὐρέουσιν.

CCCXXXIII. *Quibus ex larga* [1] *& frequenti ſanguinis eruptione, copioſa fit nigrorum* [2] *dejectio, cum alvi vero ſuppreſſione ſanguinem* [3] *profundunt, iis alvus dolore* [4] *conflictatur, una autem cum quibuſdam flatibus tolerabilius ferunt. Ac forte hi copioſis, frigidis & tenuibus* [5] *ſudoribus diffluunt. In his returbata* [6] *urina mala non eſt, neque quod in ea inſidet* [7] *genitali ſemini ſimile. Ut plurimum autem hi* [8] *dilutas urinas reddunt.*

1. Galenus in Prorrheticis hunc aphoriſmum non interpretatur, quod ſymptomata ἐπεργῶν, & ex pugnantibus cauſis orta, contineat. Nam 1: Profuſio ſanguinis immoderata oritur interdum ab ipſius ſanguinis copiâ & acrimoniâ, & æſtu: interdum à venâ apertâ, ruptâ, exesâ; aliquando facultatis hepaticæ robur, quæ noxia excernit; aut reſolutionem, propter quam non amplius continet, indicat.

2. Nigrorum dejectio aliquando à ſanguine in inteſtinis denigrato, aliquando ab humore melancholico aut ab atrâ bile, fit. Primis duobus modis non ſemper inutilis eſt: tertio ſemper exitioſa. Afficit namque inteſtina ulcere immedicabili, inſignem calorem & malignitatem humorum teſtatur, cum reſolutione facultatum & mortificatione partium, ex qua manat.

3. Suppreſſâ nigrorum excretione, ſanguinis fluxio accidit eâdem ratione, quâ in hypercatharſi; na-

ſi; naturâ videlicet familiarem ſibi ſuccum amplius non continente, propter infirmitatem aut meſaraïcarum venarum ἀναστόμωσιν, ab acrimoniâ nigrorum quæ profunduntur.

4. Dolent his alvi à cruditate, quam caloris cum ſanguine effuſo diſſipati penuria invexit. Unde tormina, diſtenſio, inflatio, &c.

5. Diffluunt ſudoribus vel à copia in ſudantibus partibus: vel à facultatis contentricis, ex largâ & frequente evacuatione, reſolutione: vel ejuſdem per humoris nigri retentionem oppreſſione.

6. Urinæ fiunt ἀνατεταραγμέναι, ſeu *returbatæ*, vel propter calorem coctionem aggredientem, & craſſam ac denſam materiam agitantem: vel propter bilem, quæ perturbationem in venis concitat cum calore præter naturam & multo flatuoſo ſpiritu, quod malignis & peſtilentibus febribus contingit, à quibus gravitas corporis, dolor capitis, deliria, &c.

7. Geniture ſimilis eſt reſidentia, interdum colore ſolo à crudo ſucco, vel vitrea pituita in morbis longis: interdum & colore & ſubſtantia, alba & lacteſcens, à partium ſolidarum colliquatione.

8. Dilutæ urinæ cauſa eſt cruditas, & caloris imbecillitas. Duretus longè aliter explicat; quem vide. Habetur hic Aphoriſ. Prorrhet. 140.

CCCXXXIV. *Οἷσιν ἐκ ῥινῶν ἐπὶ κωφώσει καὶ νωθρώτητι μικρὰ ἀποστάζει, ἔχει τι δύσκολον. ἔμετος τούτοισι συμφέρει καὶ κοιλίης ταραχή.*

CCCXXXIV. [1] *Quibus cum* [2] *ſurditate &* [3] *torpore paucus* [4] *è naribus ſanguis*

guis ſtillat, nonnihil [5] *moleſtiæ exhibet, iis* [6] *vomitus & alvi perturbatio confert.*

1. Acutâ & ardente febre laborantibus.

2. Profecta aut à meatus auditorii obſtructione, aut à facultate audiendi reſoluta.

3. Qui à cerebri humiditate vel frigore, vel utroque, proficiſcitur. Reſoluto potius, quam ab humore frigido vel vaporoſo, oppreſſo.

4. Cum multus deberet, materia ſuperflua.

5. Imo nimis terret. Non poteſt ſcilicet natura excernere quod ſuperfluum eſt, ſeu quia infirma, ſeu quia à ſanguinis craſſitie, partium denſitate, vel utroque ſimul, impedita. Deterius eſt ſtillicidium quod in acutis, aut primis æſtatis vel autumni temporibus incidit. Cum enim in his flava bilis redundet, ambiens aër calidus ſit, & ita ſanguis fluxioni aptiſſimus; naturæ imbecillitatem ſubeſſe, cum non fluat, colligi debebit.

6. Viribus adhuc ſtantibus, non exhauſtâ ſed oppreſſâ naturâ. Nota 1. Stillicidia ſanguinis ſine febre mala non eſſe in levi capitis repletione. Sedant enim, imò tollunt, exiguos dolores. 2. Ut in tali caſu, vomitum vel purgationem præſcribi: ſic præſente plethora, venam ſecandam eſſe.

CCCXXXV. *Αἱ ἐν ἀρχῇσι μεγάλαι αἱμοῤῥαγίαι περὶ ἀνακομιδὴν κοιλίας καθυγραίνουσι.*

CCCXXXV. *Quæ magnæ ſunt in* [1] *principiis ſanguinis* [2] *eruptiones, dum ægri vires recolligunt, alvos* [3] *effundunt.*

Vide Aphor. 27, l. IV. 1. *In principiis* dicit, quia morborum acutorum principia metaptoſibus & orgaſmis ſunt crebra.

 2. Ma-

2. Magnæ ſanguinis eruptiones, pauperie ſpirituum & caloris nativi inducta, frigus & ſiccitatem inducunt.

3. Alvos effundunt ægri, dum vires recolligunt: quia, dum alimenta nec benè concoqui, nec in ſanguinem mutari, nec diſtribui poſſunt, multa cruda & liquida excrementa colligi neceſſe eſt. *Nota*: Non ſolum morborum initiis iſta contingere, ſed quandocunque, aut undecunque, largæ ſanguinis fluxiones fiunt.

CCCXXXVI. Τὰ ἐκ ῥινῶν λάβρα βίῃ ἀποληφθέντα, ἔστιν ὅτε σπασμὸν ἐπικαλεῖται, φλεβοτομίη λύει.

CCCXXXVI. *Largæ* [1] *ſanguinis ex naribus eruptiones per* [2] *vim ſuppreſſæ, interdum* [3] *convulſiones accerſunt, unde liberat* [4] *venæ ſectio.*

1. Quales accidere circa initia morborum acutorum, præterito Aphoriſmo diximus.

2. Adhibitâ fronti, cervici, capiti, nimiâ remediorum refrigerantium copiâ.

3. Copiâ, quæ, jam collecta in cerebro, introrſum repellitur, in partes nervoſas converſâ. Benè addit, *interdum*; quia aliquando in thoracem convertitur, unde repentina ſuffocatio.

4. Retrahendo fluxum concitatum, detrahendo conſiſtentem, inciſa humeraria brachii κατ᾽ ἶξιν partis convulſæ. Quæ ex humiditate convulſiones fiunt, vacuatione ſolvuntur. Vide Prorrhet. 145.

CCCXXXVII. Αἱ ἐνδεκαταῖαι στά-

ξιες,

ξιες, δύσηθλοι, ἄλλως τε κἢν δὶς ἐπιστάξῃ, καὶ ἢν ἐπιστάξῃ.

CCCXXXVII. *Sanguinis è naribus* [1] *ſtillationes quæ undecimo* [2] *die contingunt, moleſtiam* [3] *afferunt, tum vero præſertim, ſi bis* [4] *ſanguis ſtillarit, aut rurſus nares ſtillare cœperint.*

1. Parcæ & guttatim factæ.

2. Exactis tribus quaternariis à decurſu morbi, duobus ab ipſa προσθέσεως, qui finis eſt primarum periodorum, quibus hæmorrhagia ſignificatur, & excipitur, cum in febribus ardentibus, tum in inflammationibus viſcerum.

3. Symptomaticæ enim ſunt. Nec enim tantum ſanguinis effunditur, quantum peccat: nec tam citò, quam morbi acuti, & à materiâ nimis irritante exorti, exigunt. Ideò non tam capitis repleti, quam imbecillitatis naturæ, quæ quidem tentet noxium expellere, ſed non poſſit, indicium: idque magis ſi ſtillæ ſint craſſæ & nigræ, abſumto per incendium ſero, exuſtoque ſanguine, & quidem diebus criticis aut indicibus prodeant. Evidentius hoc patet, ſi bis & ter eandem expulſionem tentaverit. *Nota* tamen: Poſſe cœptam undecimo hæmorrhagiam, decimo ſeptimo perfici; quemadmodum, ſi quarto cœperit die, quinto, ut in Metone; vel ſeptimo, interdum abſolvitur.

4. Diebus nempe indicibus, ac poſtea diebus judicatoriis; quod fractum & irritum naturæ conatum ſignificat. Idque videtur eſſe Hippocratis ἐπίσταξις. Reliqua Coacæ verba videntur ex margine in textum irrepſiſſe. Prorrhetico 148 aliter hoc præſagium ſcribitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

CCCXXXVIII. Ἐπὶ αἵματος ῥύσει πολλῇ, ἢ λυγμὸς, ἢ σπασμὸς, κακόν.

CCCXXXVIII. *In copioſa* [1] *ſanguinis fluxione, aut* [2] *ſingultus, aut* [3] *convulſio,* [4] *malum denuntiant.*

1. Seu ea ſit ſpontanea, ſeu ab externa injuria. Inducitur aliquando à bilioſi ſanguinis ebullitione; aliquando in repletione particulari à naturæ viribus, unde ὑπέρκρισις· aliquando venæ vel arteriæ ſectione, vel eroſione.

2. Coarctatis ab inanitione ventriculi, propter exhauſtum ſucci alibilis & humidi primigenii, tunicis.

3. Interpolata nempe, quæ motus convulſivus dicitur, & ex morſu ab agente natura, & noxam ex inanitione pellente, provenit.

4. Tam propter doloris acerbitatem, quam propter ſucci alibilis partibus ſolidis exhauſtum; quibus facultatum ἔκλυσις ſuccedit. Vide Aphor. l. v, 3; & l. vii, 9.

CCCXXXIX. Τοῖσιν ἕως ἐτῶν ἑβδόμων δύναμιν μετ᾽ ἀχροίης, καὶ πνεῦμα ἀλιζόμενον ἐν τῇσιν ὁδοῖσι, καὶ γῆς ἐπιθυμίην, αἵματος φθορὴν καὶ ἔκλυσιν σημαίνει.

CCCXXXIX. *In his qui ad* [1] *ſeptimum progreſſi ſunt cum coloris* [2] *fœdatione inter ambulandum ſpiratio* [3] *coacervata, &* *terræ* [4] *appetentia, ſanguinis* [5] *corruptionem ac virium* [6] *exolutionem denuntiat.*

1. Pueris νέοις, ut in Prorrheticis habetur, ad ſeptennium tendentibus, quibus ſanguis tum ob

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

tenuitatem & humiditatem, tum ob errores in victu, facillime corrumpitur. Per vocem *δύναμιν* videtur de iis hoc intelligendum, qui ex alia aliqua cauſa, ſive ex prægreſſo morbo debiles, ut plurimi vel ob ventriculi *ἀτονίαν*, vel capitis dolorem, vel à morbo debilitati, decolorantur.

2. Quæ hic *ἄχροια*, alibi *χρῶμα πονηρὸν μὴ ἰκτηρώδεα τρόπον* dicitur, &diu perſeverare debet.

3. Denſa & concitata, illorum propria, qui delaſſati magno conatu ambulant.

4. Quæ ex eo procedit, quod ſanguis corruptus ſimilitudinem quandam cum terræ ſapore contraxerit. Vitioſo ſucco in toto abundante, qui continuò in alimentum corporis abſumitur, appetitus animalis illius præſentia deceptus, vitioſum, quia ſimilem ei, quem reparare intendit, appetit.

5. Talem qualem jam deſcripſimus.

6. Sanguinis imbecillitatem Marcianus vertit, quæ non ſolum in fluxibilitate quadam ob fibrarum penuriam; ſed & defectu ſpirituum, quorum ope ad inferiores & ſuperiores partes æqualiter diffunditur, conſiſtit. Fit ab eo ob fibrarum penuriam ſpiratio inter ambulandum denſa, quia ut ſanguis magis fibroſus robuſtiora animalia facit, ſic minus fibroſus debilia: fit & *ἄχροια*, quia ſpiritibus deſtitutus ad ſuperiores partes non deducitur. Nota, pallorem qui à ſanguinis imbecillitate oritur, ab eo qui à cacochymia pituitoſa, manus elevatione & aſpectu diſtingui. Decolor illa, ſi elevetur; ſi demittatur, colorem ſubito recipit. Sanguis detractus rubeus eſt & tenuis, ſi illa peccat; pituitoſus, ſi hæc.

CCCXL. *Ἐν τοῖσι μακροῖσι τὰ μικρὰ ἐπιφαινόμενα αἱμοῤῥοώδεα, ὀλέθρια.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

CCCXL. *Diuturnis* [1] *in morbis parvæ* [2] *apparentes ſanguinis ex naribus fluxiones, perniciem* [3] *oſtentant.*

1. Qui coctione & abſceſſu levari debent, & vel raros, vel leves, propter fruſtraneos ἐρεθισμοὺς ad criſin, inſultus habent.

2. Quæ iteratò apparent & fiunt, hæmorrhagiæ quidem cujuſdam ſpeciem præ ſe ferentes; reverà, nec copia, nec tempore, nec exeundi modo, tales, quales criſis fida poſtulat.

3. Tum ut ſignum, quia nullum paucum criticum; & oppreſſam nimium naturam oſtentant; tum ut cauſa, quia fruſtra tentato ſanguinis fluxu, major infirmitas ægrum excipit. Parium νέκρωσις alvi tandem ad interitum centeſimo & vigeſimo die morbi perduxit.

CCCXLI. Τὰ σκοτώδεα ἐξ ἀρχῆς αἱμοῤῥοίη ῥινὸς λύει.

CCCXLI. *Tenebricoſas* [1] *vertigines circa* [2] *initia ſanguinis ex naribus fluxio* [3] *ſolvit.*

1. Ex caliginoſorum vaporum, à fervidiore & ſpirituoſiore ſanguine in capite exortorum, abundantia profectus. Unde venæ inflantur, arteriæ vehementer pulſant, quarum motu leviter cohibito allevatio aliqua excipit.

2. Quæ in principio febrium apparent. Circa ſtatum vomitionem criticam portendunt; in ſanis, id eſt, ſine febre, apoplexiam, vel epilepſiam; per morbi principia, crudis adhuc urinis, obortæ, criſin cum periculo. Foëſius ad vertigines, quæ initio cientur ex plethora quadam particulari, aut

ex

ex ἀναδρομῇ ſanguinis ſymptomatica in febre acuta, & fumidis vaporibus ex impuro ſtomacho, aut inflammatis viſceribus exhalantibus, refert; quo niſi circa initia leventur, epilepſia, aut apoplexia, metuenda eſt.

3. Liberalis, nulla, vel inflammatione, vel malignitate, præſente, & antegreſſis coctionis ſignis. Vide Coacam 105.

CCCXLII. Τὰ ἐκ ῥινῶν σμικροῖς ἱδρῶσι περιψυχόμενα, κακοήθεα.

CCCXLII. *Ubi ſanguis ex naribus* *ffluxit, totius corporis perfrictio cum tenui*-*us ſudoribus morbi malignitatem denun*-*iat.*

Explicavimus hanc ſententiam Coaca 40.

CCCXLIII. Αἵματος ἀφαίρεσις ἐν καταψύξει νενωθρευμένῃ, κακόν.

CCCXLIII. *In corporis perfrictione* *um torporis* [1] *ſenſu, ſanguinis* [2] *detractio,* *ala* [3] *eſt.*

1. Κατάψυξις νενωθρευμένη illa eſt, quæ ſociam ibet τ ἔρριψιν, quando ad pedes ſubinde devolntur; caloriſque nativi extinctionem, & virium ſolutionem, ſequitur.

2. Sive ſponte, ſive artificio, facta.

3. Quia ſummam illam Naturæ imbecillitan auget. *Nota* 1: Poſſe mitti ſanguinem in rfrictione, quam vel inflammatio viſceris, cubitæ inſtar ſanguinem ad ſe trahens, vel prændis ardor, excitat; in qua δυσφορίαν ἀνέμε-, & difficultatem ſpirandi cum ſiti, animadvertere

vertere eſt. 2. Poſſe mitti & in fluxionibus, in quibus humores corporis figuntur & quaſi congelantur, ut in catalepſi; aut in quibus (ut Hippocrates, 4 de ratione victus in acutis, loquitur) διαφθαρέντος τοῦ αἵματος καὶ τῶν πνευμάτων οὐ δυναμένων ἐν αὐτῷ τὰς κατὰ φύσιν ὁδοὺς βαδίζειν, καταψύξιες ὑπὸ τῆς στάσεως, &c. ſed nonniſi præmiſsâ accuratâ præparatione.

CCCXLIV. Ὅσοι κοιλίης ἐπιστάσης αἱμοῤῥοέουσι, καὶ ἐπιῤῥιγοῦσιν ἅμα τῷ αἱμοῤῥοεῖν, τούτοισι κοιλίην λειεντερεώδεα ποιέει, καὶ ἐπίσκληρον καὶ ἀσκαρίδας, ἢ ἀμφότερα.

CCCXLIV. *Qui* [1] *ſuppreſſa* [2] *alvo ſanguinem ex naribus* [3] *fundunt, & una cum ſanguinis profluvio ſubinde* [4] *rigent, iis alvus inteſtinorum* [5] *lævitate laborat &* [6] *obdureſcit, aut tenues* [7] *lumbrici (aſcarides dicti) infeſtant, aut utrunque.*

1. Ex illis qui acuta febre ardenter febricitant.
2. Ita ut ſola ferè διαχωρήματα σπυραθώδη deſcendant.
3. Nimium & immodicum; qualis ſolet eſſe in febrium acutarum principiis ab orgaſino ſymptomatico. Proficiſcuntur enim iſtæ ab ichore bilioſo & acerrimo, quo ſanguis perfunditur.
4. Rigore ſymptomatico, qui cum debuiſſe præceſſiſſe hæmorrhagiam, ſequitur illam.
5. Propter τὴν στέρησιν τῆς πρώτης πέψεως, ſe *privationem primæ coctionis*, quam à prægrandi calore, hæmorrhagia & rigore, ſumma calor nativi paupertas invexit.
6. A flatulenti ſpiritus, ex repentina caloris v

ta

lis diſſipatione, perpetuâ generatione & ſup-
reſſione diſtentus.

7. Vermiculi qui in ano ſtabulantur.

CCCXLV. Τὰ τεταγμένοισι χρόνοι-
ν αἱμοῤῥοώδεα, διψώδεα, μὴ αἱμοῤῥαγή-
ντα, ἐπιληπτικῶς θνήσκει.

CCCXLV. *Qui ſtatis temporibus ſanguinem fundunt, ſi*[2] *ſiticuloſi ſint, ne-
ue ſanguinem*[3] *profuderint, comitiali*[4] *mor-
o pereunt.*

1. Quod fœminæ per lunæ periodos; mutili
r eaſdem; hæmorrhoïci autumno & vere; ju-
nes æſtate & vere faciunt.

2. Propter ἀναθυμιάσεις, quæ ex ſuppreſſione
ſedinem concipientis orificium ventriculi oc-
pant. Duretus hæc verba non habet. Galenus
im nullo modo ſuppreſſionis ſanguinis pro-
iam eſſe ſcribit. Sed nec in febribus etiam con-
uis, ardentes ſi excipias, ſemper tanta affligit.

3. Redeunte periodo. Unde, proritata natura,
r alia loca ſe ab oppreſſione liberare conatur.

4. Niſi denuò ſanguis fluere incipiat. Suppreſ-
enim in corpore evacuatio, multitudinem pa-
; quæ retenta, ſanguinem craſſiorem & melan-
olicum reddit, cujus ferè proprium, nervoſum
nus invadere. Ad ſuperiora moveri humorem,
s indicio. Epilepſiam infert, quando acrimo-
 perfuſus eſt. Apoplexiam, ſi magis corpulenta
ccat. Epilepſiam potius quam convulſionem
ram, tum ob partem affectam, quæ eſt totum
ut; tum ob materiæ copiam, quæ particula-
n convulſionem efficere non poteſt. Reperi-
r hæc ſententia & Prorrhet. 101.

CCCXLVI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

CCCXLVI. Ἐξ αἱμοῤῥοΐδος ὅσον ἐπι-
φανείσης σκοτώδεα ἐλθόντα, παραπληγικὸν
μικρὸν καὶ ἐπ' ὀλίγον σημαίνει. λύει φλεβοτο-
μίη. καὶ πᾶν τὸ οὕτως ἐπιφαινόμενον, κακόν τι
σημαίνει.

CCCXLVI. *Ex venis* [1] *in ano ſan-
guinem fundere ſolitis aliquantum* [2] *appa-
rentibus, tenebricoſæ* [3] *vertigines obortæ, par
vam ac ſenſim* [4] *factam partium reſolutio-
nem indicant, ex quo liberat* [5] *venæ ſectio
Et quicquid hujuſmodi apparere ſolet, mal
aliquid denuntiat.*

1. Seu externis, quæ à venæ cavæ ramo crural
veniunt; ſeu internis, quæ à ſplene oriuntur.

2. Ob plethoræ aut cacochymiæ ſeu lumbari
particularis ſeu alterius ſaburram, quâ natura ſ
per hæmorrhoïdes exonerare, cum nihil hujuſ
modi antea tentaverit, conabatur.

3. Propter turbulentum ſpiritus motum, ſeu
fumido vapore ab hæmorrhoïdibus ad caput eve
cto, ſeu ab ipſius materiæ portione eò tranſlata.

4. Quia materia peccans etiam in nervos de
cumbere ſolet.

5. Quæ plenitudinem, ſuperiores partes jar
infeſtantem, tollere ſolet. *Nota* 1: Per παραπλη
γικὸν, parvam aliquando brachii alterius, aut cruri
reſolutionem indicari: ἐπ' ὀλίγον verò, ſeu mod
cè quæ fit, ita ut citò deſinat, humoris in fluxu
nec dum in partibus nervoſis firmati, ſympton
eſſe. 2. Non ſemper ſanguinis ſuppreſſioni ve
tiginem, vertigini paraplegiam, ſupervenire. Plur
enim, ſuppreſſis hæmorrhoïdibus melancholic
præſertim ſi nigra excernunt, evadunt: multi i
convu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

convulſionem, corporis totius cacochymiam, hydropem, tabem, incidunt. Veriſimilius quippe, totum, quam partem, à melancholici humoris copiâ repleri : & probabilius, rejectum ab hepate in venam illam ſanguinem feculentum, ea præcluſa, in ſuam originem referri. 3. Uſitatam in hoc caſu recentioribus hæmorrhoïdum apertionem, per quas ſæpe natura ſanguinem melancholicum expurgat ; ſæpè ſanguis acris, recluſa quaſi ſibi porta, citra facultatis excernentis opus, profluit ; ex eoque fieri, ut qui per eas vacuatur, non ſemper nigreſcat. 4. Proſperi tamen effatum eſſe, ſemper ſectas ab Hippocrate, quotieſcunque partes ſuperiores afficerentur, ut in hoc caſu vertigo infeſtare ſupponitur, venas ſuperiores, nulla procatarcticæ cauſæ ratione habita ; ejuſque praxin ſequi tutius eſſe, quam conſuetudinem recentiorum, inani, ut ait, ratiocinatione inventam.

Titulus XV.

De Palpitatione, Tremore & Convulſione.

CCCXLVII. Οἱ παλμώδεες δι' ὅλου, ἆρα καὶ ἄφωνοι τελευτῶσι.

CCCXLVII. *Quos palpitationes* [1] *in totum occupant, num* [2] *voce defecti intereunt?*

1. Chordarum, quæ à muſculis exoriuntur tactu & oculis conſpicuæ, abſque membrorum contractione, quidam ſaltus, convulſionum anteam-

teambulones, & quidem δι' ὅλου τοῦ σώματος, quod accidit phrenitico, Epidem. 3, ſ. 3.

2. Seu ab humorum copia facultatem oppri mente, ſeu à vehementi ſpirituum animaliun perturbatione; quorum utrumque & in epile pſia contingere videtur. Quæſtionariè agit, qui etſi ſæpius id contingat, non contingit tamen ne ceſſario, cum ſæpe humor abeſſe, & palpitatio ab que ἀφωνία, ab acri vapore, nervorum principiun irritante, exoriri poſſet. Duretus παλμὸν de arte riarum micantium pulſu ægro moleſto, ac dolo rifico, vel ob arteriarum repletionem, vel ob an guſtiam ſpatii in quo ante libere meabat, vel o naturæ conatum, nitentis id quod noxium eſt ex pellere: ἀφωνίην vero à valida vocalium inſtru mentorum tenſione deducit. Hollerius, & Jaco tius, frigiditatis quoque, quæ immobilitatis cauſ mentionem faciunt. Vide Prorrhet. 30.

CCCXLVIII. Τὰ τρομώδεα σπα σμώδεα γινόμενα ἐφιδροῦσι, φιλυπόστροφα τούτοισι κρίσις ἐπιῤῥιγώσασιν. ἐπιῤῥιγοῦ δ' οὗτοι ἐπὶ κοιλίην καύματι προσκληθέντι ὕπνος πολὺς ἐν τούτοισι σπασμῶδες, καὶ τ ἐς μέτωπον βαρέα, καὶ οὔρησις δυσκολαίνουσα.

CCCXLVIII. *Ex* [1] *tremoribus qu convulſiones* [2] *fiunt cum* [3] *ſudoribus, recid vas* [4] *minantur. In his judicationem fac novus* [5] *ſubinde obortus rigor. Sed is pri ardore* [6] *circa ventrem exorto provocatu Somnus in his* [7] *multus convulſionem* [8] *m natur, & frontis* [9] *gravitates, ac mict* [10] *moleſta eſt.*

1. M

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

1. Motibus illis, qui ſupra palpitationum vocabulo veniebant, ita auctis, ut toto corpore omnibuſque artubus contremiſcant ægri.

2. Κινήσεις ἀπροαίρετοι τῶν προαιρετικῶς κινουμένων, involuntarius partium illarum, quæ nonniſi voluntariè moventur, motus, quod à copia humoris repletione laboret.

3. Quos copioſa materia fundit.

4. Non tamen neceſſariò, ideo φιλυπόστροφα dixit, quia, ſi tota materia ſuperveniente rigore diſcutiatur & evacuetur, perfecta criſis ſequitur.

5. Convulſione in concuſſionem mutata, quod materia ab intra foras prorepat.

6. Ardore circa ventrem exorto, materia fuſa, & ad motum concitata, rigorem excitat. Ventris ardor, rigoris qui à convulſione, prænuntius. Unde fit, inquit Duretus, ut prorepente ichore bilioſo è vaſis ad partes acerrimi ſenſus, forti naturæ contentione & motu concutiantur ad excluſionem rei moleſtæ.

7. Quem humor in cerebrum delatus, ibique accumulatus, inducit.

8. Dum eadem materia, quæ cerebri ſinus replendo ſoporem facit, acrimonia per diuturnitatem temporis & ardorem febrilem contracta, ſpiritus animales vellicando, ad convulſionem proritat.

9. Non tantum poſterioribus capitis partibus, ſed & prioribus à causâ fixâ & difficulter fugaci oppletis.

10. Seu quod ob cerebri alienationem intercipitur, ſeu quod ob materiæ à capite ad veſicam defluxum acrior redditur, ut δυσουρία vel στραγγουρία conſequatur. Vide Prorrhet. 105; & Jacotium, qui aliter de hac ſententia ſentit.

CCCXLIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

CCCXLIX. Οἱ ἐν ὑστερικῇσιν ἄπειροι σπασμοὶ, εὐχερέες.

CCCXLIX. *In uteri ſtrangulatu non antea expertæ convulſiones, faciles ſunt.*

Non eſt ſine ratione dictum, convulſiones in uteri ſtrangulatu faciles eſſe. Nam præterquam quod totum periculum à convulſionis causâ oritur, in hyſtericis vaporem cauſam habet nervorum principium laceſſentem: qui etſi ex maligno feratur ſucco, non tamen tam multum metuendus, tum quia uterus expurgationi plethoricæ & cacochymicæ deſtinatus eſt; & hinc eis aſſuetus; tum quia fugax, & proritando potius, quam exhauriendo, moleſta cauſa; tum quia facilè reſolvitur. Videtur autem pro ἄπειρο, ex Prorrhet. 119 legi debere, ἀπύρως, *ſine febre*. Nam ſi hæc adeſſet, uteri inflammati excitaret ſuſpicionem. Poteſt etiam per τὸ εὐχερὲς propenſio quædam mulierum hyſtericarum ad convulſiones ſignificari.

CCCL. Τὰ σπασμώδεα ἀνιδρῶντι πτύελα παραῤῥέοντα πυρετώδεα ἐόντι, εὐήθεα. τούτοισι ἐπεὶ κοιλίη τι καθυγραίνονται. τάχα δέ τι καὶ ἐς ἄρθρα ἀποστήσονται.

CCCL. *Cum [1] convulſionibus & ſudore febrienti defluentia ſputa, minime [2] mala ſunt. His præterea alvi aliquantulum [3] madeſcunt, ac fortaſſis aliquid ad articulos [4] abſceſſurum ſperandum eſt.*

1. Galenus τὰ σπασμώδεα ab hac Coaca rejicit: videnturque Foëſio τὰ πτύελα σπασμώδεα ab Hip

ab Hippocratis Oeconomia aliena : ne dicam, apparere eidem hoc ex Prorrhetico 121 tranſlatum. Retineri tamen lectio poteſt, & per ἀπὸ σπασμώδεα πτύελα intelligi ſputa quæ urgente convulſione ab ægrotantis ore defluunt.

2. Minimè ſunt mala, non tam quod convulſionem non ab humorum pravitate, ſed copiâ, quæ à febrili calore plerumque diſſipari poteſt, artiſque beneficio non difficulter tollitur, oriri arguunt : ſed quod iſtos ſponte ad inferiora tendere, unde convulſionis ſolutio, ſignificant.

3. Si materiam per œſophagum in ventriculum deſcendere ita contingat, ut in eo natet.

4. Si eò materia convertatur. *Nota* verò: Proſperum pro ἀνιδρῶτι, vel ἐνιδρῶτι, legere ἀνιδρωτὶ· nec ſine ratione id additum. Nam ſi ob humoris copiam ſudores cierentur, non tantum non eſſent εὐήθεα, ſed etiam caloris σβέσιν, aut animalis facultatis oppreſſione, perniciem minarentur. Tota ſententia videtur ex Prorrhetico 122 tracta. Jacotius hic ſignificari putat, in febribus cum ſudoribus (ἐν ἱδρῶτι legit) non judicatoriis, ſputa præter modum, ſive ſæpe & multum fluentia, ab immoderata copia humorum in cerebro aut ventriculo provenire ; aut à virtutis imbecillitate, quæ tum propriam ac familiarem, tum excrementitiam humiditatem effluere ſinit. Εὐήθεα iſta dici, quaſi εὔτροπα, *boni moris*, quod nullum ex his tale periculum ſignificetur, quale ſi è ferina deſtillatione, aut pulmonis corruptela, aut thoracis vitio cum tuſſi prodirent, quæ πτύσματα potius quàm πτύελα dicenda ſunt. Tenues ichores per ſudorem diſcuti, craſſiorem partem deorſum ferri, & aut in alvum deponi, aut in articulos abſcedere,

CCCLI. *Οἷσιν ἐν σπασμώδεσιν ὀφθαλμοὶ ἐκλαμπρύνουσιν ἀτενέες, οὔτε παρ' ἑωυτοῖσίν εἰσι, διανοσέουσί τε μακροτέρως.*

CCCLI. *Quibus in* [1] *convulſionibus oculi interne* [2] *ſplendent, iis mens* [3] *non conſtat, & diutius* [4] *morbum trahunt.*

1. Sive illæ primariæ ſint, ſive ſymptomata alterius morbi.

2. *Intentè*, ita-ut, quocunque conjiciuntur, fixi, convulſis æqualiter muſculis qui palpebras movent, ob cauſæ, quæ craſſior, firmitudinem, maneant, & ad naturam catochi hoc ſymptoma quamproximè accedat: (*ὀμμάτων θράσος παρακρουστικὸν*, Epid. l. 6, ſ. 1.) *ſplendent*, ob animalis ſpiritus fervorem.

3. Quòd, nullâ causâ extrinſecâ accedente (id iratis aliquando contingit), intemperies calida cerebrum exagitet.

4. Utpote à cauſa craſſiore profecta. Sumpta hæc ſententia ex Prorrhetico 124.

CCCLII. *Τὰ σπασμώδεα τρόπον παροξυνόμενα κατόχως, τὰ παρ' οὖς ἐπαίρει.*

CCCLII. *Quæ convulſionis* [1] *in morem affligunt, cum* [2] *alto ſtupore, quem catochum vocant, tubercula* [3] *ad aures attollunt.*

1. Id eſt, convulſivo motu moventur, irritatis ad involuntarium contractionis & extenſionis motum nervis, ab humore calido tenui & acri.

2. In quo quidem corpus rigidum, & ferè immobile, redditur, nunquam tamen motu & ſen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

ſu deſtitutum, idque propter ſpirituum fixionem, ab humore frigido & craſſo ita procuratam, ut aliquando eandem opiata producere ſolent.

3. Quæ ab hujuſmodi humorum miſcella ortum habere, notatum eſt.

CCCLIII. Τρομώδεσιν, ἀσώδεσι, μικρὰ τὰ παρ' οὖς ἐπάρματα σπασμὸν σημαίνει κοιλίης πονηρευομένης.

CCCLIII. *In*[1] *tremulis & anxietate*[2] *vexatis, parvi*[3] *ad aures tumores excitati, convulſionem*[4] *denuntiant, ſi*[5] *alvus male affecta ſit.*

1. Propter materiam morbificam tenuem & humidam, quæ naturam ita aggravat; ut ſuccumbat, nervoſque laxat & imbecilles reddit.

2. Ab acri humore, ſeu is ab ore ventriculi commorſo, ſive à toto corpore oppreſſo, oriatur, proveniente, cujus duplicis materiæ argumentum l. 1 Epidem. ſ. 2 habemus.

3. Tumores ad aures excitantur, materiâ miſcellâ eò delatâ; parvi, quia non tota excutitur: unde eorum recurſus expectari debet.

4. Humores enim, dum à loco ad locum moventur, acriores fiunt, ut pro tremore eam inducere poſſint.

5. Modò nimis adſtricta, modo nimis laxa, niſi alia adſint peculiaris affectionis indicia. Nam in affectibus partium ſuperiorum nihil pejus ferè concurrere poteſt, quam inferioris ventris mala diſpoſitio: cujus gratia parti affectæ materia ſubminiſtratur, quæ morbum fovet & geminat. Videtur ex Prorrhet. 62 hæc ſententia expreſſa.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

CCCLIV. Τὰ σπασμώδεα καὶ τετανώδεα πυρετὸς ἐπιγενόμενος λύει.

CCCLIV. *Convulſiones* [1] *& nervorum diſtentiones ſuccedens* [2] *febris ſolvit.*

1. Firmæ & cum diſtentione, in qua contracti ſervantur muſculi ab infarcto humore in ipſorum villis & nervis.

2. Quia febris humidum ſuperfluum attenuando, reſolvendo, & excretiones promovendo, diſcutit, frigidamque & humidam intemperiem ad æquabilitatem reducit. Vide l. 4, Aphoriſm. 74. In Epiſtola ad Demetrium Regem his verbis exprimitur: ὑπὸ σπασμῶν πυρετὸς ἐπιγενόμενος ἵστησι τὸ νόσημα.

CCCLV. Σπασμὸς ἐπὶ τρώματι, θανάσιμον.

CCCLV. *Ex vulnere convulſio, letalis.*

Vide Aphoriſm. l. v. 2.

CCCLVI. Σπασμὸς ἐπὶ πυρετῷ γενόμενος, ὀλέθριον. ἥκιστα δὲ παιδίοισιν.

CCCLVI. *Convulſio febri* [1] *ſuccedens, periculum* [2] *denuntiat, minimum* [3] *vero pueris.*

1. Febrem ardentem intellige, à qua, tanquam ab igne, nervi ſiccantur & tenduntur.

2. Non tantum ob nimium humiditatis in nervis exhauſtum & abſumtionem; ſed & quod in eodem affectu ſæpe ipſa viſcera graviter crucientur,

cientur, arefactis ambientibus membranis, vi ſiccitatis & inflammationis vehementia.

3. Illis nempe qui recens editi, vel ſeptimum annum nondum exceſſere, non quod à vehementi illa reſiccatione letalis non ſit, ſed quod, antequam eo, propter humidi copiam quâ reſiſtunt, perveniant, moriantur. *Nota* vero 1: Pueros quidem recens natos, lacte copioſiore & craſſiore veſcentes, & ante ſeptimum annum, obnoxios maximè convulſioni, inprimis ſi craſſiſſimi & alvos duras habent, ut III Aphor. 25 ſcriptum; minus tamen periclitari, quod ipſis οἰκείη τῆς φύσιος καὶ τῆς ἡλικίης ἡ νοῦσος ſit; tum quia calore inſito valent. 2. Convulſiones quæ febrem acutam vel diuturnam excipiunt, non ſemper ex ſiccitate & cum inanitione eſſe, ſed interdum à materiæ pituitoſæ liquatione, vel bilis mordentis ἐρεθισμῷ oriri. Hæc ſemper repentè, illa ſæpe ſenſim, inducuntur.

CCCLVII. *Οἱ πρεσβύτεροι ἑπτὰ ἐτέων ἐν πυρετῷ οὐχ ἁλίσκονται ὑπὸ σπασμοῦ, εἰ δὲ μὴ, ὀλέθριον.*

CCCLVII. *Adultiores & qui ſeptimum annum* [1] *exceſſerunt, convulſione in febre non* [2] *prehenduntur, alioqui periculum* [3] *denuntiatur.*

1. Quo tempore infantia finitur, calor nativus ἐκλάμπει, & nervi ſunt ſicciores, firmiores.

2. Tam facile nempe, quod in eos nec febres ardentes, nec inflammationes thoracis aut hypochondriorum, cadant. Nervos habent ſucci plenos, qui difficulter à febrili ardore abſumi poteſt.

3. Quod vi febris & per ejus incrementa ſuperveníat, peſſimaque ſymptomata comitentur. Quo ſunt δυσαλωτότεροι, eo quoque ſunt ἀνιατώτεροι καὶ ἀνελπιστότεροι. *Nota* verò 1: In quorundam febrium principiis & imminente criſi, convulſiones interdum innoxias, cujus in Pythione, cui ſeptimo die os diſtortum, exemplum, tum quod per eas natura agente ſucci morbifici deorſum excutiantur; tum quod ſint breves. 2. Letalem tum demum per febrem in grandioribus convulſionem, cum vel à nimiâ nervorum ſiccitate, vel ab humorum in caput tranſlatione ortum habet, & cum aliis pernicioſis ſignis conjungitur.

CCCLVIII. Σπασμοῦ λυτικὸν πυρετὸς ἐπιγενόμενος ὀξὺς, μὴ πρότερον γεγονώς. εἰ δὲ εἴη πρότερον γεγονὼς, παροξυνθείς. ὠφελέει δὲ καὶ οὖρα διέξοδος ὑαλοειδὴς πολλὴ, καὶ ῥύσις κοιλίης, καὶ ὕπνοι. τῶν δὲ ἐξαπίνης σπασμῶν λυτικὸν, πυρετὸς, κοιλίης ῥύσις.

CCCLVIII. *Convulſionem* 1 *ſolvit febris ſuccedens* 2 *acuta, quæ prius non aderat, aut ſi prius* 3 *adfuit,* 4 *ingraveſcens. Confert autem & urinæ* 5 *vitreæ copioſus pertranſitus, & alvi* 6 *fluxio, &* 7 *ſomnus. Convulſiones autem de repente* 8 *ortas febris* 9 *ſolvit ac alvi fluxus.*

1. A nervorum per humorem frigidum & glutinoſum diſtentione profectam.

2. Ita tamen acuta, ut vires non exſolvat.

3. Ita nempe exigua, ut convulſionis materiam movere, non etiam diſcutere, potuerit.

4. Cele-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

4. Celeritate, vehementia, & continuitate, propter bilis, quam συντονία cum vacuitate bilis genuit, ferociam.

5. Οὖρον ὑαλοειδὲς, ſeu ὑαλῶδες, eſt urina, quæ multam pituitam vitream, aut potius albumineam, craſſam, frigidam & glutinoſam, ſeu veluti grandines, & ſimile quid genituræ, continet, & in Epidemiis οὔρησις γονοειδὴς vocatur, & ſæpenumero iis, quibus calculus in veſica, aut quos graviſſimi dolores nephritici cruciant, accidit. Confert, quia materiam morbificam, quaſi criticè, ut in Perintho contigiſſe Hippocrates, Epidem. VI, notat, tollit.

6. Qua pituitoſa dejiciuntur cum ægri allevatione.

7. Qui quidem initio refrigerat, idque in viis potius per quas ſpiritus influunt, quam interiore ſede: ſed ubi ſpiritus ſeſe collegere, non modò concoquitur in cerebro materia morbifica, ſed diſſipatur etiam; & ſi quid malitiæ contraxit, emendatur & temperatur.

8. Quæ à proprio principio, ſine causâ manifeſtâ, evadunt, à materia nempe tenuiore & frigida.

9. Quia ſi tenuis, à febre melius diſſipatur; ſi acris, per diarrhœam expurgabitur. Quatuor ergo ſunt modi quibus convulſiones ſolvuntur: febris acuta quæ prius non aderat, aut, ſi adfuit, exacerbata; urinæ copia cum ſedimento ὑαλοειδεῖ· alvi fluor, & ſomni placidi.

CCCLIX. Ἐν τοῖσι σπασμοῖσιν ἀναυδίη ἐπὶ πολὺ, κακόν. τὸ δὲ ἐπὶ μικρὸν, ἤτοι γλώσσης ἀποπληξίην, ἢ βραχίονος, καὶ τῶν ἐπὶ δεξιὰ σημαίνει. λύεται δὲ οὔροισιν ἐξαπίνης ἐλθοῦσιν, πολλοῖσιν, ἀθρόοισιν.

CCCLIX. *Loquendi* [1] *impotentia in* [2] *convulſionibus multum perſeverans,* [3] *malo eſt. Quæ vero parum durat,* [4] *aut linguæ ſiderationem, aut brachii, aut eorum quæ in dextra* [5] *parte ſunt, denuntiat. Solvitur* [6] *autem magna urinarum confertim & derepente prodeuntium* [7] *abundantia.*

1. Quam humor aliquis nervorum cavitates occupare incipiens, intercepto ſpirituum animalium decurſu, excitavit. Ἀναυδίην loquendi potius eſt impotentia, quam vocis privatio. Conſuevit hæc eſſe reſolutionis præludium, quod ei plures nervorum propagines inſerviant: unde vix fieri poteſt, ut læſio aliqua nervos aut eorum principia contingat, quin prius in lingua & reliquis vocalibus inſtrumentis ſigna appareant.

2. Quæ in paralyſin abeunt. Materia morbifica, quæ laceſſendo nervorum irritat facultatem, ulterius progreſſa, nervorum ſubſtantiam penetrat, factaque in eorum poroſitatibus obſtructione, tranſitum ſpiritui animali ita intercipit, ut inde ſenſus & motus tollatur.

3. Quia ſi diu durat, metuenda eſt totius corporis reſolutio.

4. Momentanea ſeu parum durans, minorem peccantis ſucci copiam innuit, & quæ facile imperio naturæ ſubjiciatur. Ἀποπληξίην reſolutionem Hippocrati & partis cujuſdam paralyſin per abuſionem ſignificare non eſt admodum inſolens.

5. Quam communiter paralyſin invadere ſolere experientia teſtis eſt.

6. Εὐκρίτως καὶ ἐπισήμως.

7. Urinarum ſolenne ſymptomata catarrhoïca ſol-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

ca ſolvere, & quidem αὐτομάτως καὶ ἐξαίφνης, & in copia prodeuntium: quia nihil paucum eſt criticum. *Nota* verò: Cum σπασμῶν nomine Epilepſiam non raro intelligat Hippocrates, quod totius corporis quædam ſit convulſio, ut Galen. in Epid. VI ſcribit, poſſe hoc præſagium & de morbo Comitiali intelligi: qui & præcipuas partes infeſtat, & quarundam impotentiam & ſiderationem adfert. Hinc ipſe Hippocrates in ejus ſolutione ἰσχίων ὀδύνην, ὀφθαλμῶν διαστροφὰς, & τύφλωσιν, ponit. 2. Duretum de convulſione, quam nervorum tenſio aut inflammatio excitat, ſumere: ἀναυδίην vero diſtentis vel inflammatis nervis ſeptimæ conjugationis in cerebro, unaque muſculorum quos lingua habet novem, ob firmiter fixam contractionem adſcribere, &c.

CCCLX. Ἱδρῶτες δὲ, οἱ μὲν κατὰ μικρὸν, ὠφελέουσιν. οἱ δὲ ἀθρόα, καὶ αἱ τῶν αἱμάτων ἀφαιρέσιες αἱ ἀθρόοι, βλάπτουσιν.

CCCLX. *Sudores* [1] *autem partim quidem ſenſim* [2] *procedentes* [3] *juvant. partim vero univerſim* [4] *effuſi, & quæ affatim* [5] *fiunt ſanguinis detractiones,* [6] *nocent.*

1. Acutis ſupervenientes.

2. Quod materia morbifica, non ita naturam irritare apta, copia vel craſſitie ſua eandem ut in opere coctionis, ſic & excretionis, ita remoretur, ut univerſæ facultati impar, concoctam paulatim, paulatim & per vices excernere cogatur.

3. Tametſi febrem perfectè non judicent: qualia, ſi modò morbum aliquantò remittant, in bonis ab Hippocrate numerantur.

4. Propter copiam una vice prodeuntem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

5. Artificioſa nempe: quanquam & de ſpontè factis hoc verum eſt.

6. Sudores univerſim effuſi nocent, quoties febrem non ſolvunt, quia vires celeriter proſternunt: ſanguinis ἀφαιρέσιες, quia ſyncopas, ac denique mortem, accelerant. Quin etiam, quod toto genere præter naturam eſt, ſi affatim deturbetur, periculum adfert. ἐλέγχει γὰρ τὴν φύσιν τὸ ἀθρόον, ut ſcribit Areteus.

CCCLXI. Ἐν τοῖσι τετάνοισι καὶ ἐπισθοτόνοισι γένυες λυόμεναι, θανάσιμον. θανάσιμον δὲ καὶ ἱδρεῦν ἐν ὀπισθοτόνῳ, καὶ τὸ σῶμα διαλύεσθαι, καὶ ἀνεμεῖν ὀπισθοτόνῳ διὰ ῥινῶν, ἢ ἐξ ἀρχῆς ἄφωνον ἐόντα βοᾶν, ἢ φλυηρεῖν. ἐς γὰρ τὴν ὑστεραίην θάνατον σημαίνει.

CCCLXI. *In nervorum [1] diſtentionibus & iis quæ in poſteriorem [2] partem fiunt, diſſolutæ [3] maxillæ mortem [4] afferunt. Quinetiam letale eſt in poſteriorum partium diſtentione [5] ſudare & [6] corpus diſſolvi, ac in eodem malo per nares [7] removere, aut ubi per initia vox [8] defecta fuit, clamare [9] aut nugari. Poſtridie enim affuturam [10] mortem ſignificat.*

1. In tetano, cum convulſis ad principium ſuum utriſque muſculis & nervis, tum inclinantibus & erigentibus, tum flectentibus & tendentibus, partes æqualiter tenduntur, ut cervix in nullam partem flecti poſſit.

2. Quando ſcapulis caput annectitur à convulſione tendentium.

3. Τὴν κάτω γένυν intellige, quæ ſola λύσει, quamvis ægrè, obnoxia eſt. Superior ἀτρεμέει. συνήρτηται γὰρ τῇ κεφαλῇ, καὶ οὐ διήρθρωται. *Innectitur capiti, ſed non inſinuatur ut articulus.*

4. Quia nervorum principium afficitur. Trahitur caput facillimè in conſenſum, ob nervos quos à tertia inprimis conjugatione habet. Dolore & inflammatione accedentibus, febres acutæ, phrenitides, & alia, excitantur. Tetanus ipſe morbus peracutus eſt, & intra quatuor dies necat.

5. Ab oppreſſione, dolore, & violenta expreſſione.

6. Concidentibus viribus, & calore ac ſpiritu præ dolore & affectus vehementia diſſipatis.

7. Propter œſophagi à convulſionis magnitudine anguſtiam, & reſpirationis neceſſitatem, obſtructo tum œſophagi, tum aſperæ arteriæ, ſuperiore meatu.

8. Convulſis intercoſtalibus muſculis, qui exſufflationem faciunt; aut nervo recurrente refrigerato; aut impedita muſculorum laryngis facultate.

9. Vel propter refluxum materiæ, ejuſque agitationem; vel propter dolorem.

10. Calore aut per oppreſſionem ſuffocato, aut per dolorem reſoluto, cum interceptione uſus reſpirationis.

CCCLXII. Πυρετώδεα ὀπισθοτονώδεα, γονοειδέες οὐρήσιες λύουσι.

CCCLXII. *Febres*[1] *cum poſteriorum partium*[2] *diſtentione, urinæ*[3] *genitale ſemen referentes*[4] *ſolvunt.*

1. Lenta potius, quam acuta.

2. Quam pituita craſſa & lenta induxit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

3. Γονοειδέας οὐρήσεις Erotianus vertit, *Urinas candidiores & craſſiores.* Continent aliquid genitali ſemini non abſimile; pituitam nempe multam, vitream, albam, glutinoſam, lentam & frigidam. Sic in Philiſco, febre acuta & letali correpto, οὖρα ποικίλα ἔχοντα ἐναιωρήματα στρογγύλα γονοειδέα, & διεσπαρμένα, notantur.

4. Humore per calorem febrilem attenuato, & ad renes uſque atque ureteres converſo. Sic in Perintho in morbo pituitoſo οὖρον γονοειδὲς, κριτικόν.

TITULUS XVI.

De Angina.

CCCLXIII. ΤΑ`Ι κυναγχικὰ τὰ μήτε ἐν τῷ τραχήλῳ, μήτε ἐν τῇ φάρυγγι, μηδὲν ἔνδηλον ποιέοντα, πνιγμὸν δὲ νεανικὸν καὶ δύσπνοιαν παρέχοντα, αὐθημέρους καὶ τριταίους κτείνει.

CCCLXIII. *Anginæ* [1] *in quibus neque in collo, neque in faucibus, quicquam* [2] *apparet, ſed quæ vehementem ſuffocationem ac ſpirandi* [3] *difficultatem adferunt, eodem* [4] *aut tertio die necant.*

1. Omnes gutturis affectus, quorum comes aſſidua difficilis ſpiratio, & anguſtiæ in ſummis gulæ & faucium partibus ſenſus.

2. Quæ ſecum, nec faucium, nec cervicis, nec ſterni ruborem aut tumorem, initio intellige morbi, conjunctum habent.

3. Quod ob tenuiſſimam acerrimamque fluxionem, quæ ſuperatis latioribus faucium venis, in muſculorum interiorum laryngis venulas ſeſe inſinuavit, muſculi laryngis, ſeu proprii duodecim, ſeu communes octo, qui neque ſub aſpectum cadunt, neque tactu noſcuntur, phlegmonem incurrant. Unde præcluſis gutturis partibus, per quas ſpiritus meat, difficultas ſpirandi tanta, ut ægri recta cervice ſpiritum trahere neceſſe habeant, & vehemens ſuffocatio. Accedit & *dolor acerbiſſimus*, tam propter materiæ acrimoniam, & ſubitam defluxionem; quam propter exquiſitum loci affecti ſenſum, & intemperiem calidiſſimam, quæ cum tenſione muſculorum, pulſatione arteriarum, & ſpinalis medullæ ac circumpoſitorum corporum preſſu, conjungitur.

4. Febris & phlegmonis ratio quarto criſis incidere ſolet. Æger, cui infirmæ vires & pectus anguſtius, in ſtatu peſtilente, doloris acerbitate, ſuperveniente ſtrangulatu, intra XVIII aliquando horas perit; niſi in peripneumoniam, quæ ſeptimo die interficere ſolet, mutetur.

CCCLXIV. Τὰ δὲ ἐπάρματα καὶ ἔρευθος ἐν τῷ τραχήλῳ λαμβάνοντα, τὰ μὲν λοιπὰ παραπλήσια, χρονιώτερα δέ.

CCCLXIV. *Quæ* [1] *vero* [2] *tumorem* [3] *ac ruborem in collo capiunt, in reliquis* [4] *quidem eodem modo ſe habent, verum diuturniores* [5] *ſunt.*

1. Secundum hoc anginæ genus.

2. Viſui expoſitum, à rheumate paulò craſſiore in faucium venis impacto & conſiſtente.

3. Quem phlegmone, à ſanguinis rheumate conſiſtente, excitat. Qualis humor, talis & in parte ob-

te obſeſſa color. Ideò non rarò nomen ἐρυθήματος ἀντὶ τοῦ ἐπάρματος ἐρυθροῦ uſurpetur.

4. Periculoſæ etiam ſunt, propter doloris acerbitatem, perennem catarrhi è capite affluxum, & laryngis oppreſſionem, quam deglutiendi vis infert. Galenus τὰ μὲν λοιπὰ παραπλήσια, exponit τὰ μὲν ἄλλα παραπλησίως πόνον παρέχουσιν, καὶ ὀλέθρια κάρτα.

5. Nec enim vel tam vehementi phlegmone urgentur, ut aëris ingreſſum, egreſſum fuliginum intercipiat; vel tam magna ſpirandi difficultate, ut erecta cervice ſpirare neceſſe habeant, quod muſculi laryngis per conſenſum potius laborent. Evadunt plerique, quibus rubor magnus, & tumor ad exteriores partes magis inclinat. Indicio enim hæc materiam craſſiorem eſſe, foras proſilire, ibique facilius & evocari & digeri, & convenientibus remediis in os expurgari poſſe.

CCCLXV. Ὅσοισι δὲ συνεξερευθείη ἥ τε φάρυγξ, καὶ ὁ αὐχὴν, καὶ τὸ στῆθος, χρονιώτερα καὶ μάλιστα ἐξ αὐτῶν σώζονται, ἢν μὴ παλινδρομέῃ τὰ ἐρυθήματα· ἢν δὲ ἀφανίζηται μήτε φύματος συστραφέντος ἔξω, μήτε πύου ἀναχρεμπτομένου ῥηϊδίως καὶ ἀπόνως, ἐν ἡμέρῃσι κρισίμῃσιν, ὀλέθρια γίνεται. ἆρά γε ἔμπυοι γίνονται; ἀσφαλέστατον δὲ τὸ ἔρευθος καὶ τὰς ἀποστάσιας ὅτι μάλιστα ἔξω τρέπεσθαι.

CCCLXV. *Præcipue autem malum* [1] *prorogatur quibus non ſolum* [2] *fauces, ſed* [3] *cervicem quoque, &* [4] *pectus una,* [5] *rubor occupat. Maxime vero poteſt inde ſecunda* [6] *valetudo contingere, ſi rubores ad in-*

ternæ

terna [7] minimè revertantur. Quod ſi [8] evaneſcant, neque in exteriores partes converſum [9] ſit tuberculum, neque pus facile & ſine dolore excreetur, aut neque iſta diebus judicatoriis contingant, perniciem [10] denuntiant. Ac fortaſſe etiam [11] ſuppurati fiunt. Securitatis autem indicium eſt ruborem & abſceſſus ad externas [12] quammaxime partes vergere.

1. Ob abſentiam ſymptomatum, quæ in præcedentibus mortem accelerant. Fluxio hic non ita exquiſita; non tantus in deglutiendo labor; nullus ferè in reſpirando; nec is dolor qui cito vires exſolvat. Quod partes laxiores, quales ſunt externæ & adenoſæ, fluxionem excipiant. Ipſa tumoris materia manſueſcit pepaſmo, & expurgatur, modo per ἐπιχύεσιν non exoriatur cervicis & ſterni eryſipelas, ut in Cynanchica illa Bytonis.

2. Spatium illud, quod ſitum eſt ante guttur & gulam. Solent primum excepto rheumate intumeſcere & rubere.

3. Per materiæ, ad muſculos gulam circumplectentes, ad latera cartilaginis ſcutiformis, μετάπτωσιν καὶ διαδοχήν.

4. Suprema ſterni pars, unde duo muſculi ad baſin cartilaginis ſcutiformis prorepunt.

5. Non per cauſæ morbificæ diffuſionem, ſed per excluſionem citam foras, illius, quod intus eſt.

6. Accedente pepaſmo, expurgatione & legitimo τῶν προσφερομένων uſu.

7. Periculoſior enim priore affluxu recurſus. Nam ibi ſæpe humor mitior; hic ferus, & pro-

priæ

priæ ſubſtantiæ corruptione in vitio. Partem etiam phlogoſi & empyreumate obſideri, cita attractio indicat.

8. Ita ut ſubitò ſymptomata ceſſent, & ægri facilè & ſine dolore degere videantur, quod, ob materiæ à partibus exterioribus ad interiores converſionem, prior affectus ceſſaverit, nec poſterior adhuc introductus ſit.

9. Quod evenit, quando abſceſſus ad ſuppurationem tendit, vel ad vomitum comparatur. Συστρέφεσθαι dicuntur Hippocrati vitioſi humores, χυμοὶ μοχθηροὶ, qui in aliquam partem confluunt, inque ea colliguntur. Sic τῶν νοσημάτων συστροφαὶ vocantur, αἱ ὑπὸ τοῖς ὀγκώμασι γινόμεναι, collectiones quæ ad partium tumores conſequuntur.

10. His enim modis, nempe reſolutione per halitum, ſputis & externi abſceſſus ſuppuratione, ſi eryſipelas non ſolvitur, materiam ad interiora ceſſiſſe indicio eſt. Dierum vero decretoriorum ea vis, ut in iis malos abſceſſus fieri natura non permittat.

11. Materiâ ad pulmones converſa. Unde febris, lateris dolor, & intra ſeptimum diem mors; quod ſi evaſerint, purulenti redduntur.

12. A parte affecta quam procul abſcedere, & in parte, quæ totius materiæ morbificæ capax ſit, exoriri, optimorum criticorum abſceſſuum natura eſt. *Nota* 1: Communem & laudabilem omnium tumorum notam, ſi extra vergant. Hippocrates de Morbis, lib. 2: Εἰ δὲ οἱ οἴδημα ἐκφύη, καὶ οἰδίσκηται πρὸς τὰ στήθεα, καὶ ἐρυθρὸν ἔῃ, καὶ καίηται ἐλπίδες πλέονας σωτηρίης. 2. Sæpe humores ſeſe ad exteriora manifeſto tumore proferre; non quod interna liberentur; ſed quia morbus malignior redditus, ad partes extimas partem caco-

chymiæ

chymiæ tranſmittit, natura vi propellente, quod aut acredine nimiâ aut copiâ irritat. Unde ad proruptionem ſymptomata manifeſtè non remittunt. 3. In anginoſa muliere, Epidem. 3, tumorem tum in collo, tum in utraque parte corporis ſubrubrum & durum, letalem fuiſſe, tum propter letalium ſignorum circa guttur concurſum; tum propter duritiem, quæ materiam multam, conculcatam & melancholicam oſtendit. 4. Poſſe morbificum humorem & in pectore ſine tuberculo ac ſputis reſolvi, idque propter humoris tenuitatem, partis raritatem, circumfuſi nobis aëris caliditatem, admoti medicamenti potentiam, & ægri virium robur. 5. Poſſe quoque materiam in venas transferri, ac per alvum aut urinas excerni: ad crura delatam diuturnum dolorem excitare, aut ad aures parotidum cauſam eſſe.

CCCLXVI. Ἐρυσίπελας δὲ ἔξωθεν μὲν ἐπιγίνεσθαι, χρήσιμον. εἴσω δὲ τρέπεσθαι, θανάσιμον. τρέπεται δὲ, ὅταν ἀφανιζομένου τοῦ ἐρυθήματος βαρύνηται τὸ στῆθος, καὶ δυσπνοώτερος γίνεται.

CCCLXVI. *Eryſipelas* [1] *vero foris* [2] *quidem extare*, [3] *utile: intro autem vergere*, [4] *letale. Cujus quidem rei indicium eſt, cum rubore* [5] *evaneſcente pectus* [6] *gravatur, & ægrius ſpiritum trahit æger.*

1. Cynanchica phlegmone, quæ in genere ἔπαρμα· in ſpecie ἐρυσίπελας, ἐρύθημα, & ἔρευθος, appellatur.

2. Per μετάπτωσιν διαδοχικὴν, excuſſa è foco à natura forti, parata egreſſui per patentes meatus materia.

3. Et

3. Et ut ſignum, quia vegetam & victricem naturam à nobiliori parte ad ignobilem, id quod urget, nullo ſuperſtite foco, pellere indicio eſt: & ut cauſa, quia excretionem levamentum in reſpirando & deglutiendo ſequitur.

4. Quod reſpiratio, actio maximè ad vitam neceſſaria, inſtrumentis ad eam neceſſariis obſeſſis & labefactatis, adimatur. Tanto converſio intrò periculoſior eſt, quanto nobilior pars, ad quam convertitur.

5. Propter humoris ad interiora, ſeu pulmones, παλινδρομίαν.

6. Ob partium in ſpirando decidentium & excipientium πόνον & inflammationem.

CCCLXVII. Οἷς δὲ κυνάγχη ἐς τὸν πλεύμονα τρέπεται, οἱ μὲν ἐν τῇσιν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν ἀπόλλυνται. οἱ δὲ διαφυγόντες, ἔμπυοι γίνονται, μὴ γινομένης αὐτοῖς ἀναγωγῆς φλεγματώδεος.

CCCLXVII. *Quibus* [1] *angina ad pulmonem* [2] *divertit, partim quidem intra ſeptem* [3] *dies pereunt, partim vero* [4] *liberati, pus* [5] *intro colligunt, niſi pituitoſa* [6] *ſurſum educantur.*

1. Sive illa muſculorum laryngis, ſive ab interioris ambitus faucium ſeu à cervicis ejuſque muſculorum, &c. inflammatione oritur.

2. Vel effuſo pure in pulmonem; quod in prima ſpecie promptiſſimè accidit: vel materiæ adhuc crudæ ſymptomatico motu, ex quo peripneumonia oboritur; quod in duabus reliquis frequentius apparet.

3. Suffocato ægro, propter morbum priore deterio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

eriorem, quem vires, antecedente fractæ, ferre non poſſunt. Ideò ſæpe ante ſeptimum occumbunt, tum propter virium ex duplici morbo contractam infirmitatem, ut jam innui; tum propter calorem loci & propinquitatem cordis.

4. Poſt ſeptem nempe dies, facto à tranſlatione materiæ computationis initio.

5. Fiunt empyici. Rheuma pulmonum, anagogen non habens, intra vigeſimum primum diem in pus mutatur, quod mox in ſpatium thoracis effunditur.

6. Quæ pituitam referre ſolent. Sive enim pulmo ex capite fluxionem ſuſcipiat, ſive ex vicinis partibus; cum ex permixto plurimo aëre, quem pulmo humori perpetuo motu neceſſariò permiſcet, quodammodo alba, ſpumoſa & tumida reddatur, pituitæ imaginem refert. Vide l. 5, Aphor. 10.

CCCLXVIII. Οἷσι διὰ σφοδρότητος σφυγμοῦ, κόπρελον ἐξαπίνης διαχωρέει, θανάσιμον.

CCCLXVIII. *Quibus in vehementi [1] pulſatione ſtercus [2] derepente dejicitur, letale.*

1. Id eſt, in venarum & arteriarum in anginis circa tempora & cervicem tenſione & aſpectabili pulſatione, à materiæ diffuſione, quæ propter copiam & κακοήθειαν à gutture & faucibus in venas majores redundat, exorta. Signum eſt malignitatis & vehementiæ morbi ἐπιγινόμενον.

2. Propter imminentem ſtrangulatum. In anginoſis enim, cum jam ad ſublimem ſpiritum & præfocationem ventum eſt, clauſo larynge aër intra

tra pulmones incluſus & violenter agitatus, an-trorſum ſeptum deprimit; muſculi intercoſtales & abdominis vehementer, cum imbecillitate fa-cu'tatis retentricis, contrahuntur, & copia caloris præter naturam excretionem adjuvat.

3. Propter cauſam jam dictam.

CCCLXIX. Ἐν τοῖσι κυναγχικοῖσι τὰ ὑπόξηρα πλύσματα ἰσχνῶν, κακόν.

CCCLXIX. *In angina* [1] *laboranti-bus ſubarida* [2] *ſputa gracileſcentibus* [3] *fau-cibus, malum* [4] *prænuntiant.*

1. Anginæ prima ſpecie, quæ cynanche di-citur.

2. Non quæ mediocriter reſiccata ſunt, qua-lia coctionem aliquando ſignificant; ſed quæ it- ſunt ſicca, ut os humectare nequeant. In ſputi- quæ calore præter naturam reſiccantur, non mo-do non permiſcetur liquidius ſerum craſſo, ſed febrili incendio ita abſumitur, ut plurimum ter-renæ ſubſtantiæ, minimum aquoſæ, ſuperſit. Glu-tinoſa evadunt, ſi diu retenta calore denſantur & ſiccitate concreſcunt: rotunda, quando diu in a-ſpera arteria contenta, eandem cum illa forman- acquirunt; aut toſtis æqualiter à calore febrili la-teribus, quicquid prominet conſumitur.

3. Faucibus nullo tumore interruptis: ἰσχνῶ- ἐόντων τῶν περὶ φάρυγγα. Prima ſpecies angina- ἰσχνὴ Hippocrati, quod ſine conſpicuo tumor- appareat,

4. Innuit ſanè materiam contumacem, ardo-rem prægrandem, & difficultatem exſcreandi & reſpirationis.

CCCLXX. Τὰ κυναγχικὰ ἐν γλώσ-

σαι

ταις οἰδήματα, ἀσήμως ἀφανιζόμενα, ὀλέθρια. καὶ τὰ ἀλγήματα ἀφανιζόμενα χωρὶς προφάσιος, ὀλέθρια.

CCCLXX. *In anginis linguæ* [1] *tumores abſque ulla* [2] *ſignificatione evaneſcentes, periculum* [3] *denuntiant. Quinetiam* [4] *dolores citra evidentem cauſam* [5] *diſparentes, perniciem* [6] *oſtentant.*

1. Qui per viciniam & ſocietatem novem muſculorum linguæ cum faucibus & larynge, nec non ὑπογλωττίδων repletionem contrahuntur. Sunt inter ἐπιφαινόμενα anginæ, quæ morbos aut breves aut longos, aut εὐκρίτους, aut δυσκρίτους, implicant.

2. Evaneſcentes ἄνευ σημείων λυτηρίων, ſignis nempe coctionis materiæ, ſeu per ſputa, ſeu tumoris collectionem in collo, ſeu alvi dejectionem & urinas; excretionis, reſolutionis à natura; & ſine uſu τῶν προσφερομένων à Medico adhibitorum.

3. Propter μετάστασιν materiæ noxiæ, ſeu in laryngem, unde ſtrangulatus & fortè dyſpnœa; ſeu in pulmonem, quod ὀλέθριον eſſe diximus.

4. Qui ſunt tam in larynge, quam in faucibus, ſeu propter vehementem diſtentionem, ſeu intemperiem, quam nitroſus catarrhus intulit, fixam.

5. Citra expurgationem criticam, aut remediorum convenientium artificioſam adhibitionem.

6. Quia τὰ ὀλέθρια ἀσήμως ῥαστωνήσαντα θάνατον σημαίνει, ut in Prorrheticis legitur. *Nota* vero, 1: *In leviore affectu ſubitum doloris* ἀφανισμὸν *non ſemper eſſe letalem*; quia natura nondum violata,

lata, ſæpe ſeſe per hæmorrhagiam, parotidas, ab-
ceſſum aliquem, vel excretionem, exonera-
2. *Talem* ἀφανισμὸν *non ſemper* μετάστασιν *denu-
tiare*, ſed vel delirium; ut ſuperveniente phren-
tide; vel partis affectæ νέκρωσιν, ut in ſphaceliſmo
vel ſummam virium, ob nativi caloris σβέσι-
imbecillitatem. 3. *Ex pulſu tum judicium de al-
vatione faciendum.* Si enim exilis & inæqual-
eſt, vires potius fractas, quam morbi ſolutione-
indicio eſt.

CCCLXXI. Ἐν τοῖσι κυναγχικοῖσ-
οἱ μὴ ταχὺ ἀναπτύοντες πέπονα, ὀλέθριοι.

CCCLXXI. *Angina laborantes, ni-
ſi* [1] *celeriter* [2] *cocta expuant, pernicioſe* [3] *ha-
bent.*

1. Αὐτίκα δ᾽ ἤδη & ἐν ἀρχῇ vel primo die, ſi ſta-
tim ad ſtatum morbus fertur, & quarto judica-
debet; vel ſecundo, tertio, quarto ad ſummum
ſi ad ſeptimum progreſſurus eſt. Acutus enim
morbus angina. Malè in quibuſdam exemplari-
bus pro ταχὺ legitur παχύ.

2. Qualia ſunt non tenuia & liquida; qui-
hæc cruditatis potius ſoboles; nec craſſa admo-
dum & viſcoſa, quia ab his, quod loco difficulte-
moveantur, ſuffocationis periculum; ſed mode-
ratè talia, quæ citra moleſtiam excluduntur.

3. Propter cauſas allatas. Fruſtra in morbi-
partium ſpirationi deſtinatarum pepaſmus, ni-
expurgatio, quam Græci ἀνακάθαρσιν, ἀνάπτυσι-
καὶ ἀνάχρεμψιν vocant, conſequatur. Senibus no-
ſunt firma ad expectorandum latera.

CCCLXXII. Ἐν κυνάγχῃ ἀσήμω-
εἰς κεφαλὴν ἀλγήματα μετὰ πυρετοῦ, ὀλέθρια-

CCCLXXII

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

CCCLXXII. *In* [1] *angina abſque ulla* [2] *ſignificatione redundantes in caput* [3] *dolores cum* [4] *febre, periculum* [5] *indicant.*

1. Κυρίως dicta, quæ in laryngis inflammatione conſiſtit.

2. Ἀσήμως, ſuperſtite in foco materia, manenteque inde doloris acerbitate, forti ſtrangulatu & orthopnœa. Aliquando enim hæc in angina à muſculis laryngis in caput fluxionis tranſlatio minus periculoſa eſt. Sæpe enim ita æger μεταστάσεως ad pulmonem & ſtrangulatus metu liberatur, & materia naturæ vel artis beneficio facilius ſuperatur.

3. Κατὰ τὴν ἐπιχύεσιν, per ſeri ex gutturis phlegmone in venas jugulares internas, & arterias carotidas, quæ ſecundum aſperam arteriam ad caput tendunt, expreſſionem. Diſtenditur tum dura meninx & proritatur, inde cephalalgia, cum forti ſtrangulatu.

4. Excitata à vehementi dolore capitis, cujus cauſam modo diximus.

5. Perpetua enim inde è capite defluxio, à morbo maligniore effecta, tranſmittitur in partes vicinas malitia: ſpiratioque intercipitur: quia quo plures partes & facultates offenduntur, eo gravius & periculoſius malum.

CCCLXXIII. Ἐν κυνάγχῃ ἀσήμως ἐς σκέλη ἀλγήματα μετὰ πυρετοῦ, ὀλέθρια.

CCCLXXIII. *In* [1] *angina abſque ulla* [2] *ſignificatione delati ad crura* [3] *dolores cum* [4] *febre* [5], *pernicioſi.*

1. In angina, non ex angina, ut videas, non innui

innui *μετάπτωσιν* ſupernè deorſum; ſed potiu *ἐπιχύεσιν*, anginâ ſuperſtite.

2. Cum neque in urinis, neque in ſputis, aliquod coctionis indicium; nulla ſuppuratio, excretio, aut reſolutio per halitum.

3. Horum mentionem facit, cum plura ſymptomata oboriri poſſint, quod iſtos duntaxat in capite, ut ſuperiore Coaca dictum, & cruribus obſervaverit, ut in Epidemiis videre eſt.

4. Tum ſymptomatica, tum primigenia, quæ & materiam morbificam intus relictam oſtendit & reſpirationis, quam angina propter anguſtian intercipit, auget uſum.

5. Quia humor redundans, ſi *ἀσήμως* movetur, relictis faucibus, in aſperam arteriam effunditur, & in vaſa quæ ad cordis ventriculos pertinent, affatim irruit. Unde portio aliqua ad inferiores partes abſcedit, reliqua paulo poſt enecat. Exemplum ejus tum in anginoſa, Epid. v, cui dextra manus & crus doluit, febris levis tenebat, quæque quinta die, aut ſexta, mortua eſt: tum in Polemarchi uxore, cui tumor quintâ die exortus & dolor in genu ſiniſtro, quæ cum melius videretur habere, ſeptimâ tandem, aut nonâ, voce interceptâ, obiit.

CCCLXXIV. *Ἐκ κυναγχικῶν ἀκρίτως ὑποχονδρίου ἄλγημα, μετὰ ἀκρασίης καὶ ναρκότητος γινόμενον, κτείνει λαθραίως, ε… καὶ πάνυ δοκοῖεν ἐπιεικῶς ἔχειν.*

CCCLXXIV. *In angina [1] laborantibus citra [2] judicationem præcordii [3] dolor cum [4] impotentia & torpore [5] obveniens, latenter [6] necat, etſi moderate [7] admodum habere videantur.*

1. Vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

1. Vel potius ex angina quæ ante fuit.

2. Citra ſuppurationem, excreationem, reſolutionem per halitum.

3. Qua videlicet parte coſtis diaphragma annectitur. Diffuſa aut in pulmones tranſlata anginæ materia, nec ibi conſiſtens, per cordis ſinus & cavitates ad hypochondria tranſit.

4. Ἀκρασίας ἀντὶ ἀκρατείας ponitur, & à tranſitu materiæ, eo ipſo momento, quo æger allevari videtur, excitatur. Tum enim derepente pulſus parvus & rarus evadit, color nativus diſſipatur, & vitalis ſpiritus reſolvitur.

5. Vitalis facultas animalem in conſenſum trahit, qua langueſcente in muſculis per quos movet, corpora jacentia, tum διαλελυμένα, tum defecta, videntur.

6. Præter opinionem inter loquendum aliquando, & ſine mortis ſenſu, quod illi apud Duretum accidit, cui extracto calculo, per veſicam corruptam tanta repente incidit exſolutio, ut, ludendo chartis, animam exhalarit.

7. Propter allevationem falsò creditam. Sunt illis corda oblita διὰ τὴν νωθρότητα καὶ ἀκρασίαν, inquit Duretus.

CCCLXXV. Ἐκ κυναγχικῶν ἀσήμως ἰσχνανθέντων ἐς στῆθος ἄλγημα καὶ ἐς κοιλίην ἐλθὸν συντόνον, ποιέει πυώδεα διαχωρέειν, ἄλλως καὶ λυομένου τὸ τοιοῦτον.

CCCLXXV. *In angina* [1] *laborantibus, abſque ulla* [2] *ſignificatione gracileſcentibus* [3] *faucibus, dolor intenſus ad* [4] *pectus aut ad alvum* [5] *progreſſus, purulentas* [6] *dejectio-*

nes facit. Alioqui autem tale quid ſolutionem 7 præ ſe fert.

1. Anginæ ſpeciem intellige, in qua & tumor cum rubore ad fauces conſpicuus apparet.

2. Παραλόγως ἢ ἄνευ προφάσιος, ſine ſigno vel ſignorum concurſu, quæ morbum remitti & ad ſalutem tendere oſtendunt.

3. Subſidente tumore, ſine ſanguinis miſſione, διαφορήσει, puris collectione, & excreatione.

4. Inflammatione ad œſophagum tranſlata, ibidemque ad ſuppurationem converſa. E pectoris regione reſpondet œſophagus, inquit Marcianus.

5. Ventrem inferiorem, quod in eo vel ſuppuratio fiat; vel pus in tranſitu mordeat. Unde dolores colico ſimiles.

6. Qui modus ſolutionis non admodum quidem frequens: poteſt tamen ob colligantiam, quam fauces habent cum œſophago & ventre, tunicâ interiore mediante, quæ omnibus his partibus communis, accidere. Colligi ergò hinc poteſt, Anginam primæ ſpeciei, in qua muſculi laryngis interiores afficiuntur, ad pulmones tranſlationem habere: Eam verò, in qua & fauces & collum ſimul rubent, quia inflammatio exterioribus partibus communicatur, ad latus ſecundum rectitudinem partis læſæ decumbere: Eam denique, quæ internas tantummodo fauces occupat, ad œſophagum, & internum ventrem, abſcedere. In quibus quidem tranſmutationibus vis naturæ elucet, in colligantia partium affectarum, & earundem rectitudine.

7. Verte potius: *Alias aliter tale quid ſolvitur*; & pro λυομένου, λυόμενον lege; ut ſenſus ſit, talem affectionem alio modo, id eſt, per vomitionem pitui-

pituitoſorum, dejectionem, &c. ſolvi poſſe. Jacotius de pulmone ſumit; doloremque vehementem moveri, quod materia, per interiores ſinus transfluens, membranas violenter diſtendat. Ex pulmone verò, ejuſque rupta vomica, ad alvum pus aliquando transferri & Galenus, 6 de loc. affect. 44, notavit; & Jacotius, in Coacas, p. 715, obſervavit. Qua via id fiat, apud eoſdem vide. Duretus πυώδη διαχώρησιν, puriformem excretionem vertit, quæ pus refert, quamvis revera non ſit. Hujuſmodi, inquit, erant Perinthi urinæ γονοειδεῖς criticæ. Natura autem molitur puriformem excretionem, tum per dejectiones, tum per urinas. Exempla ſunt in hydropicis, qui alvi profluvio ſine cruditate, & urinarum perirrhœa, ſanantur αὐτομάτως. Sic umbilici dolores cum pulſu conjuncti, adveniente criſi, pituitâ multâ per alvum proruptâ, quieſcunt.

CCCLXXVI. Ἐκ κυναγχικῶν πάντα ὀλέθρια, ὅσα μὴ ἔκδηλον ἐποίησεν ἄλγημα. ἀτὰρ καὶ ἐς σκέλεα ἀλγήματα χρόνια φοιτᾷ, καὶ ἐκπυοῦται δυσκόλως.

CCCLXXVI. *In angina quæcumque conſpicuum [1] dolorem non produnt, periculi [2] plena ſunt. Quinetiam diuturni ſunt, qui ad crura progrediuntur [3] dolores, ægreque ad [4] pus deducuntur.*

1. Sive ἀλγήματος vocem pro ſymptomate accipias, ſive pro affectu dolorifico, ſeu inflammatione. Proprium & inſeparabile Anginæ ſymptoma dolor, ex quo de morbi magnitudine ac differentiis, prout is major, vel minor, judicatur.

2. Niſi vacuatio aliqua innoxia & copioſa, unde dolor

de dolor in cruribus oboriri poteſt, accidat. Nam niſi hoc acciderit, vel delirium imminet; vel ſphaceliſmus partem occupavit; vel materia ad interiora converſa.

3. Dolores in cruribus oboriuntur, tenuiore parte evaneſcente & reſoluta; craſſiore & ſemicocta eo detruſa & abſcedente. Unde diuturni fiunt.

4. Propter materiæ craſſitiem, & caloris in partibus ignobilibus imbecillitatem. *Notandum* hic, 1: Abſceſſus ad crura, pure mutationem jam adepto, ſalubres in angina, niſi quod refluxus ad interiora magis metuatur, &, ſanie in cordis partes effuſâ, ſyncope. 2. Si tumor dolorque in crure proveniat, priuſquam ſputum probè extuſſiatur, nec bona ſunt quæ in urinis ſubſident, ægrum quidem ſtrangulatus periculo, tranſlatâ à larynge materiâ, liberari: ſed periculum eſſe, ne vel articulus, parte ipſa ab humore craſſo & crudo corrupta, claudicet, vel plurimum negocii propter jam dicta faceſſat.

CCCLXXVII. Τὰ ἐκ κυνάγχης πτύαλα γλίσχρα, παχέα, ἔκλευκα, βιαίως ἀναγόμενα, κακόν. καὶ πᾶς ὁ τοιοῦτος πεπασμὸς, κακόν. κάθαρσις πολλὴ κάτω τοὺς τοιούτους παραπληκτικῶς ἀπόλλυσιν.

CCCLXXVII. *Sputa ex angina* [1] *viſcida,* [2] *craſſa,* [3] *exalbida,* [4] *vi educta, malum* [5] *denuntiant, omniſq; ejuſmodi* [6] *maturatio mala eſt. In his multa deorſum purgatio,* [7] *levis ſiderationis modo, mortem adfert.*

1. Tractu δύσκλυτα, quæ ſunt ejuſmodi; in pituita

pituita quidem albuminea ob crudorem, ſicut albumen ovi & coryza; in peruſta, ob ſeri compunctionem & lentorem craſſi humoris à calore contra naturam.

2. Coacta, undique preſſa, rotunda, quæque termino ſuo continentur, non diffunduntur.

3. Sincera, meraca, omniſque ſui ſeri naturalis, & morbifici humoris, quo exactè tingi debebant, expertia; unde ſignificatio fit perennis affluxus è capite, & nullius excretionis criticæ.

4. Quæ difficulter admodum propter contumaciam, & naturæ imbecillitatem, extunduntur.

5. Ut ſignum & cauſa. Signum, quia innuitur materiæ contumacia, ardor ingens, & perennis affluxus. Cauſa, quia difficultas exſpuendi ardorem & tumorem auget. Unde major dyſpnœa & præſentius periculum.

6. Intellige πεπασμὸν impropriè & per ſimilitudinem, ſeu ſputorum craſſitiem. Proprius fit incraſſando, & ex temperatura ac ſuccorum permiſtione mutua, quæ naturæ opus eſt, dependet. Improprius ex conſumptione propriæ ſeroſitatis, à calore præternaturali provenit: potiuſque eſt cruditas & corruptio, quam maturatio.

7. Si cum hujuſmodi ſputis alvus deorſum feratur vehementer, ſuperna purgatio omnino ſupprimitur; unde æger ab humoris craſſitie & viſciditate ſpiritu intercepto ſuffocatur, & moritur: inſtar eorum, qui ex apoplexia intereunt, hoc eſt, cum maxima ſpirandi difficultate & ſtertore. Poteſt verò exhauſto plane corpore κάθαρσις πολλὴ κάτω accidere, quia tum in continuo catarrhi prolapſu, tum in diuturna puris expectoratione, pars ex qua diſcedit humor, prima exhauritur; in quam ex longiore intervallo aliquid ſuccedit, & poſt illius confluxum aliud remotius, quouſque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

toti communicet ea neceſſitas, ut ex toto humiditates omnes ad locum defluxionis confluant.

CCCLXXVIII. Ἐκ κυνάγχης ὑπόξηρα πυκνὰ πτύελα, βηχώδεα, πλευροῦ ὀδυνώδεα, ὀλέθρια. καὶ τὰ ἐν τοῖσι ποτοῖσιν ὑποβήσσοντα, καὶ καταπόσιες βιαῖα, πονηρόν.

CCCLXXVIII. *Sputa ex angina ſubarida*, [1] *crebra, per tuſſim & cum lateris dolore educta, perniciem* [2] *minantur. Atque ea quæ inter potandum per tuſſim rejiciuntur, quæque difficulter deglutiuntur, malum* [3] *portendunt.*

1. Quæ cum uno impetu educi non poſſint, iteratione opus habent.

2. Siccitas enim indicat & nativâ & adventitiâ ſeroſitate deſtitui: πυκνότης ab acri irritatione oriri: tuſſis, humorem in guttur, & ſpiritalia membra diffundi, nec ore & faucibus contineri poſſe: lateris dolor inflammationem aut deſtillationem, quæ plures occupat locos.

3. Nam ex potione cum tuſſi ſurſum reſiliente, & ſummâ cibi devorandi difficultate, præcluſos ſummarum gutturis partium, per quas cibus, potus & ſpiritus, ingreditur, ab inflammatione, meatus, colligitur. *Per tuſſim* addit, ut innuat, eam eſſe materiæ copiam ac malignitatem, ut aſperam arteriam, fauces, linguam & œſophagi ſummas partes occupet. Quod ſi delirium, faciei livor, & oculorum cavitas accedat, in propinquo mors eſt. Ideo, Epidem. III, in anginoſa muliere, quæ potum per nares reddebat, nec deglutire poterat, alia quoque ſigna letalia notat, ut ſublimem ſpiritum, obſcuram vocem, excrementorum alvi &

urinæ ſuppreſſionem. Vox obſcura, cum difficili deglutitione, & ſublimi ſpiritu, magnitudinem morbi & periculum; reliqua tempus mortis demonſtrarunt.

TITULUS XVII.

De Pleuritide & Peripneumonia.

CCCLXXIX. Τῶν πλευριτικῶν οἷσιν ἐν ἀρχῇ πάμπυοι αἱ πτύσιες, τεταρταῖοι θνήσκουσιν, ἢ πεμπταῖοι. φυγόντες δὲ ταύτας μὴ πολὺ ῥᾷον ἔχοντες, τῇ ἑβδόμῃ, ἢ ἐννάτῃ, ἢ ἑνδεκάτῃ, ἄρχονται ἐμπυοῦσθαι.

CCCLXXIX. *In morbo* [1] *laterali, quibus circa* [2] *initia in totum* [3] *purulentæ ſunt ſpuitiones, ii tertio* [4] *die aut quinto moriuntur. Quos ſi ſuperent, nec longe* [5] *melius habuerint, ſeptimo, aut nono, aut undecimo,* [6] *ſuppurati fiunt.*

1. In pleuritide, ſeu inflammatione membranæ coſtas ſuccingentis.

2. In primo morbi tempore, quod in acutiſſimis primo morbi die, aut etiam minore principio, circumſcribitur.

3. Per ſpuitiones in totum purulentas, non debent intelligi illæ, in quibus pus excernitur; ſed in quibus aliquid puri valdè ſimile, quod coctionis inter initia opus eſſe non poteſt. Et ſane coctio paulatim & per gradus. Ideò ipſe Hippocrates, dum, libro tertio de morbis, de hujuſmodi ſputo agit,

to agit, ſcribit: Pati hæc hominem minimùm diebus quatuordecim; ad ſummum uno & viginti; & per hoc tempus tuſſire vehementer, & cum tuſſi purgari primò ſalivam multam & ſpumoſam; ſeptima verò & octava die, ſi febris in vigore fuerit, craſſiorem prodire, &c. Alii ex loco jam citato pro *πάμπυοι* legunt *παντοῖαι*, quaſi *variæ* ſpuitiones notarentur. Sed hæ morbi potius longitudinem, quam mortis celeritatem, indicant. Ne dicam, in maſſa *ποικίλῳ* humorum, quia contrarii, unum alterum impedire, ut neuter vehementer agat.

4. Propter humorum corruptionem cum caloris intenſione & putredine.

5. Id eſt, ſi æquali robore & morbus & natura procedant. (Poteſt æger ſanus evadere, ſi robore virium & naturæ materia morbifica expellatur, ad ejuſque expulſionem allevatio contingat).

6. Quia impoſſibile eſt, humores calidos & ex inflammatione putreſcentes, in loco calido, & ſuppurationibus maximè apto, diutius permanere: quin aut in ægri perniciem corrumpantur, natura morbo cedente; aut, eadem reluctante, ſuppurentur; in qua ſi naturæ robur vigeat, quod optimæ puris conditiones indicabunt, æger ſuppurationem evadet; ſin minus, tandem morietur. quæ quidem ſuppuratio eò citius continget, quò humor ipſe calidior erit, & acutior morbus: & ideò mirum non eſt, ſi in hoc caſu tam citò ſuppuratio contingat, quia pleuritis acutiſſima ſupponitur, quæ ægrotantem in primo circuitu interimere ſolet.

CCCLXXX. *Οἷσι δὲ ἄνω ὠτὸς ἔρευθος, τῶν πλευριτικῶν, καὶ ὁμοίως θερμαίνονται, καὶ κοιλίη περιΐσταται, χολώδεα ἢ δυσώδεα.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

ὤδεα. εἰκοσταῖοι καὶ τεσσαρακοσταῖοι κινδυνεύουσι. φυγόντες δὲ ταύτας σώζονται.

CCCLXXX. *Quibus ſupra aurem* [1] *rubor contingit, neque aliter quam morbo laterali affecti* [2] *incaleſcunt, alvuſque bilioſa & graveolentia* [3] *exturbat, ii vigeſimo* [4] *& quadrageſimo die periculum ſubeunt; quos ſi* [5] *ſuperaverint, ſervantur.*

1. Ab eryſipelate aut phlegmone pone aures obortus.

2. Ita ut febris nec imminuatur, nec augeatur. Si oborto rubore febris remitteret, abſceſſus eſſet bonus: ſi augeretur valdè, letalis. κρίσιμα enim μὴ κρίνοντα, aut letalia ſunt, auctis ſymptomatibus; aut difficilis judicii, æqualiter ſe habentibus.

3. Unde colligi poteſt, non à cauſa externa, ut ciborum corruptione, quibus copioſè aliquando uti ſolent pleuritici, turbatam alvum; ſed ſymptomaticè, vel ab humorum copia, quam partes continentes ferre non poſſunt; vel ab acrimonia, quæ bilioſis & graveolentibus adhæret, & morſu naturam ante criſin ad excretionem ſtimulat.

4. Vigeſimo, quia hic terminus acutorum: quadrageſimò, quia hic diuturniorum ex acutis principium, qui ſine criſi paulatim ſolvuntur.

5. Superare poſſunt. Talis enim excretio, quæ ſcilicet fit circa principia aut incrementa, antè perfectæ coctionis ſigna, à natura coacta, ut febrem augere poteſt, accedente, ex motu ſymptomatico, virium infirmitate: ſic & febrem imminuere, vacuationis & revulſionis ratione, in moderatione pleuritidis, poteſt. Marcianus hanc Coacam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

de pleuritide à deſtillatione capitis exorta ſumit. Poteſt materia partim ad pulmones deſcendere & pleuritim cauſari: partim abſceſſum ad aurem facere. Quod quia non contingit, niſi in materia copioſa: ita hac vigente morbum in longum tempus protrahi, & diverſis modis judicari, non eſt inconveniens. Foëſius eam de pleuritide quæ dorſum affligit, accipit, & ex libro 3 de Morbis corrigit, hoc modo: ὁκόταν δὲ τούτων τῶν πλευριτικῶν τινι προσγένηται τὸ νῶτον ἐρυθριᾶν, καὶ τοὺς ὤμους θερμαίνεσθαι, καὶ ἀνακαθίζοντα βαρύνεσθαι, καὶ ἡ γαστὴρ ἐκταράσσηται χλωρὰ καὶ δυσώδεα σφόδρα, ἐὰν διὰ τὴν ὑποχώρησιν τῆς γαστρὸς, εἰκοσῇ καὶ μὴ ἀποθνήσκει. ταύτας δὲ διαφυγὼν ὑγιαίνει. Idem & apud Duretum habemus.

CCCLXXXI. Αἱ ξηραὶ τῶν πλευριτίδων καὶ ἄπτυστοι χαλεπώταται. φοβεραὶ δὲ ἐν οἷσιν ἄνω τὰ ἀλγήματα.

CCCLXXXI. *Morbi laterales* [1] *ſicci, & in quibus nihil* [2] *expuitur, graviſſimi* [3] *ſunt. Metuendi quoque, in quibus dolores* [4] *ad ſuperiora tendunt.*

1. Πλευρίτιδες quæ ex ſiccitate dependent, & propriè ita dicuntur, quia nunquam ſputo judicantur, de quibus, lib. 3 de Morbis, agitur; diſtingui debent tum à nothis, in muſculis externis; tum à non exquiſitis, in intercoſtalibus, in quibus nihil, aut admodum paucum, in ſpatia thoracis pervenire poteſt.

2. Conveniente tempore, progreſſo nempe morbo: ſeu quod materia vel ob glutinoſitatem ab ardore, vel efferam tenuitatem, ejici non poſſit; ſeu quod æger, vel propter dolorem, vel pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

pter virium infirmitatem, thoracem concutere non valeat; vel ex præpoſtera diæta, quæ ſæpe pleuriticos ἀπλύςους, mox πνευματίας facit: ſeu quod bronchiæ ſint obſtructæ, nec alæ pulmonum ſatis ad liberum exitum explicantur.

3. Tum ſuâpte naturâ, tum ex eventu. *Illud*, quia ſuppreſsâ morbificâ, quæ excerni debebat, materiâ, & oppreſſo corde, ægri ſuffocari ſolent.

4. Major tenſio & difficultas ſpirandi συμπιμορέουσιν ἀλλήλοις ἐν τὸ κακόν.

CCCLXXXII. Αἱ ἄνευ σπασμάτων πλευρίτιδες χαλεπώτεραι τῶν μετὰ σπασμάτων.

CCCLXXXII. *Morbi laterales graviores qui ſine divulſionibus, quam qui cum divulſionibus, contingunt.*

Per σπάσματα, quæ *vulſa* aut *convulſa* indicant, intelligi hîc poſſunt, vel fibrarum in parte carnoſa, velut in muſculis, fibroſarum ac nervoſarum partium divulſiones ac diſtentiones: vel violentus quidam motus, aut partium internarum diſtractio tenſioque, ut apud Hippocratem, lib. 1 de Morbis, habetur, quam in thorace fieri ſcribit, indeque crebro ſuppurationes oriri: vel eæ corporis concuſſiones, ac velut intro-retractiones aut compreſſiones, quæ initiis pleuritidum contingunt, cum rigoribus aut magno totius corporis horrore. Quod ferè in his pleuritidibus contingit, quæ ab externa aliqua aut manifeſta cauſa fiunt, ut frigore, immoderato exercitio, aut potionibus. De his ita, lib. 1 de Morbis, Hippocrates: ἡ μὲν πλευρῖτις γίνεται, ὁκόταν πόσιες ἁλέες τε καὶ ἰσχυραὶ κάρτα λάβωσι. διαθερμαίνεται γὰρ τὸ σῶμα ὑπὸ τοῦ οἴνου καὶ ὑγραίνεται. μάλιστα δὲ ἤτε χο-

λὴ καὶ τὸ φλέγμα διαθερμαίνεταί τε καὶ ὑγραίνεται. καὶ δὴ τούτων κεκινημένων τε καὶ ὑγρασμένων, συγχωρήσῃ ὥστε ῥιγῶσαι μεθύοντα ἤτε νήφοντα, ἅτε ἐὸν τὸ πλευρὸν ψιλὸν φύσει σαρκὸς, μάλιστα τοῦ σώματος, καὶ οὐκ ἐόντος αὐτῷ ἔσωθεν τοῦ ἀντιστερίζοντος οὐδενὸς, ἀλλὰ κοιλίης, αἰσθάνεται μάλιστα τοῦ ῥίγεος. καὶ ὁκόταν ῥιγώσῃ τε καὶ ψυχθῇ συνέλκεταί τε καὶ συσπᾶται ἥτε σὰρξ ἡ ἐπὶ τῷ πλευρῷ, καὶ τὰ φλέβια καὶ ὅσον τε ἐν αὐτῇ τῇ σαρκὶ ἔνι χολῆς καὶ φλέγματος, ἢ ἐν τοῖσιν ἐν αὐτῇ φλεβίοισι, τοῦτο πολλὸν ἢ πᾶν ἀποκρίνεται ἔσω συνωθεόμενον πρὸς τὸ θερμὸν, πυκνουμένης τῆς σαρκὸς ἔξωθεν. καὶ προσπήγνυται πρὸς τῷ πλευρῷ, καὶ ὀδύνην παρέχει ἰσχυρὴν καὶ διαθερμαίνεται. καὶ διὰ τῆς θερμότητος ἄγει ἐφ' ἑωυτὸ, καὶ ἀπὸ πλησίων φλεβῶν καὶ σαρκῶν, φλέγμα τε καὶ χολήν. Oritur quidem pleuritis, cum potiones copioſæque & validæ admodum corripuerint. Totum enim corpus incaleſcit & humectatur à vino, præcipuè verò bilis & pituita tum incaleſcit, tum humectatur. Quibus ſane commotis & humectatis, madidum aut ſiccum rigere continget. Præcipueque cum latus præ omnibus corporis partibus, naturâ carne nudum ſit, neque intus quicquam habeat in ſe quod renitatur, præter ventriculi cavitatem, rigorem percipit. Cumque riguerit & perfrixerit, contrahitur & convellitur tum caro quæ eſt in latere, tum venæ. Et quicquid in ipſa carne ineſt bilis & pituitæ, aut in ipſius venis, id magna ex parte, aut totum intro compulſum ad caliditatem ſecernitur, carne foris condenſata, & ad latus affigitur, & vehementem dolorem exhibet ac incaleſcit, & per calorem à vicinis venis in carnibus pituitam & bilem ad ſe ipſum trahit. Et rurſus paulo poſt, πήγνυται δὲ τὸ πλευρὸν καὶ τὰ ἐν αὐτῷ τῷ πλευρῷ φλέβια, καὶ συσπᾶται. καὶ ὁκόσον ἐν αὐτῷ ἔνι φλέ-

γματος

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

ματος καὶ χολῆς, τοῦτο ὑπὸ τῆς θερμασίας ἐνέκλη-κέ τε καὶ ὀδύνην παρέχει. Condenſatur autem latus, & quæ in ipſo ſunt venæ, & contrahitur, quantumque in ipſo ineſt pituitæ & bilis, id à caliditate reſiccatur & dolorem exhibet. Quocunque modo ſumſeris, veritatem Coacæ firmabis. Nam *priora* illa σπάσματα vehementem thoracis motum, validamque facultatis animalis in expectorando ſputo contentionem, indicant. *Poſteriora*, violentas in muſculis thoracis contentiones aut diſtractiones innuunt; quæ nonniſi validioribus naturis contingere ſolent. *Poſtrema* ab externis cauſis oriuntur, & ideo ſecuriora ſunt illis quæ ab occaſione occulta & interna accidunt; robuſtis ferè corporibus eveniunt; citius contentis naturæ viribus ad judicationem procedunt; nec tantam humorum copiam indicant.

CCCLXXXIII. Τῶν πλευριτικῶν οἷσιν ἐν ἀρχῇ γλῶσσα χολώδης γίνεται, ἑβδομαῖοι κρίνονται. οἷσι δὲ τρίτῃ ἢ τετάρτῃ, περὶ τὴν ἐνάτην.

CCCLXXXIII. *Quibus in morbo laterali lingua* [1] *circa initia* [2] *biliosa eſt, hi intra ſeptimum* [3] *judicantur, quibus vero tertio ac quarto die, circa* [4] *nonum.*

1. Τῇ πρώτῃ εἰσβολῇ, ſimul ac ex latere, ſterno, & thorace, dolere cœperunt.

2. Non tam per ſympathiam τῆς προσστάσεων, ſeu partium vicinarum; quam per μετάστασιν fieri bilioſi, ab inflammata parte, ſeu tunica coſtis intertexta, per pulmones ſecundum membranam, quæ à larynge exorta linguæ obducitur, eo prorepentis, eamque, per ſe mollem & raram, tingentis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

3. Scilicet, quorum morborum eſt cita mutatio, eſt etiam cita criſis. Citam mutationem celeritas τῶν ἐπιφαινομένων oſtendit, ſi jure loco apparent.

4. Quoniam ſimiliter fit à primo die ad ſeptimum; ſicut à tertio aut quarto ad circiter nonum. Nam cito πλαιδῶντες citam quoque criſin promittunt.

CCCLXXXIV. Πομφόλυγες δὲ ὑποπελίου γινομένης ἐπὶ τῆς γλώσσης ἐν ἀρχῇ, οἵη σιδηρίου βαφέντος ἐς ἔλαιον, χαλεπωτέρη ἡ ἀπόλυσις γίνεται, καὶ ἡ μὲν κρίσις ἐς τὴν ιδ' ἀφικνεῖται. αἷμα δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πτύουσι.

CCCLXXXIV. *Quod ſi bulla aliquantulum* [1] *liveſcens in lingua appareat* [2] *initio, qualis excitatur* [3] *ferro candente in oleum intincto, difficilior fit* [4] *ſolutio, & judicatio* [5] *quidem ad decimum quartum diem deducitur. Sanguinem autem plurimum* [6] *expuunt.*

1. Phlyctænæ, ſeu puſtulæ velut ambuſtæ, πυρίκαυστα Hippocrati, aliquando αἱ ἀπὸ καυμάτων ἐπεγειρόμεναι φλύκταις, à materia in loco inflammationis adeò conculcata, ut ne ſeroſitas quidem exſudare poſſit, ſed tumore ob tenſionem carnes comprimente ad partes ſuperiores exprimatur, exortæ. Livor ſeroſitatem ſanguinis nigri & melancholici, ac per contagium virulentam quandam & malignam vim, ſignificat.

2. Ineunte pleuritide, quam excitavit contractio lateris, velut ab ictu aut jactu expreſſa.

3. Fer-

3. Ferrum fornacarium, necdum lima perpolitum, cum incanduit, ſi oleo perfundatur, aut immergatur, eo circumtenſo, quod pingue eſt, bullam edit liventem.

4. Tum propter humoris morbifici feritatem, quæ ſubſtantiam partium labefactat; tum propter denegatam diſtento lateri laxitatem, unde major tenſio, & ſpiratio difficilior.

5. Eaque nec ſimplex, nec tuta. Poteſt & inflammatio in gangrænam potius, quam ſuppuratum, mutari.

6. Propter factam in carnibus, ab humore in loco inflammationis conculcato, diſruptionem. Sæpe ſanguis ſeroſus, veluti tranſcolatus, aut ſudoris modo tranſmiſſus, per rarefactas vaſorum tunicas facilè effluit. Sæpe & ora gracilium vaſorum propter acrimoniam promptiſſimè aperiuntur. Vide eadem, lib. 3 de Morbis.

CCCLXXXV. Πτύαλον δ' ἐν τῇσι πλευρίτισι, τρίτον μὲν ἀρχόμενον πεπαίνεσθαι καὶ πλύεσθαι, θάσσους ποιέει τὰς ἀπολύσιας. ὕστερον δὲ, βραδυτέρας.

CCCLXXXV. *Sputum vero in morbo laterali ubi matureſcere & expui tertio die cœperit, celeriores ſolutiones facit; quod ſi poſterius, tardiores.*

Coaca hæc ex Aphoriſmo 12 ſectionis primæ explicari poteſt, exq; libro tertio de Morbis traducta eſſe videtur. Celeritatis hujus gradus ita diſtinguendi ſunt, *inquit Jacotius*, ut ſi coctum ſputum apparuerit intra primum quaternarium, tertio videlicet vel quarto, morbus non tranſcendat ſeptimum: ſi tenue ſit, ad undecimum, vel decimum

quar-

quartum perveniat. Anaxion quidem exſpuere coctum cœpit decimo ſeptimo: trigeſimo quarto judicatus eſt, qui poſt vigeſimum potentiſſimè judicat. In coctione autem is ordo eſt, ut negata in totum expectoratio crudiſſimum morbum ſignificet: incipiens vero, ſi quidem quod extuſſitur, liquidum ſit & aquoſum, imperfectam & obſcuram: ſi puri ſimile, ſed paucum, manifeſtam: ſi coctum & multum, perfectam coctionem demonſtret. Natura enim incluſam materiam primum cogit, tenuat, & paulatim coquit: deinde laxat & rarefacit calore tepido membranam, intra quam materia collecta eſt: tandem viam ſibi parat ad excludendum. Ex quibus intelligitur, optimum ſputum eſſe illud, quod Hippocrates docuit, nempe cito apparens, ut tertio die, quia morbus hic moveri ſolet imparibus: deinde facile, ſine dolore videlicet, & ſine multa tuſſi: tertio cum ſuo ſero & naturali ſaliva vehementer permiſtum: quod tria hæc facultatis, tum naturalis, tum animalis robur, materiæ benignitatem, & venoſæ arteriæ ac bronchiorum pulmonis liberos ductus denuntient, ut Galenus docet, in Prognoſtico. Contrarium verò tanto deterius eſt, quanto pluribus conditionibus ab optimo recedit. Album enim, quod nihil de materia morbifica educi oſtendit, inutile eſt. In aliis vitium materiæ deprehenditur ex tenuitate, varietate, craſſitie immoderata, & lentore: caloris febrilis exceſſus & malignitas ex rotunditate, & colore, ut flavo, æruginoſo, vel nigro: facultatis verò infirmitas tum ex pulſu, tum ex reſpirandi modo. Tuſſis multa, & expectorationis ſuppreſſio has cauſas conſequuntur, modo addas bronchiorum obſtructionem. Nec verò in optimo ſputo ſignificando hic Hippocrates ſine ratione utrunque poſuit,

πεπαι-

πεπαίνεσθαι, καὶ πτύεσθαι, *maturari & expui*, quoniam in morbis thoracis fruſtra fit πεπασμὸς ſine anacatharſi.

CCCLXXXVI. Τὰ δὲ ἀλγήματα τοῖσι πλευριτικοῖσι χρήσιμον, κοιλίην μαλάσσεσθαι, πτύαλα χρωματίζεσθαι, ψόφους ἐν τῷ στήθει μὴ γίνεσθαι, τὸ οὖρον εὐοδεῖν. τὰ δὲ τούτων ἐναντία δυσχερέα, καὶ πτύαλον γλυκαινόμενον.

CCCLXXXVI. *In morbo laterali affectis,* [1] *dolores, & alvum* [2] *emolliri, utile eſt. ſputa* [3] *colorari, nullos in pectore* [4] *ſtrepitus fieri, urinam* [5] *recte procedere. Quibus contraria moleſta ſunt, ſputumque* [6] *dulceſcere.*

1. Duretus poſt τὰ δ' ἀλγήματα, punctum ponit, quaſi de pleuritide, quatenus exercet ægrum, hucuſque eſſet actum: prout Epid. libro 3, in tempeſtate peſtifera, & peſtilentium morborum catalogo, τὰ μὲν ἐπιδημήσαντα νοσήματα ταῦτα. At videtur benè à Foëſio legi, τὰ δ' ἀλγήματα τοῖσι πλευριτικοῖσι χρήσιμον καὶ κοιλίην μαλάσσεσθαι· tum quod alias malè cohæreret oratio; tum quod μαλάσσεσθαι πόνους, id eſt, *dolores leniri & remitti*, eleganter Hippocrati dicatur; tum denique quod doloris lenitio, paribus cæteris, bonum ſit in pleuritide ſignum.

2. Non propter corruptionem alimenti, aut naturæ irritum motum, aut ventriculi, vel hepatis, in conſortium mali adducti, offenſionem, quibus omnibus modis mollior alvus pleuriticorum periculoſum eſt, & plerumque letale: ſed initio morbi

morbi propter materiæ derivationem : in ſtatu cum ſignis coctionis propter ejuſdem criticam expurgationem. Qua etiam ratione, libro de locis, aëre, & aquis, ante pleuritidem, & ejuſdem initio, alvum mollem laudat, ac ſcribit, rarò eo morbo corripi, quibus alvus liberè profluit, tum quia inde materiæ pars expurgatur, atque à loco affecto avertitur, tum quia fluxione in aliquam partem irruente, cæteræ liberæ eſſe ſolent. Etenim rariſſimum eſt (ait Galenus 6 Epid.) in toto corpore partes quaſdam duas ſimiliter imbecillas eſſe, ut ex æquo fluxiones excipiant.

3. Laudabiles coloris gradus acquirere, & ita ad coctionem progredi. Hippocrates annumerat ſputorum vitiis τὰ πλύσματα κεχροσμένα ἀκρίτῳ χρώματι, in lib. de vict. rat. in acutis morbis. Alba initio nihil humoris morbifici continent : ſincera torrefacta ſunt. Matura, & puri ſimilia, in candore, æqualitate ſubſtantiæ & lævore, modo quamminimè graveoleant, abſolutè laudabilia. Initio laudantur flavo colorata, tanquam pleuræ affectæ, quæ propter denſitatem ſubſtantiæ rarò admittit pituitam, propria, propter paucam bilem exactè permiſtam, non tamen exactè flava, ſero conſumto. Nam ſic declaratur bilioſæ inflammationis εὐήθεια, bilis, quæ miſcetur, paucitas, & naturæ coquentis ac permiſcentis robur, quæ magnum momentum habent tum ad ſalutem, tum ad celeritatem criſis. Quod enim eo modo colorari incipit primo quaternario, ſeptimo album, læve, & æquale, eſſe ſolet.

4. Hi enim, utut ſine aliorum ſignorum concurſu non letales; ſemper tamen, vel naturæ infirmitatem, vel materiæ contumaciam aut copiam, quæ ad laryngem redundat, vel bronchiorum obſtructionem arguit. In Menone ἀρτηρίην

ὑπο-

πεσύριζε ῥεγχῶδες, *arteria ſubſibilabat cum ſtertore.* & in Theodori uxore, ἀρτηρίη μόλις ἀναπνεούσῃ ὑπεσύριζε. Notat quoque ſæpius ὑποκερχαλέον arteriæ & pectoris ſtridulam quandam aſperitatem: & ſtrepitum ac fluctuationem puris. καταγλιγχραινόμενον πτύελον ἀσαπέως ἢ ἀπέπτως, ἐνισχόμενον, ἢ μὴ ἀνιὸν vocat Hippocrates.

5. Id eſt, copioſam eſſe ad expurgationem & derivationem; colore, ſubſtantia, contentis, laudabilem.

6. Manentibus nimirum pravis ſignis, & ſine coctione. Quod enim maturum eſt, & puri ſimile, dulceſcit. Alioqui bilioſo & colorato, quod laudabile eſſe dixit, opponitur. Vel enim dulceſcit ex amaro & ſalſo, quia nihil amplius de materia inflammationem committente expectoratur: vel quia, calore nativo, in parte guſtante extincto, ſaporis veri ſpeciem non amplius æger diſcernit: vel quia ſenſus communis laborat, ut in delirante. Hi enim cum verum guſtum non habeant, dulcia omnia putant eſſe, quoniam contrariorum ſaporum abſentia dulcedinis ſpeciem refert, quorum ipſa privatio quædam dicitur.

CCCLXXXVII. Αἱ δὲ χολώδεες ἅμα καὶ αἱματώδεες πλευρίτιδες, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ κρίνονται ἐνναταῖαι, ἢ δὲ ἑνδεκαταῖαι, καὶ μάλιστα ὑγιάζονται. οἷσι δὲ τῶν πλευριτικῶν ἐν ἀρχῇ μὲν οἱ πόνοι μαλθακοὶ, ε' δὲ ἢ ς' παροξύνονται, μᾶλλον πρὸς τὰς ιβ' ἀφικνέονται, καὶ οὐ πάνυ σώζονται. κινδυνεύουσι δὲ μάλιστα ἑβδομαῖοι, καὶ δωδεκαταῖοι. τὰς δὲ δὶς ἑπτὰ φυγόντες, σώζονται.

CCCLXXXVII. *At vero bilioſi*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

[1] *ſimul & ſanguinei morbi laterales, fere no[...] no [2] die aut undecimo judicantur, ac maxi[...] me [3] ſaneſcunt. Quibus autem in morb[...] laterali, initio quidem [4] dolores leves ſunt[...] quinto [5] vero aut ſexto [6] die ingraveſcunt[...] fere ad [7] duodecimum perveniunt, raroqu[...] [8] ſervantur, ſed præcipue [9] ſeptimo ac [10] duo-decimo die periculum ſubeunt. Quod ſi bi[...] ſeptem evaſerint, [11] ſervantur.*

1. In quibus ſputum biliosſum cum ſanguin[...] pauco exquiſitè permiſtum, continuò aut circ[...] initia, ſive inter primum quaternarium, facil[...] & copiosè cum acceſſione laudabilium urina[...] rum, excluditur.

2. Utplurimum brevior & mitior eſt mor[...] bus, etſi initio vehemens appareat à talibus cau[...] ſis, quod bilioſa fluxio propter ſubſtantiæ pauci[...] tatem & tenuitatem (tenuis membrana copian[...] non admittit; denſa, craſſitiem) facilè expecto[...] retur, niſi bilis ex propriæ ſubſtantiæ corruption[...] & inflammatione, craſſitiem, ſinceritatem, au[...] aliam malignam qualitatem acquirat. Quorun[...] morborum cita ex motu mutatio, eorundem e[...] tiam cita criſis eſſe ſolet. In pituitoſa diutius co[...] ctionis ſigna cunctantur, & facultas animalis, tum[...] propter craſſitiem, tum propter morbi diuturni[...] tatem, magis laborat.

3. Perfectè & ſine metu relapſus, (ὑγιέες μᾶλλο[...] γίνονται) ex anacatharſi ſputi περιεστηκότος in co[...] pia & excernendi modo.

4. Molliter & leniter incipiunt, quia materi[...] pauca, tenſio levis, inflammatio exigua. Τὸ μαλ[...] θακὸν hic πρᾷον eſt. Φύματα μαλθακὰ ſunt fe[...]

rè ἀνόδυνα· Parotides Thaſiorum ſunt Hippocrati ἐπάρματα χαῦνα, Galeno μαλθακά.

5. Ingraveſcunt quinto, non paroxyſmo criſis prænuntio per anacatharſin à naturæ robore concitatam, ſed incremento ſymptomatum pleuriticorum, per ἐπιγένεσιν exortorum; doloris nempe punctorii, ſpirationis difficilis, tuſſis ſiccæ, febris exacerbatæ, cum expectoratione nulla.

6. Sexto ingraveſcunt, contra naturam pleuritidis, quæ diebus imparibus exacerbatur. Sic ipſa περισσότης vertitur in ἀρτιασμὸν, ſeu *imparitas in paritatem*. Die ſexto nihil κρίσιμον, nihil κρίνον.

7. Cum enim exacerbata quinto die pleuritis ſexto πόνους habuerit, facilè inde parium dierum periodis ingraveſcendo, ad duodecimum, cujus eadem eſt ratio ad ſextum, quæ ſexti, in quo Philiſcus mortuus eſt, ad primum, ſuperato undecimo pervenitur. Galenus *decimo quarto* legendum eſſe cenſet.

8. Propter expectorationis fruſtrationem, virium, per diuturnitatem morbi, collapſum, ſextæ diei, in quo ſola ῥαστώνη, ut in Abderita, commendatur, πόνους· & quia αἱ ἀρτίαι δυσκριτώτεραι τῶν περισσῶν, *pares difficilioris judicii quàm impares*, ut in Philiſco & Pythione videre eſt, inprimis ſi ex imparibus tales evaſere.

9. Sumta ab incremento computatione, non à principio, quod leniter uſque ad quintum exactum fuit. Septimus à principio, tertius eſt ab incremento.

10. Qui ab incremento ſeptimus eſt. In ἀρτιασμῷ morborum, quorum παροξυσμοὶ καὶ πόνοι cadunt in pares. penes duodecimum jus eſt non tam vitæ quàm necis, quemadmodum penes decimum, quo Pythion obiit.

11. Si virium robur ſuperſtes, & ſymptomata cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

cum ſalutaribus ſignis miteſcunt. Vel ſputa ingruunt, vel vertetur pleuritis in ſuppuratum.

CCCLXXXVIII. Ὅσοισι τῶν πλευριτικῶν ψόφος τοῦ πτυάλου πολὺς ἐν τῷ στήθει, καὶ πρόσωπον κατηφὲς, καὶ ὀφθαλμὸς ἰκτεριώδης καὶ ἀχλυώδης, ἀπόλλυνται.

CCCLXXXVIII. *Quibus in morbo lateris plurimus ex ſputo*[1] *ſtrepitus in pectore ſonat, & vultus*[2] *demiſſus eſt, oculuſque aurigine*[3] *ſuffuſus, & caligine*[4] *obductus, in his*[5] *mors expectanda eſt.*

1. Propter materiæ in ima larynge fervorem & agitationem; quæ, ſeu ob copiam & contumaciam, ſeu ob facultatis imbecillitatem, & bronchiarum obſtructionem, expectorari non poteſt.

2. Seu quia calor nativus reſolutus eſt, & ſpiritus diſſipati; ſeu quia humor melancholicus, vel atrabilarius, ad caput tranſlatus eſt. Per mœrorem calor ad centrum contrahitur; ſpiritus animalis craſſeſcit, & ſubſtantia cerebri refrigeratur.

3. A bilis flavæ ſuffuſione, quam vel præcalida in venoſo genere intemperies continenter gignit, vel hepatis affectus cohibet, vel ſymptomatica humoris morbifici tranſlatio ſurſum rapit. Unde dolor lateris abſque judicatione & abſceſſu remittit, & delirii ſigna ingruunt.

4. Materiâ, quæ ſurſum rapta eſt, temporis ſucceſſu nigriore redditâ, & vapores caliginoſos ad oculum mittente, ſpirituique viſivo tenebras offundente.

5. Propter jam dicta.

CCCLXXXIX.

CCCLXXXIX. Οἱ ἐκ πλευριτικοῦ ἔμπυοι γινόμενοι, ἐν τῇσι μ' ἡμέρῃσιν ἀναπλύουσιν ἀπὸ τῆς ῥήξιος.

CCCLXXXIX. *Qui ex morbo laterali* [1] *ſuppurantur, in quadraginta* [2] *diebus poſt* [3] *ruptionem pus ſpuitione* [4] *rejiciunt.*

1. Fit id quoties materia pleuritica nec diætâ, nec fomentis, nec ſanguinis detractione, nec alvo prorupta, nec per ſputa, digeri vel educi potuit; & quidem intra decimum quartum à morbi initio diem. Natura enim, excluſâ anacatharſi, ſuppurationem in materia, inprimis copioſiore, frigidiore, & craſſiore, aggreditur. *Nota* 1: Ἐμπύους propriè dici, quibus inter pulmonem & thoracem collectum pus ſtabulatur. 2. Detegi ſuppurationem, ſi nulla præcedente anacatharſi, febris vehementia remittit, gravitas intra latera in imo thoracis derelicta ſentitur, &c. 3. Rariorem apud nos, propter venæ ſectionem, & alia auxilia; frequentiſſimam tempore Hippocratis.

2. Finis acutorum morborum ἐκ μεταπλώσεως dies quadrageſimus, à vomicæ ruptæ die. Niſi id fiat, in tabem tranſeunt, pulmone, morâ longiore, & puris acrimoniâ, ulcerato.

3. Rumpuntur ſuppurationes vigeſimo, trigeſimo, quadrageſimo, ſexageſimo, poſt inchoatam puris generationem die, puſque incluſum in ſpatium inter thoracem & pulmonem effunditur. Rigor ſequitur propter effuſi acrimoniam & acrem membranarum ſenſum.

4. Ἀναπλύειν hic idem eſt, quod ἀνακαθαίρεσθαι.

CCCXC. Πτύαλον δὲ χρὴ πᾶσι

τοῖσι

τοῖσι πλευριτικοῖσι, καὶ περιπλευμονικοῖσι εὐπετέως τε καὶ ταχέως ἀναπτύεσθαι, μεμίχθαι τε τὸ ξανθὸν τῷ πτυάλῳ. τὸ δ' ὕστερον πολλῷ τῆς ὀδύνης ἀναγόμενον ξανθὸν, ἢ μὴ μεμιγμένον, καὶ πολλὴν βῆχα παρέχον, πονηρόν. πονηρὸν δὲ πάντως καὶ τὸ ξανθὸν ἄκρητον, καὶ τὸ γλίσχρον, καὶ λευκὸν, καὶ τὸ στρογγύλον, καὶ τὸ χλωρὸν σφόδρα, καὶ τὸ ἀφρῶδες, καὶ τὸ πελιῶδες. καὶ ἰῶδες· χεῖρον δέ τι τὸ οὕτως ἄκρητον, ὥστε μέλαν φαίνεσθαι. αἵματι δὲ μὴ πολλῷ συμμεμιγμένον τὸ ξανθὸν, ἐν ἀρχῇ μὲν σωτήριον, ἑβδομαίῳ δ' ἢ παλαιοτέρῳ ἧσσον ἀσφαλὲς. αἱματῶδες δὲ λίην, ἢ πέλιον εὐθέως ἐν ἀρχῇ, κινδυνώδες· πονηρὰ δὲ καὶ τὰ ἀφρώδεα, καὶ τὰ ξανθὰ καὶ μέλανα, καὶ ἰώδεα, καὶ ἰξώδεα, καὶ ὅσα ταχέως χρωματίζεται. τὰ δὲ μυξώδεα καὶ λιγνυώδεα, καὶ χρωματίζεται ταχέως, καὶ ἐστὶν ἀσφαλέστερα. τὰ δ' ἐντὸς πέμπτης ἐς πέψιν χρωματιζόμενα, βελτίω.

CCCXC. *In omnibus autem laterum & pulmonum morbis, [1] ſputum [2] prompte ac [3] cito excreari neceſſe eſt, flavumque ſputo [4] permixtum eſſe. Quod ſi multo [5] poſt dolorem flavum [6], aut non [7] commixtum, rejicitur, nec non ſine [8] multa tuſſi, vitioſum [9] cenſetur. Omnino autem [10] pravum flavum, [11] ſi ſincerum eſt, & [12] glutinoſum, & [13] candidum, & rotundum, itemque vehementer ex [14] virore palleſcens,*

leſcens, quodque [15] *ſpumoſum eſt, &* [16] *lividum, &* [17] *æruginoſum. Aliquanto vero deterius, quod ſic eſt ſincerum,* [18] *ut nigrum quoque videatur. At flavum* [19] *cui paulum ſanguinis ammixtum eſt, initio* [20] *quidem* [21] *ſalutem pollicetur, quod vero ſeptimo die, aut longiore ſpatio tale apparet, non* [22] *adeo tutum. Admodum autem* [23] *ſanguinolentum, aut quod ſtatim* [24] *initio* [25] *livеſcit, perniciem* [26] *præ ſe fert. Pravitatem etiam indicant* [27] *& ſpumantia, & flava, & nigra, & æruginoſa* [28] *viſcoſaque, & quæcunque celeriter colorantur. Mucoſa* [29] *autem &* [30] *fuliginoſa, tum celeriter colorantur, tum* [31] *ſecuriora ſunt. Quæ vero intra* [32] *quintum diem, dum coctionem accipiunt,* [33] *colorantur, meliora* [34] *cenſentur.*

1. Excrementum illud quod ex thorace & pulmonibus tuſſiendo per os ejicitur.

2. Sine dolore vehementi, ſine multa tuſſi, & ſine difficultate. Unde colligas facultatis vitalis & animalis in cerebro & muſculis qui in efflatione inſerviunt, robur, ductus expeditos, & qui nec obſtruuntur nec premuntur; neque materiam aut ita lentam, ut ex partibus extrudi; nec ita craſſam vel tenuem, ut ſurſum attolli, non poſſit.

3. In morbi ipſius principio, quod primo abſolvitur quaternario.

4. Et quidem propter materiam ipſius vel ſponte ſuâ bilioſam, vel ex ſanguine, qui loco fervente concluſus in bilem vertitur. Flavum cum ſuo

ſero & ſputo excrementitio vehementer permiſceri, coctionis inchoatæ & naturæ valentis ſignum eſt. Quæ verò in excrementis vel ſinceræ ſunt, vel ſeorſim expurgantur, ut una parte à bile flaveſcant, altera à pituita albicent, facultatis imbecillitatem & morbi malignitatem indicant. Ἔμετος ὠφελιμώτατος Hippocrati, ὁ φλέγματος καὶ χολῆς ξυμμεμιγμένος μάλιστα.

5. Abſolutâ ſcilicet jam primâ periodo, ut ſeptimo. Philotheus μετὰ τὴν δεκάτην τετάρτην, in quo ſpatio, quamvis materia vitioſa non eſſet, periculum impendere poſſet, vel ab his quæ ſeu ægri errore, ſeu ab externis, &c. accidere ſolent; vel à virium ipſarum exſolutione. Citò enim anheloſi fiunt.

6. Humore ipſo ſeroſo torrefacto.

7. Quod ab inflammato calore originem ducit. Poſſunt tamen interdum ſalutarium morborum initio pura excerni, ubi ſcilicet nondum naturæ in materiam morboſam cœpit actio; & eadem in criſi aut vi medicamenti utiliter egreſſa, corpore ita expurgato.

8. Cujus, materiæ quæ in pulmone moratur, vitium, facultatis infirmitas, aut branchiarum infarctus, cauſa.

9. Propter jam datas cauſas.

10. Tanquam mali affectus & ſignum & cauſa.

11. Ἄμικτον ὑγρότητος ὑδατώδους, qualis fuit ſanguis Philiſci, exhauſto ſero à febrili calore. Unde bilis, quæ antea erat ὠχρὰ, *pallida*, flava & vitellina redditur.

12. Καταγλισχραινόμενον ἀσαπέως, ſine concoctione & ſine aptitudine ad eam ſuſcipiendam, in morbis quidem acutis à febrili calore, in frigidis à cruditate. Hinc excernendi propter contuma-

ciam

ciam difficultas, & majus ex tuſſi damnum, quàm levamentum.

13. Cum glutinoſo nempe & rotundo conjunctum. Nam album ſeorſim aut laudabile eſt, aut inutile tantum: illud in pituitoſa pleuritide in ſtatu, ſi puri ſimile: hoc in bilioſa, ſimul juncta, peruſti humoris ab æſtu, quo pars ipſa conflagrat, indicium eſt. Hinc ſputi & ſpirationis difficultas, majorque doloris & tuſſis moleſtia; &, ſi caput facilè aſcendentium ex tenui humore fuliginum acrimoniam ſentit, delirium; cujus in Plinthio exemplum.

14. Χλωρὸν κάρτα, viride nigricans, & jam ferè æruginoſum, vel, ut quibuſdam placet, ex viridi & ferrugineo mixtum, caloris nimium adurentis, & ſerum, quod ſupereſt, exſolventis, indicium.

15. Σφόδρα nempe, fermentatâ quaſi à calore igneo materiâ, quod ingentem ardorem & incendium internum, vel colliquationem, teſtatur. Quo minutiores & æqualiores bullæ, eo pejores; quia æqualitas in illis quæ contra naturam ſunt, peſſima eſt.

16. Ab atra pura, ſed modica, bile. Livor in parte caloris nativi νέκρωσιν ſignificat, aut calore externo, aut frigore, aut putredine, contractam.

17. Æruginoſum, aut potius violaceum, quod immodico calore ſupra modum exaſſatum eſt, acerrimæ, erodentis & malignissimæ qualitatis.

18. Nullum aliud eo pernicioſius eſt, quod ſincerè nigrum redditur. Teſtatur enim vel bilem ſupra modum torrefactam, quæ atra, peſſima & exedentiſſima evadit; aut extinctionem atque frigiditatem, ut in moribundis; aut craſſum ſanguinem æquè reſiccatum. *Denigratur* autem ſæpe ex eventu quodam *ſputum*, ut à cibo, fumo,

defluxione capitis, ſanguinis grumo, humoris melancholici vapore, & fuligine è corde: quod ad præſagium diſtinguere oportet.

19. Veræ pleuritides & peripneumoniæ ferè ſunt à ſanguine concalefacto, & bile. Quia verò iſtæ inflammationes cute denſa non teguntur, ideò tenuis humiditas concoctionis initio ab iis exudat; haud diſſimilis ſaniei, quæ ex ulceribus; aut tenui lacryma, quæ ex oculis phlegmone obſeſſis manat: & ſic ſanguis interdum ſputis permiſcetur aut ea tingit, qui tuſſi excreatur.

20. Intra primum morbi quaternarium, aut certè ante ſeptimum. ἀνακαθάρσεως laus in celeritate.

21. Quia repletionem particularem vacuat, & ipſum rheuma conſiſtens exhaurit. Imò meatuum laxitatem cum facultatis robore, & humoris benignitate, indicat.

22. Quia morbus dilatâ concoctione prorogatur, & interim tam ab iis quæ ſiniſtrè accidere ſolent, quam ab externis rebus, & exolutione virium, metus. Hinc & cruditatis & imbecillitatis in facultate concoctrice ſignum. *Illius*, quia, dum ſanguis concoquitur, rubro colore depoſito, ad albedinem accedit: *Hujus*, quia humor benignus, & ad concoctionem aptiſſimus, nondum poteſt concoqui.

23. Nullo dilutum ſero, ſed merum nigreſcens, ruptâ, apertâ, vel exesâ pulmonis venâ.

24. Simul atque quis ægrotare cœperit.

25. Ex putredine fœda, & partis νεκρώσεως.

26. Ob tantam partis corruptelam, ut reſtitui non poſſit.

27. Vide ſuperius dicta.

28. Ἰξώδεα, *viſco ſimilia*, quæ non permixtione humidi aërei talia, ſed exſiccatione

& ſpi-

& ſpiritus flatuoſi, à calore extraneo, fervore.

29. Craſſiora nempe, non tenuia, aquea, & cruda.

30. Quæ, à fuligine, & ferventium humorum halitu, in ſuperficie tinguntur, aut diutius contenta & concalefacta, odore, aut ſapore, fuliginem referunt.

31. Quia mucoſitatem à calore non urente, ſed concoquente, mutuantur; tincturam à fuligine potius, quàm ab humiditatis naturalis uſtione, ſiccitate, aut bilis atræ permiſtione.

32. Principio morbi exacto, ſub quintum diem.

33. Ab exudante ſero, & materia inflammationis.

34. Si doloris remiſſio, ſpiratio liberior, & tenſionis laxitas, inſequitur. Vide Prognoſtica.

CCCXCI. Πᾶν δὲ πτύαλον μὴ λύον τὴν ὀδύνην, πονηρόν. λύον δὲ, χρήσιμον.

CCCXCI. *Sputum autem quodcunque dolorem non* [1] *tollit, malum* [2] *ſignificat, quod vero* [3] *ſolvit,* [4] *bonum.*

1. Quantumvis primâ ſpecie bonum appareat.

2. Quia vel nihil de humore peccante educit; vel cum eo aliquid, quod naturæ familiare eſt, ejicit; vel à perenni humoris è cerebro deſtillatione, aut ſanguinis è corde per venam arterioſam affluxu, ortum habet. Quod ſi ſuapte natura pravum eſt, ut nigrum, geminatur malum.

3. Revera, & non falsò, ut in tranſlatione materiæ ad caput, aut ſenſus communis errore, aut ſenſus in parte extinctione.

4. Quia talia purgantur, qualia oportet, confert & leviter ferunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

CCCXCII. Ὅσοι δὲ μετὰ τοῦ χολώδεος πυῶδες ἀνάγουσιν, ἢ χωρὶς, ἢ μεμιγμένον, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τεσσαρεσκαιδεκαταῖοι θνήσκουσιν, ἢν μή τι κακὸν ἢ ἀγαθὸν ἐπιγένηται τῶν προγεγραμμένων. εἰ δὲ μὴ, κατὰ λόγον. μάλιστα δὲ οἷσιν ἑβδομαίοισιν ἄρχεται τὸ τοιοῦτον πτύαλον.

CCCXCII. *Quibus cum* [1] *illioſo purulentum* [2] *ſputum, aut ſeorſum, aut ſimul permixtum,* [3] *educitur, ii utplurimum decimoquarto* [4] *die* [5] *intereunt, niſi malum aut bonum aliquod ex his quæ prius deſcripta ſunt, contingat. Alioqui certe pro ratione* [6] *mors expectanda eſt, atque in his præcipue quibus ſeptimo* [7] *die ſputum hujuſmodi procedere cœpit.*

1. Meræ bilis flavæ aut viridis, quæ pepaſmo caret.

2. Pus fuſcum, amurcoſum, cœnoſum & inæquale. Materiam inæqualem & heterogeneam utrumque, ſive ſimul, ſive ſeparatim excludatur, oſtendit.

3. Et die ſeptimo vel alio decernente apparere incipit, ut poſt additur.

4. Si omnia ſigna moderata ſunt. Eſt enim hic dies terminus mortis utrinque medius.

5. Per caloris vitalis extinctionem & ſuffocationẽ, à partium ad vitam neceſſariarum oppreſſione.

6. Κατὰ λόγον, id eſt, ſubductis ſignorum rationibus, & collatis inter ſe viribus, indeque facta prædictione celerioris aut tardioris mortis. Nam, ſi letali ſputo malum aliud valdè letale accedat,

ut cum morbi magnitudine virium imbecillitas, ad undecimum diem æger vix perveniet: ſi quædam admodum ſalutaria, ad tertiam ſeptimanam durabit: ſi alia letalia, alia ſalutaria, pro ratione virium colligendum erit, & fortè decimo quarto morietur.

7. Multò certius mortem præmonſtrat ſuppurationis illius inæqualitas, ſi die ſeptimo ſe exerat; tum quia humor, pepaſmi minimè capax, diutius cunctando partem obſeſſam magis labefactat; tum quia dies criticus prædictionem facit certiorem. Vide Prognoſtica.

CCCXCIII. Ἔστι δὲ ἀγαθὸν μὲν καὶ τούτοισι καὶ πᾶσι τοῖσι περὶ πλεύμονα, φέρειν ῥηϊδίως τὸ νόσημα, τῆς ὀδύνης ἀπηλλάχθαι, τὸ πτύαλον εὐπετέως ἀνάγειν, εὔπνοον εἶναι καὶ ἄδιψον, τὸ σῶμα ἅπαν ὁμαλῶς θερμαίνεσθαι, μαλθακὸν εἶναι. καὶ πρὸς τούτοισιν ὕπνους, ἱδρῶτας, οὔρων διαχώρησιν χρηστὰ γίνεσθαι· κακὰ δὲ τἀναντία τούτων. εἰ μὲν οὖν πάντα προσγένοιτο τῷ πλύσματι τούτῳ τὰ χρήσιμα, σώζοιτ' ἄν. εἰ δὲ τὰ μὲν, τὰ δὲ μὴ, οὐ πλείους τῶν τεσσαρεσκαίδεκα βιώσας. τῶν δ' ἐναντίων σημείων ἐπιγινομένων, συντομώτερον.

CCCXCIII. *In his* [1] *igitur & omnibus qui pulmonem affligunt morbis, bonum quidem eſt facile morbum* [2] *ſuſtinere, dolore* [3] *defungi, ſputum prompte* [4] *expuere, facile* [5] *ſpirare, ſiti* [6] *eſſe vacuum, reliquum corpus æqualiter* [7] *incaleſcere ac molle* [8] *eſſe. Ad hæc* [9] *ſomnos,* [10] *ſudores, urinarum* [11] *e-*

ductionem laudabiliter fieri: quibus [12] *contraria mala ſunt. Quandocunque ergo bona hæc omnia huic ſputo aderunt, poterit ſecunda valetudo contingere. Quod ſi quædam adfuerint, quædam etiam abfuerint, non ultra decimumquartum diem vita producetur. At vero ſi contraria ſigna acceſſerint, celerius mors continget.*

1. Pleuriticis purulentis.

2. Quia hoc oſtendit, vires in toto & in parte eſſe validas, naturam à morbo non ſuperari, nec materiam eſſe talem, quæ inquietudinem cauſetur.

3. Quia hoc devictam morbificam cauſam teſtatur, maximè ſignis coctionis, & excretione Critica, præſentibus. Falsò allevatur in tranſlatione materiæ ad partem ſenſus expertem, aut in delirio.

4. Quia id facultatis animalis integritatem, muſculorum intercoſtalium robur, humoris benignitatem, & bronchiarum liberos ductus, arguit.

5. Quia hoc tunicæ coſtis intextæ, quæ nimium diſtenta erat, laxitatem, & ſputi liberum exitum innuit. Reſpiratio bona maximam vim habet in morbis, qui thoracem vel pulmonem occuparunt.

6. Vi ſentiendi in ore ventriculi, & communi ſenſu, integris. Oſtendit enim, nec humorem eſſe calidum, nec humidum in ventre vel pulmone putreſcere, nec pituitam ſalſam è cerebro deſtillare, quæ pulmonem erodat.

7. Quia iſtud benigni morbi argumentum, cui nec inflammatio interior, nec virium oppreſſio

aut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

aut extinctio, nec aliquis alius vehemens cordis affectus, conjungitur.

8. Quia declarat utramque duritiei cauſam abeſſe, vehementem ſcilicet refrigerationem ab extinctione caloris, & partium ſolidarum extremam ab incendio febrili ſiccitatem.

9. Somni ſuaves & moderati, quique turbulenti non ſunt, naturam morbo eſſe parem, cerebrum à nullo halitu acri offendi, nec vel immodica ſiccitate exaruiſſe, vel vehementer refrigeratum, vel ſuperfluo humore madere, indicant.

10. Sudores boni omnibus febribus judicandis inſerviunt; nec parum viſcerum interiorum inflammationibus opitulantur.

11. Urinæ in qualitate, copia, tempore & excernendi modo laudabiles, alvi & hepatis coctionem, cum partium unde veniunt, ſeu venarum, quo feruntur, ſeu renum, ubi excipiuntur, ſeu veſicæ, integritate, innuunt.

12. Quæ ex antitheſi colliguntur. Et *nota:* Omnium potius vires, quam numerum, obſervari debere ad præſagium, & in morbo periculoſo conferri, ut, ſi omnia conveniunt, ſervari poſſit æger; ſi quædam prava acceſſerint, mortis periculum confirmetur. Vide plura in Prognoſtico.

CCCXCIV. Ὅσα δὲ τῶν ἀλγημάτων ἐν τοῖσι τόποισι τούτοισι μὴ παύσηται, μήτε πρὸς τὰς ἀναπτύσιας, μήτε πρὸς τὰς φλεβοτομίας τε καὶ διαίτας, ἐμπυοῦται.

CCCXCIV. *Dolores [1] in locis hujuſmodi, qui neque ad [2] expuitiones, neque ad [3] venæ ſectionem, aut [4] victus rationem, deſinunt, ad ſuppurationem [5] tendunt.*

 1. Qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

1. Qui pulmones & coſtas exercent.

2. Seu quòd nulla fuerit anacatharſis, ſeu quòd ἡμίῤῥοπος tantum & inchoata, nec copioſa.

3. Ad vacuationem, revulſionem, derivationem, accommodatam, præſertim quando partes ſuperiores inflammatio obſidet. Φλεβοτομίας dixit, quia hoc ſæpe remedium repeti debet, & ex variis locis latex mitti.

4. Initio & pleuritide adhuc ſicca exquiſitiſſimam. Hippocrates ſputo apparente & ore humeſcente ptiſanam imperat. In Prognoſtico addit ἐκκόπρωσιν, & φαρμακείας.

5. Eſt enim hæc mutatio ſuccedanea ſyſtrophicæ inflammationis, quam vacuatio propria non ſanavit, nec partis obſeſſæ corruptio ad νέκρωσιν perduxit. Eſt quodammodo inter optimam criſin aut phlegmonis digeſtionem & affectionem inſanabilem media: fitque intra decimum quartum diem.

CCCXCV. Ὅσοισι δὲ ἐκ περιπλευμονίης ἀποστάσιες παρ' οὖς, ἢ ἐς τὰ κάτω γίνονται, καὶ ἐκπυοῦσί τε, καὶ ἐκσυριγγοῦνται. περιγίνονται δὲ, οἷσιν ἂν ὅ,τε πυρετὸς, καὶ ὁ πόνος παρακολουθῇ, καὶ τὸ πτύαλον χωρέῃ κατὰ λόγον. μηδὲ χολώδεες αἱ διαχωρήσιες, εὔλυτοί τε καὶ ἄκρητοι γίνονται, μηδὲ οὖρον παχύ τε σφόδρα, καὶ πολλὴν ὑπόστασιν ἔχον, τάτε ἄλλα σωτηρίας ἔχοιεν. γίνονται δὲ, αἱ μὲν ἐς τὰ κάτω, οἷσιν ἂν περὶ ὑποχόνδρια φλεγμονὴ γίνηται. αἱ δὲ ἐς τὰ ἄνω, οἷσιν ἂν τὸ μὲν ὑποχόνδριον λαπαρόν τε καὶ ἀνώδυνον ᾖ. δύσπνοοι δέ τινα χρόνον γινόμενοι, παύσωνται χωρὶς προφάσιος.

CCCXCV. *Quibus* [1] *ex pulmonis* [2] *inflammatione abſceſſus ad* [3] *aures aut inferiores* [4] *partes fiunt, tum* [5] *ſuppurant, tum per* [6] *fiſtulam via aperta effunduntur. His autem ſecunda* [7] *valetudo contingit, quos* [8] *febris & * [9] *dolor conſequitur, ſi ſputum non ſatis* [10] *pro ratione ejicitur, neque bilioſæ* [11] *fuerint alvi dejectiones, ſed ſolutu faciles ac ſinceræ, neque urina* [12] *admodum craſſa, aut multum habens ſedimentum ac in reliquis omnia ſecuritatem polliceantur. Fiunt* [13] *autem, aliis quidem, in partibus inferioribus, quos circa præcordia* [14] *inflammatio fatigat; aliis vero, in ſuperioribus partibus, quibus præcordia tumoris & doloris ſunt expertia, ſpirandi autem* [15] *difficultas pro tempore acceſſerit, quæ deinde ſine ulla evidenti occaſione quieſcat.*

1. Nondum affectis, ſeu per expectorationem, ſeu per ſanguinis detractionem, vel diætam convenientem, liberatis.

2. Quæ cum febre acuta, ſpirandi difficultate, pectoris gravitate, & dolore omoplatæ ad jugulum & mammam excurrentis, à ſanguine bilioſo, vel pituitoſo, profecta, conjungitur.

3. Per humoris morbifici in venas jugulares & carotidas quæ ad caput procedunt, & ſurculos faucibus, quibus glandula adjacet, largiuntur, expreſſionem.

4. Infra umbilicum ad crura, ubi procul à morbi foco tumores ἀξίως τῆς περιβολῆς, pro dignitate & copia humoris, aſſurgere poſſunt.

5. Utiliter, ſi pus coctum & naturale, ex quo, præter caloris robur, periculi recurſus abſentiam colligas.

6. Ἐκσυριγγοῦνται, longos ſinus efficiunt; quia longa puris ex vomica affuſi via eſt. Ubi parum expeditè pus egredi poteſt, & orificium ulceris ſuperiore parte, alveus autem in declivi, cavari fiſtulæ ſolent. Galenus ἀναστομοῦνται exponit.

7. In peripneumonia nempe, neque bilioſa, neque letali, ſed inter facilem & pernicioſam mediâ, eâdemque diuturnâ. Abſceſſuum hic futurorum congeruntur ſigna.

8. Continenter quidem, ſed non ita vehementer, ægrum exercens.

9. Gravativus. Pulmo tumens membranam quâ obvolvitur, deprimit, extremis præcipuè partibus, quibus pectori & ſpinæ alligatur. Dolore ceſſante non eſt opus abſceſſu; celeri motu & ſymptomatum vehementia urgente, criſis per excretionem potius expectari debet.

10. Id eſt, ſi crudum difficulter aut tardius prodit, nec vel dolorem, vel febrem, levat. Aliàs ſemper aliquid pulmo propter laxitatem contenti humoris remittit.

11. In morbis bilioſis nullus naſcitur abſceſſus lege critica; ſi aliquis, contentioni naturæ, ſeſe quoquo modo ſalvare volentis, adſcribendus eſt. *Alvus ſoluta*, per excretionem potius, quam abſceſſum, ſolutum iri morbum, indicio eſt. *Meraca*, ſi pro illis ſumantur, quæ naturali ſero deſtituta ſunt, bonum abſceſſum non ſuppeditant; ſi pro illis quæ alteri humori non permiſcentur, ut aquoſa ſine bile, cruditatem, quæ longa coctione indiget, & abſceſſus ſpem, innuunt. Galenus ἐκλύτους διαχωρήσεις, τὰς συμμέτρους ὑπερχομένας explicat; & ἀκρίτους, τὰς ὑδαλώδεις καὶ ἀμίκτους.

12. Urina

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

12. Urina craſſa cum copia concoctionem teſtatur, multum ſedimentum, expurgationem, quæ ſpem abſceſſus præripit, ex Aphor. 74 ſectionis 4. *Nota hinc, quinque modis peripneumoniam finiri: nempe Strangulatu ac morte*, per ſuppreſſionem ſputi: *Coctione*, qui modus tutiſſimus eſt: *Suppuratione*, ex qua empyema, aut ſuffocatio, aut tabes: *Criſi* aut *derivatione* & *expurgatione* humoris per veſicam vel alvum: *Abſceſſu* ponè aures aut in cruribus.

13. Quia abſceſſus poſſunt eſſe ratione partium indifferentes, ideò tradit ſigna, ex quibus conjicias, ad ſuperiores-ne, an ad inferiores, partes vergant.

14. Deſcendente ad crura materiâ, hypochondria, quia in medio occurrunt, inflammantur, ſive illa per venam magnam, ſive per arteriam lævem & ſiniſtrum cordis ventriculum, ſive per cæca ſpiracula veniat, & quidem cum imminutione difficultatis ſpirandi, exſoluto thorace copiâ. Abſcedente eâdem per venam cavam & ipſius ramos in crura, inflammatio & dolor ſedantur. Herophonti lienis primò tumor, mox bubonis & cruris abſceſſus.

15. Et quidem repentè, ſubitoque iterum ſine evidenti cauſa, copioſa nempe ſputi, alvi, urinarum, ſanguinis è naribus, excretione, deſinat. Hinc enim certò colligi poteſt, humorem ad caput repere, & parotidas veluti in procinctu. Fit hæc migratio plerumque uno die, interdum tardius aut celerius.

CCCXCVI. Αἱ δὲ ἐς τὰ σκέλεα τῶν ἀποστασίων, ἐν τῇσιν ἐπικινδύνοισι περιπλευμονίῃσι, λυσιτελέες μὲν πᾶσαι. βέλτισται δὲ αἱ τοῦ πτυέλου πυώδεος ἀντὶ ξανθοῦ γινομένου.

μὴ χωρέοντος δὲ τοῦ πτυέλου κατὰ λόγον, μηδὲ τοῦ οὔρου χρηστὴν ὑπόστασιν ἔχοντος, κίνδυνος χωλωθῆναι τὸν ἄνθρωπον, ἢ καὶ πολλὰ πρήγματα παρασχεῖν. ἢν δὲ παλινδρομέωσιν αἱ ἀποστάσιες, πυρετοῦ παρακολουθοῦντος, καὶ τοῦ πτυάλου μὴ χωρέοντος, κίνδυνος θανεῖν καὶ παραφρονῆσαι. ὅσοι δὲ τῶν περιπλευμονικῶν μὴ ἀνεκαθάρθησαν ἐν τῇσι κρισίμῃσιν ἡμέρῃσιν, ἀλλὰ παρακόψαντες διέφυγον τὰς τεσσαρεσκαίδεκα, κίνδυνος ἐμπύους γενέσθαι.

CCCXCVI. *At vero in pulmonis inflammationibus quæ periculum creant, abſceſſus in cruribus non* [1] *inutiliter fiunt. Quibus nec poteſt quicquam melius accedere, quam ſi ſputum* [2] *pro flavo purulentum exiſtat. At ſi neque ſputum pro ratione excernitur, neque in urina bonum apparet ſedimentum, periculum eſt ne* [3] *claudicet æger, aut ne res multum negotii ſit exhibitura. Quod ſi abſceſſus intro* [4] *recurrant, perſeverante febre neque prodeunte ſputo, periculum aut* [5] *mortis, aut* [6] *delirii, imminet. Quicunque vero pulmonis inflammatione laborant, neque diebus* [7] *judicatoriis* [8] *repurgantur, verum cum* [9] *delirio quatuordecim dies ſuperarunt, iis ſuppurationis* [10] *metus impendet.*

1. Quia deorſum & longiſſime à parte primitus affecta, inque partes ignobiliores diſcedunt.

2. Ex

2. Ex ſignis enim hoc coctionis, parti ipſi affectæ peculiaribus. Celeres coctiones celeritatem judicii & ſalutis ſecuritatem pollicentur: imprimis ſi ſigna univerſalia, in urinis, particularibus junguntur, & ſputum copiosè, & ſine difficultate, procedit.

3. Tum propter articulorum particularem laxitatem & motum, quæ fluxionem crudam trahunt & excipiunt, tum propter irruentis materiæ corruptionem & copiam, quæ frigidiore loco concluſa vinci à calore nequit; tum quòd propter temporis diuturnitatem pars ante labefactatur, quàm ad coctionem ventum eſt. *Cruditas urinarum* oſtendit, etiam à toto corpore, non pulmone ſaltem, materiam crudam in articulos derivari.

4. Παλινδρομεῖν eſt propriè, quando materia in eum locum recurrit, unde ſeceſſerat: cujus ſignum, quòd febris perſiſtit, vel etiam augetur, ſpiratio difficilis evadit, nullum ſputum prodit.

5. Maximè ſi parotides febre manente evanuerunt: unde angina, cataphora vel ſtrangulatus.

6. Propter calorem ac fuliginis copiam, aut cerebri cum affecto pulmone ſympathiam.

7. Ad decimum quartum uſque. Facit dierum criticorum mentionem, non tantum quia certiora & firmiora, quæ in illos dies incidunt; ſed etiam, quia peripneumonici inter tuſſiendum, aliquid contenti humoris propter viſceris affecti laxitatem ſemper emittunt; & quidem ſine levamento, niſi ſputi mutatio & facilis largaque ἀνακάθαρσις ſuccedat. ἡμέρας κυρίας vocat Criticos, quia eorum dominatu & magiſterio morbi omnes reguntur & exiguntur.

8. Liberè & liberaliter, per ſputi flavi, pauco ſanguine perfuſi, expectorationem.

9. Pus dum fit, dolores & febres accidunt magis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

gis, quàm confecto. Unde ex humoris ebullitione & ſummo innati caloris conatu, accedentibus de quibus ſupra, delirium invadit.

10. Quâ factâ, lentâ quidem, ſed continuâ, febre, qualis tabidorum, laboranti, ſi ante ſuppurationem tuſſi, ſpirandi difficultate, anguſtia, &c. non præfocantur.

CCCXCVII. Τῶν περιπλευμονιῶν αἱ ἐκ πλευριτικῆς μεθιστάσαι, τῶν ἐξ ἀρχῆς γενομένων ἀσφαλέστεραι.

CCCXCVII. *Pulmonis inflammationes quæ ex morbo laterali permutationem accipiunt, iis, quæ ab initio fiunt, ſecuriores ſunt.*

Senſum hujus Coacæ aliquot axiomatibus exponemus. 1. Peripneumoniam pleuritidi, vel ſupervenire, vel ſuccedere, & quidem frequentius, quam pleuritidem peripneumoniæ. *Illud* per ἐπιγέννημα, quando morbus morbo ſuccedit: *iſtud* per μετάστασιν, ſeu μετάπτωσιν, (πνεύμων, πλευρῶν γειτόνημα) quando uno ceſſar.te alter oboritur: *hoc*, quia in leviore peripneumonia citius humor expurgatur, quàm in latus diffunditur; in vehementi citius æger ſuffocatur, quàm coſtæ ſimul afficiantur. 2. Poſſe majorem eſſe peripneumoniam, quæ ἐξ ἀρχῆς, & nullo antecedente morbo, invaſit, illâ quæ κατὰ μετάστασιν· quod plerumque paucior & tenuior ſit humor, qui ex lateribus in thoracis cavitatem venit, promptiuſque ideò à natura ſuperatur. 3. Periculoſiorem ferè ſemper peripneumoniam quæ pleuritidem inſequitur, ita ut χαλεπώτεραι potius, quam ἀσφαλέστεραι, legi debeat: tum quod ma-

teria

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

teria ex ignobiliore in nobiliorem locum transferatur; tum quia jam viribus exſoluti, & remediis fruſtra erogatis defatigati ægri, fracto coacta & difficili reſpiratione pulmone, novo accedente infortunio ſuccumbant. 4. Poſſe etiam per peripneumonias ἀσφαλεστέρας intelligi, peripneumonias quæ exitum firmiorem & ſtabiliorem habent; ſeu quæ nec in abſceſſus ſuperiores, nec in inferiores, nec in ſuppurationem, alioſque exitus varios & incertos, abeunt; quod de primogeneis ſupra dictum: & quidem propter vires à priore morbo ita acciſas, ut ſubſequentem tamdiu ferre non poſſit, donec abſceſſum faciat, aut ad ſuppurationem deveniat.

CCCXCVIII. *Τῶν δὲ σωμάτων τὰ γεγυμνασμένα καὶ πυκνὰ θᾶσσον ὑπὸ τῶν πλευριτικῶν καὶ περιπλευμονικῶν ἀπόλλυνται τῶν ἀγυμνάστων.*

CCCXCVIII. [1] *Denſa & exercitationi [2] dedita corpora, citius ex morbo laterali & pulmonis inflammatione [3] intereunt, quam quæ ſine [4] exercitatione degunt.*

1. Immoderatè; qualia ſunt lævia, glabra, craſſa, & minimè perſpirabilia.

2. Violentæ nempe, quæ & per ſeipſas, & per continuationem, & per unius in alteram ſubitam mutationem naturæ infenſa eſt. Denſitas naturale temperamentum innuit, exercitatio acquiſitum.

3. Ratio apud Hippocratem, lib. 1 de Morbis. Quum morbus, *inquit*, conſpicuus factus fuerit, & aut pus aut ſanguinem aut utrumque exſpuerint,

qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

qui quidem juniores ſunt, cum corpus ipſorum ſit robuſtum, ac denſum, non æqualiter depurgari poſſunt ab ulceribus, quorum pus in ſuperno ventriculo conſiſtit. Nam pulmo non valdè trahit ad arterias, ut qui denſior ſit; & arteriæ, cum tenues & arctæ ſint, pus non ſuſcipiunt niſi modicum, & raro. Quare neceſſe eſt pus in thorace coacervari & craſſum fieri, &c. *Summa:* Quia minus in talibus exhalat, plus putredini & incendio materiæ relinquitur: quia ſputum craſſeſcit, nec facilè thoracis partes motui & reſolutioni obediunt, ideò conclusâ flammâ celerius ægri ſuffocantur.

4. Quòd talia, quia mollia & fluida, ad omnem expurgationem ſint paratiſſima.

CCCXCIX. Κορύζας καὶ πταρμοὺς τοῖσι περὶ πλεύμονα ἢ προγινέεσθαι, καὶ ἐπιγινέεσθαι, πονηρόν. τοῖσι δὲ λοιποῖσι πταρμὸς οὐκ ἀλυσιτελής.

CCCXCIX. *In morbis pulmonis* [1] *gravedines &* [2] *ſternutamenta tum præcedere, tum vero ſuccedere, malo* [3] *eſt. In reliquis vero morbis* [4] *ſternutamentum* [5] *utilitate non vacat.*

1. Catarrhos & ferinas è capite deſtillationes, quas fundit caput repletum, vel à tempeſtate auſtrina, quam aquilonia excepit; vel ab uſu vini generoſi & vaporoſi, vel à vaporum, ex contraria partium nobiliorum, & humorum, jecoris nempe æſtuantis, cum ſanguinis orgaſmo, & capitis minimè perſpirabilis, intemperie exortorum, copia.

2. Symptoma notiſſimum.

3. Nam ſi præceſſerint, vitioſo humore pulmonem

nem replent: ſin trahente jam morbo ſupervenerint, pulmonis vehementem affectum, impletumque ab eo caput, teſtantur. Gravedinem verò ſternutamenta excipientia, pulmonem, dum thoracem vehementer concutiunt, plurimum offendunt.

4. Univerſi corporis & partium ſingularum, qui jam aliquantulum proceſſerunt.

5. Et ut ſignum, & ut cauſa. *Illud*, quia caput allevant & mucoſis liberant. *Hoc*, quia & expultricem cerebri validam, & coctionem, quâ natura calore opifici aliquid movet, & partim vincit, partim cum materia conflictatur, innuunt.

CCCC. Τοῖσι περιπλευμονικοῖσιν οἷσι γλῶσσα πᾶσα λευκὴ καὶ τρηχεῖα γίνεται, ἀμφότερα φλεγμαίνει τὰ μέρεα τοῦ πλεύμονος. οἷσι δὲ τὸ ἥμισυ, ἐν καθ' ὃ φαίνεται. καὶ οἷσι μὲν πρὸς τὴν κληῗδα ὁ πόνος γίνεται, ἡ ἄνω πτέρυξ τοῦ πλεύμονος ἡ μία νοσέει· οἷσι δὲ πρὸς ἄμφω τὰς κληῗδας ὁ πόνος γίνεται, αἱ ἄνω πτέρυγες τοῦ πλεύμονος ἄμφω νοσέουσιν. οἷσι δὲ κατὰ μέσην τὴν πλευρὴν, ἡ μέση. οἷσι δὲ πρὸς τὴν διάτασιν, ἡ κάτω. οἷσι δὲ πᾶν τὸ ἓν μέρος πονέουσι, πάντα τὰ κατὰ τοῦτο μέρος νοσέει. ἢν μὲν οὖν σφόδρα φλεγμαίνωσιν καὶ ἀορταὶ, ὥστε προσθῆναι πρὸς τὸ πλευρὸν, παραλύονται τὸ κατὰ τοῦτο τὸ μέρος τοῦ σώματος, καὶ πελιώματα περὶ τὴν πλευρὴν ἔξω γίνεται. τούτους δὲ ἐκάλεον οἱ ἀρχαῖοι βλητούς. ἢν δὲ μὴ σφόδρα φλεγμαίνωσιν, ὥστε μὴ προσκαθῆναι, ἀλγηδὼν μὲν γίνεται παρ' ὅλον,

οὐ μὴν

οὐ μὴν παραλύονταί γε, οὐδὲ πελιώματα ἴσχουσιν.

CCCC. *In pulmonis inflammationibus ſi lingua tota [1] alba fiat ac [2] aſpera, ambæ [3] pulmonis partes inflammatione vexantur, quibus vero dimidiata lingua, qua parte [4] id apparet, inflammatio affligit. At quibus quidem ad unam claviculam [5] dolor ſubit, iis una ſuperior pulmonis ala laborat: quibus vero ad ambas claviculas dolor extenditur, ambæ ſuperiores pulmonis alæ laborant: quibus ad mediam [6] coſtam, media: quibus vero, ad quam partem [7] pulmo extenditur, dolor permeat, inferna ala laborat: quibus una tota pars laborat, quæ ei parti reſpondent, omnia ægrotant. Si quidem igitur ſuſpenſæ utrinque pulmonis partes [8] aortæ dictæ, tanta inflammatione tententur, ut ad latus [9] adhæreant, illa corporis parte [10] reſolutionem ſentiunt, & ad coſtam [11] livores foris fiunt, quos veteres ictos [12] aut ſidere percuſſos vocabant. Quod ſi tanta non eſt inflammatio ut adhæreant, dolor quidem totum occupat, neque tamen reſolutionem [13] ſentiunt, neque livores habent.*

1. Per exhalationes ab humore pituitoſo, qui in peripneumonia rarò non abundat, elatas, & per fibras muſculorum, tunicæque interioris laryngis, linguæ communicatas. Maximè pituitoſis morbis obnoxii pulmones. Cum enim humores

frigid

frigidi attractioni deſtinati ſint, facilè in eo humores ex occurſu frigidi pituiteſcunt. In libris de Morbis flava peripneumonicis adſcribitur, temporis progreſſu nigreſcens, moribundis ſcabra diffiſſa & digitis adhærens. Alibi περιπλευμονικὴν γλῶσσαν peculiari denominatione inſignit Hippocrates, & ὠχρόλευκον, vel ὠχροτέρην eſſe ſcribit.

2. Propter glandularum ſalivam effundentium, venarum hypoglottidum, tunicæque gutturalis linguam veſtientis, nimiam ſiccitatem.

3. Dextra & ſiniſtra, medianâ quâdam lineâ interſeptæ, duabuſque fibris, velut alis, inſtructæ.

4. Κατ' ἕξιν, ex naturæ impulſu, humoris motu, & partium affectarum loco & ſitu.

5. Os illud tortuoſum omoplatam cum ſterno alligans, quod jugulum appellatur. *Dolorem* verò illum, qui vel tenſivus, vel gravans, vel uterque, tumens, & membranas interſepientes in extremis ſuis partibus premens, pulmo movet. Membranas intellige, quæ à pectore ad ſpinam protenſæ, thoracem ſic diſtinguunt, ut geminos ſinus producant.

6. In medio pectore quâ parte ſternum eſt, & media membrana, quam μέσην πλευρὴν nuncupant. Graviſſima ibi pulmonia, quod ad cordis baſin, nobiliorem quàm cuſpis partem, incumbat.

7. Ad ſepti tranſverſi regionem, & thoracis terminum inferiorem. Dicitur διάτασις, quod ad inferiorem thoracem diſtendatur.

8. Aortæ, ſeu ἀορτραὶ, non ſolum dicuntur vaſa, quæ à corde derivata per pulmones diſſeminantur; ſed & aſperæ arteriæ cartilagines propè circulares, in totum pulmonem à gutture quaquaverſum in tenues ramos ac fiſtulas diſperſæ, ejuſque

ejuſque totam ſubſtantiam contexentes; vaſa adeoque omnia pulmonem conſtituentia.

9. Id eſt, in tantam molem pulmones attollantur, ut concepto humore turgentes lobi, pectoris cavitate repletâ, in latus facilè incumbant, eique adhæreſcant.

10. Tum quòd primi intercoſtales, à quibus ad brachia nervi derivantur, tumore premantur: tum quòd muſculorum thoracem moventium calor nativus reſolvatur, & facultas motrix labefactetur, cujus defectus reſolutio eſt: tum quòd extincto vel ſuffocato cordis calore, citra ſyncopen tamen, velut attoniti, denegatâ ſubinde movendi facultate, moriantur. Quid, ſi prohibita ſanguinis eventatione, ſanguis, & cum eo animales ſpiritus & partis illius, & aliarum per quas tranſeunt, quodammodo congelantur; ut videmus partes externas motu & ſenſu, illæſo nervoſo genere, vel ejus principio, privari? vel ſublatâ per pulmones lateri incumbentes, occluſiſque eorum poroſitatibus, cordis perſpiratione, ſanguinem in eo ſiſti neceſſe eſt?

11. Quia ſanguis tum propter dolorem, tum propter calorem igneum ad latus colligitur, & ab inflammata parte vi exprimitur.

12. Quòd eodem modo fulmine afflati intereant. Pleuriticos βλητὺς dici Hippocrates ſcribit, quod ſtertore ac difficultate ſpirandi repentè ſuffocati, totum latus in quo inflammatio deliteſcebat, tanquam ex plaga lividum habeant. Phavorinus antiquis ſic dictos vult, ὅσοι ἀπὸ ὀξέων νοσημάτων αἰφνιδίως ἐτελεύτων.

13. Quòd nulla ſit venarum & arteriarum in anguſto coarctatio, aut nervorum preſſus.

CCCCI. Οἷσι δ᾽ ἅπας ὁ πλεύμων

φλε-

φλεγμήνῃ μετὰ τῆς καρδίης, ὥστε καὶ προσπεσεῖν πρὸς τὴν πλευρὴν, παραλύεται πᾶς ὁ νοσέων, καὶ κεῖται ψυχρὸς ὁ νοσέων ἀναίσθητος. θνήσκει δὲ δευτεραῖος, ἢ τριταῖος. ἢν δὲ καὶ χωρὶς τῆς καρδίης συμβῇ, καὶ ἧσσον, πλείονα χρόνον ζῶσιν. ἔνιοι δὲ καὶ διασώζονται.

CCCCI. *Quibus autem una cum corde [1] pulmo totus inflammatur, ita ut in latus incumbat, ii toto corpore [2] nervorum reſolutionem ſentiunt, & ſine ſenſu jacet æger [3] frigidus, ſecundo [4] autem aut tertio die interit. Quod ſi contingat, ut cor nihil tale quiddam, aut etiam minus, patiatur, diutius [5] vivunt, nonnulli vero etiam [6] ſervantur.*

1. Occupatis, per incendii communicationem, validâ intemperie, magnarum arteriarum cavitatibus, & cordis ſinubus.

2. Intercepto vitalis ſpiritus ad cerebrum aditu.

3. Et in principio quidem ſeu incremento, quia univerſus ſanguis ad locum inflammatum accurrit: ſub mortem verò, quia ſpiritus vitalis, qui caloris actum & perfectionem corpori impertit, contractus, à multa fuligine exuritur; diſſipatus, refrigeratur.

4. Pro affectus magnitudine & virium robore. Superſtes poſt aliquod tempus manet vis animalis, quamdiu in cerebro ſpirituum aliquid conſervari poteſt, & aëris externi momentum trahi.

5. Phlegmone minore, quàm ut lateri incumbat, aut nervoſas partes opprimat, aut reſpirationem intercipiat.

6. Mate-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

6. Materiâ expectoratâ, aut ſuppuratâ, aut in inane thoracis ſpatium effusâ.

CCCCII. Τοῖσιν ἐμπύοις γινομένοισι, μάλιστα δὲ ἐκ περιπλευμονικοῦ καὶ περιπλευμονικοῦ θέρμαι παρακολουθοῦσι, τὴν μὲν ἡμέρην λεπταὶ, τὴν δὲ νύκτα συντονώτεραι, καὶ πτύουσιν οὐδὲν ἄξιον λόγου, ἱδροῦσί τε καὶ τράχηλον καὶ κληῖδα, καὶ τοὺς μὲν ὀφθαλμοὺς κοιλαίνονται, τὰς δὲ γνάθους ἐρεύθονται. χεῖρον δὲ, θερμαίνονται μὲν δακτύλους ἄκρους καὶ τραχύνονται, κυρτοῦνται δὲ ὄνυχας καὶ καταψύχονται, περί τε τοὺς πόδας ἐπάρματα ἴσχουσι, καὶ κατὰ τὸ σῶμα φλυκταινίδια, σίτων τ᾽ ἀφίστανται. τὰ μὲν οὖν χρονίζοντα τῶν οἰδημάτων ἴσχει τὰ σημεῖα ταῦτα. τὰ δὲ συντόμως ῥηγνύμενα σημειοῦσθαι τούτων τε τοῖσι ἐπιγινομένοισι, καὶ τοῖσιν ἐν ἀρχῇ πόνοισι, ἅμα δὲ κ ἤν τι δυσπνοώτερος γίνηται. ῥήγνυται δὲ τα πλεῖστα τῶν ἐμπυημάτων, τὰ μὲν εἰκοσταῖα, τα δὲ τεσσαρακοσταῖα, τὰ δὲ πρὸς τὰ ἑξήκοντα οἷσι μὲν οὖν ὁ πόνος ἐν ἀρχῇ ἔτεινεν συντονος καὶ δύσπνοια, καὶ βὴξ μετὰ πτυαλισμοῦ, περὶ τὰς εἴκοσιν ἢ συντομώτερον προσδέχου τὴ ῥῆξιν. οἷσι δὲ ἐλαφρότερα ταῦτά ἐστιν κατὰ λό γον. λογίζεσθαι δὲ τὸν χρόνον ἀφ᾽ οὗ πρῶτον ἤλ γησεν, ἢ ἐβαρύνθη, ἢ ἐπύρεξεν, ἢ εἴποτε ῥῖ γος ἔλαβε. περιγίνεσθαι δὲ ἀνάγκη καὶ πόνον, δύσπνοιαν, καὶ πτυαλισμὸν, περὶ τῆς ῥήξιο οἷσι μὲν οὖν ὅ,τε πυρετὸς εὐθέως ἀπογίνεται μ

τι

την ῥῆξιν, καὶ σιτίων ἐπιθυμέουσι, καὶ τὸ πῦον ἀναγέεται ῥηϊδίως λευκὸν ἐὸν, καὶ ἄνοσμον, καὶ λεῖον, καὶ ὁμόχροον, καὶ ἀφλέγμαντον, κοιλίη τε μικρὰ συνεστηκότα ὑποχωρέει, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ σώζονται συντόμως. οἷσι δὲ πυρετοί τε παρακολουθοῦσι, καὶ δίψα, καὶ ἀποσιτίη, καὶ τὸ πῦον πελιὸν ἢ χλωρὸν, ἢ φλεγματῶδες, ἢ ἀφρῶδες, κοιλίη τε ἐφυγραίνεται, τελευτῶσι. οἷσι δὲ τὰ μὲν ἐπιγίνεται ἐκ τῶν προειρημένων, τὰ δὲ μὴ, τούτων οἱ μὲν ἀποθνήσκουσιν, οἱ δὲ πολλῷ χρόνῳ σώζονται.

CCCCII. *Ex lateris morbo præcipue aut pulmonis inflammatione* [1] *purulentos, calores* [2] *interdiu quidem* [3] *tenues, noctu* [4] *vero intenſiores, conſequuntur, neque quicquam effatu dignum* [5] *expuunt, circa cervicem & claviculam* [6] *ſudores occupant, oculi* [7] *cavantur, malæ vero* [8] *rubent, digiti quidem manuum ſummi* [9] *calent & ſcabri* [10] *redduntur, ungues autem unci* [11] *fiunt &* [12] *perfrigeſcunt, in pedibus* [13] *tumores & puſtulas* [14] *toto corpore habent, ac cibos* [15] *refugiunt. Atque hæ ſunt diuturnarum vomicarum notæ. Quæ vero celerem eruptionem habent, tum ex notis quæ ad eas* [16] *conſequuntur, comprehenduntur, tum etiam ex doloribus* [17] *qui circa initia fiunt, ſimulque ſi ſpiritus* [18] *aliquanto majori cum difficultate trahitur. Rumpuntur autem magna*

gna

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

gna[19] *ex parte ſuppurationes, partim*[20] *qui-dem vigeſimo die, partim quadrageſimo partim etiam ſexageſimo. Quibus igitu inter*[21] *initia intenſus*[22] *dolor inſtat, ne non ſpirandi*[23] *difficultas, &*[24] *tuſſis cum frequenti*[25] *ſputatione, circa vigeſimun diem, aut*[26] *celerius, ruptio expectanda eſt Quibus autem leviora*[27] *hæc inſunt, pro ra-tione ſerior*[28] *eruptio futura eſt. Sed & do-lorem,*[29] *& ſpirandi difficultatem, ac cre-bram ſpirationem, eruptionem ipſam præce-dere neceſſe eſt. Temporis autem ratio in-eunda eſt, ex quo primum quis dolorem au gravitatem ſenſit, aut febricitavit aliquis aut ſi quando etiam rigor prehendit. Utplu-rimum igitur brevi ſervantur, quos*[30] *fe-bris, ſtatim atque eruptio facta eſt, dimittit & cibos*[31] *appetunt, & quibus pus facil educitur,*[32] *album, odoris expers, læve, ejuſ-demque coloris, ſine pituita, ac alvus*[33] *exi-gua & coacta reddit. At vero ii moriuntur quos febres*[34] *conſequuntur, & ſitis, & cib faſtidium, ſi pus lividum, aut ex pallido vi-reſcens, aut pituitoſum, aut ſpumans, a inſuper ſi alvus eſt liquida. Quibus auten ex prædictis partim quædam adſunt, partin vero abſunt, hi quidem moriuntur,*[35] *il vero poſt longa temporum intervalla ſan evadunt.*

1. Ἔμπυοι communiter dicuntur, qui pus intra corpus cumulatum habent, ſive adhuc in parte phlegmone laborante detineatur; ſive ruptâ ſuppuratione effuſum ſit: hic propriè illi intelliguntur, quibus in thorace, & pulmone, affectus ille conſiſtit.

2. A ſuppurata materia exorti, & febres ſui generis, quæ ferè ſunt ſemitertianæ, inſequentes.

3. Propter faciliorem vaporis fumidi exſpirationem; tum quia partes ſolidæ nativo calore magis fruuntur.

4. Denſatâ frigore nocturno cute, fuliginoſa excrementa, tum in toto, tum in ſuppurata parte, ſuppreſſa, augent calorem. Sed & calor per ſomnum contractus, & ſanguis cum ſpiritibus collectus & auctus, quia acrior, fuliginoſus & uſtioni proximus, dum interiora petit, alimenta & putrem ſaniem inflammat, & ab iiſdem inflammatur.

5. Cum tuſſiendi irrita cupiditate. Hæc fit à ſaniei acrimonia, quæ dolorem movet & expultricem concitat. Illud à puris lentore & craſſitie, membranarum denſitate, & virium imbecillitate.

6. Tenuis humiditas, quæ & ex ipſis humoribus proficiſcitur, & ex alimento quod diductum diſcutitur & evaneſcit, propter ægri res malas. In principio ſuppurationis oppreſſionem ſignificare videtur; in moribundis, facultatis animalis lapſum. Ad collum & claviculas exoritur, quia ibi morbus, ibi ſudor.

7. Quia humor primigenius in membranis & muſculis oculorum abſumitur, & exhauritur. Hecticæ id principium, ſi alia ſigna conſentiunt; cujus vi non ſolum humidum altile & adipoſum perit, ſed & nativum ac primigenium in par-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

tibus ſolidis, cum quo ſimul calor exhalat, & ſpiritus animalis diſſipatur.

8. Propter ἀναθυμίασιν tuſſi & calore pulmo- nis expreſſam. Vigente peripneumoniâ totæ ge- næ, vel majore ex parte, rubent; in ſuppuratis, ma- ximè cum tabeſcere incipiunt, pars tantum me- dia, cum ſubviridi, flavo & obſcuro totius facie- colore, qui à ſanguinis corruptione & ſpiritus ex- tinctione proficiſcitur.

9. A fuliginoſis halitibus per arterias ex pul- mone & corde eo delatis, qui eâ parte colligun- tur, reflectuntur, & circumpoſitâ carne foventu-

10. Scabrities ſiccitatem ſequitur; ſiccitas ca- lorem & colliquationem.

11. Abſumtâ, à calore hectico, quâ firmantu- utrinque carne.

12. Extincto calore, qui in eis exiguus à corpo- re recipitur.

13. Progreſſo jam morbo longius. Partes h- naturâ ſuâ frigidæ ſunt & nervoſæ; longiſſimequ- à fonte caloris diſtant.

14. Corrupto ſanguine fervore circa cor, ſanie acri in corpore coacervata, atque à pulmo- nibus malè affectis in cutem effuſa.

15. Labefactatâ ventriculi & jecoris natura- œconomiâ, per νέκρωσιν.

16. Ex ἐπιγινομένοις, gravitate nempe, rigor- & febri multo quam antea graviore, de quibus i- Prognoſticis. Materiâ jam collectâ, gravitas ma- nifeſtò ſentitur: horrorem ſeu rigorem vapor- cris aut pus membranas mordens excitat: febr- majores, dum pus conficitur, quàm confecto.

17. Propter humoris ebullitionem & calor- nativi conatum.

18. Effuſo pure in thoracis cavitatem è pu- mone, minuitur aliquantulum difficultas ſpira-

d

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

di: erumpente à ſuccingente in ejuſdem ſpatia, augetur: quia pulmo ita opprimitur, ut alas libere expandere non poſſit. Graviſſima eſt, cum bronchia pulmonis à ruptione opplentur.

19. Rumpuntur ſcilicet quædam & ſeptimo, ex quibus mors inſequitur decimo quarto; quod rarius contingit, ac nonniſi ubi tenuiſſimus & acerrimus humor, pars calidior ac mollior, cauſæ adjuvantes externæ, concurrunt.

20. Pro diverſa nempe partium, quæ vel calidiores & molliores, vel frigidiores & duriores; vel humorum, qui aliquando calidi, aliquando frigidi, ratione. Supputatio ab eo die, quo febris invaluit, & horror acceſſit, ineunda, ſi ſupputationis principium ſpectes. Nam principium totius morbi eſt febris; phlegmones latentis dolor; ſuppurationis dolor acrior, quem rigor, vehementior febris, & pro dolore gravitas ſequitur. Intra decimum quartum diem inflammatio vel reſolvitur, vel ad ſuppurationem convertitur.

21. Id eſt, in principio, quod tempus repurgationis ſputi ſequitur, & ubi prima ſuppurationis ſigna ſe oſtentant.

22. Augetur tum calor ex fervore, humoris copia ex fuſione, membranæ tenſio ex plenitudine, cui fuſio occaſionem dedit.

23. Tam propter auctum uſum, quam propter materiæ fervorem, & pulmonis anguſtiam.

24. Quia fluxio non expurgatur, & pulmo magis opprimitur.

25. Quam tenues ichores, ex vomica ſuppurante exſudantes, cient, antequam pus vomatur.

26. Materiâ jam tenui exiſtente, & à calore ſuperata.

27. Id eſt, quos dolor uno tenore ita urget, ut non vehèmenter naturam ad pugnam irritet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

28. Quod nec tam calida, nec tam acris ſit materia, ſed brevi ita attenuari & concoqui poſſit, ut erosâ tunicâ erumpat.

29. Rationem horum ſymptomatum vide ſuperius: ſed nota ſimul conſequi & ῥῆξιν. Ruptâ vomicâ agitati puris adhuc calentis portio excluditur, poſtea fit craſſius. Dolorem puris acrimonia membranas erodens excitat. Oppreſſo à copia ejuſdem pulmone, δύσπνοια exoritur.

30. Quia pus totum eſſe confectum, parteſque ſolidas integras, indicio eſt.

31. Quia appetendi & coquendi in ventriculo; trahendi verò & ſugendi in hepate, facultas non impeditur.

32. Tale pus nonniſi à robuſto partium ſolidarum calore, qui materiam ſibi æqualiter obſequentem habet, proficiſcitur: in inodoro omnis mala putredo abeſt.

33. Paucitas convenientem fieri diſtributionem oſtendit: coctio, quam ex figura & forma deprehendimus, materiam ritè temperatam ex humido & ſicco ad ὁρισμὸν perveniſſe, nec vel infra ſubſtitiſſe, vel ultra progreſſam eſſe. *Nota* vero addidiſſe, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ſervari, ratione habita non virium & materiæ, ſed τῶν κατὰ συμβεβηκὸς, ulceris nimirum quod relinquitur, ex quo aliquando mors. In pectore maximam ſanationis ſpem dant thoracis ulcera; in larynge minus: ex vaſis pulmonis deteriora ſunt; ex ſubſtantia, tum propter viſceris mollitiem, tum propter continuum motum, peſſima.

34. Facile horum ex oppoſitione reddi poteſt ratio. Si *febris* perſeverat, vel tota ſanies effuſa non eſt, manetque ulcus cum aliquo tumore, cujus ſuppurationem natura molitur: vel effuſa quidem eſt tota, ſed corrupta, putris, aut non exacte

actè ſuppurata, quæ tetrum vaporem in cor exſpirat. Lividum *ſputum* extinctionem, pallidum imperfectam maturationem, viride uſtionem, φλεγματώδες latentem ignem, ſpumoſum exagitatam interno incendio materiam, indicant. Alvus ſoluta ab imbecilliore natura, acri, è thorace & colliquatione corporis, ſanie, &c. proficiſcitur. Summa, qui in diſcrimine verſantur, his ad decimum quartum diem uſque omnia infeſta augentur.

35. Scilicet: *ſigna non numero, ſed viribus, æſtimanda ſunt.* Mors ſimpliciter prædicenda, quia uno modo perimit; ſanitas ſub conditione, quia multa ſimul ad certitudinem requirit; victum nempe, medicamenta, ægri vires, medici & adſtantium diligentiam, & alia. Certius, in hoc affectu, ſalutis, vel mortis, ex pectoris firmitate vel infirmitate, ſputi ſuppreſſione, facili & largâ evacuatione; quam vel ex febris magnitudine aut parvitate, vel ex pulſuum robore, ſignum.

CCCCIII. Οἱ δὲ μέλλοντες ἔμπυοι γίνεσθαι, πτύουσιν, τὸ μὲν πρῶτον ἁλμυρὸν, ἔπειτα γλυκύτερον.

CCCCIII. *Quipus intro* [1] *collecturi ſunt, iis primum quidem ſalſuginoſum* [2] *ſputum exſpuitur, deinde* [3] *dulcius.*

1. Seu per ruptum abſceſſum; ſeu vaſis alicujus apertionem aut eroſionem; ſeu fluxionem à toto corpore multam, ſalſam & acrem.

2. Propter putredinem, uſtionem vel ſeri bilioſi permiſtionem; ſed ſerò, parca manu, & difficulter.

3. Vel coctione, & æqua temperie, in his qui ſanantur: vel exulcerato pulmone, in aliis qui ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

phthiſin tranſeunt: vel colliquatione partium ſolidarum in moribundis. Aurium ſordes colliquato cerebro dulceſcere ſcribit Galenus.

CCCCIV. Οἷσιν δ' ἐν πλεύμονι φύματα γίνεται, τὸ πῦον ἀνάγουσιν ἐς μ' ἡμέρας μετὰ τὴν ῥῆξιν. τούτους δὲ ὑπερβάλλοντες, ὡς τὰ πολλὰ φθισικοὶ γίνονται.

CCCCIV. *Quibus*[1] *tubercula in pulmone oriuntur, ii pus intra dies*[2] *quadraginta, ex quo ſit ruptio, expuunt, quos ſi ſuperent, utplurimum tabidi*[3] *fiunt.*

1. Tumores omnes, qui in thorace concipiuntur, & in pus vertuntur. Φυματίαι libro de arte vocantur, quibus tubercula circa pulmones oboriuntur.

2. Qui terminus expectorationis materiæ ſuppuratæ.

3. Pulmone, à pure, temporis progreſſu putreſcente, exeſo. *Utplurimum* addit, tum quia magna eſt puris in calore, acrimonia & erodendi vi, varietas: tum quia propter temporum conſtitutionem, & ætatem, multi ante eum diem phthiſici fiunt.

CCCCV. Ἐπὶ πλευροῦ ἀλγήματι, στάξις ἀπὸ ῥινῶν αἵματος, κακόν.

CCCCV. *In dolore lateris, ſanguinis è naribus ſtillatio, mala eſt.*

1. Στάξις apud Hippocratem inter κρίσιμα μὴ κρίνοντα refertur, quæ omnia δύσκριτα ſunt, eoque magis, quo plura ad δυσκρισίαν, ut, quantitas, qualitas, modus excernendi, & tempus, concurrunt.

currunt. In pleuritide ex naribus mala eſt, niſi vel ab externa cauſa inciderit, ut expreſſione à tuſſis vehementia; vel fluxio aëris frigore aut narium denſitate impediatur: quanquam & hoc quoque malum admodum cenſetur. *Mala* eſt, quia hoc criſeos genere ferè nunquam ſolvitur; & irritari potius naturam, indicio eſt; quam præſtat quieſcere, quàm irrito conatu aliquid moliri. Malum fit pejus, ſi ſanguis qui ſtillat, eſt merus; ſi è diverſo partis affectæ fluit; ſi undecimo die; nec in paroxyſmo, ut quarto vel quinto; ſi ſine delectu periodorum, ut paribus vel imparibus diebus morbi exacerbantur; & tandem ſi bis de die fit & redit. Aretæo tamen *αἱμοῤῥαγίη διὰ ῥινῶν λάβρως ἀθρόον λύεται.* Eam tamen raram, ac ne vix quidem, contingere ſcribit Galenus, l. 3, c. 3, de Criſibus.

CCCCVI. *Οἷσιν ἐμπύοισιν ἐπιεικέστερον ἔχουσιν, δυσωδίαι τῶν πτυσμάτων παρακολουθοῦσι, τούτους ὑποστροφὴ κτείνει.*

CCCCVI. *Purulentos* [1] *moderatius* [2] *habentes, ſi ſputa* [3] *graveolentia conſequantur, recidiva* [4] *interimit.*

1. Qui tales vel pure in vomicam pulmonum collecto, vel in thoracem rupto.

2. Quoad dyſpnœam, tuſſim, ſputum, febrem, dolorem.

3. Ob putrilaginis gravitatem, calidi nativi extinctionem, & extranei vehementiam.

4. Propter graviorum ſymptomatum regreſſum, ad quæ major infirmitas ſupervenit. *Nota:* In morbis thoracis, partium, à vomica inſeſſarum, integritate, maximè opus eſſe. Nam, ſi ulceris oc-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

caſione, & puris incluſi putredine corrumpuntur, earumque innatus calor novo ſucci pravi affluxu obteritur, actum eſt.

CCCCVII. Οἱ ἐν πλευριτικοῖσιν ἀναπτύοντες πυώδεα, ὑπόχολα, στρογγύλα, ἢ πυώδεα ὕφαιμα, προεληλυθότος χρόνου. ὀλέθριοι ἢ καὶ οἱ τὰ μέλανα λιγνυώδεα πτύοντες, ἢ οἷσιν ἀπὸ οἴνου μέλανος γίνεται πτύσματα.

CCCCVII. *Qui in morbo [1] laterali ſputa rejiciunt purulenta, [2] aliquantulum bilioſa, [3] rotunda, aut purulenta [4] aliquantulum cruenta, iis temporis progreſſu [5] periculum creatur. Perniciem etiam denuntiant ſputa [6] nigra, [7] fuliginoſa, aut quibus qualia ex [8] vino nigro fiunt.*

1. In pleuritide, quæ nec phlebotomia, nec medicamento, nec diæta, curari potuit; & in qua nec cita, nec liberalis, vel libera ſputi exactè flavo permixti, anacatharſis fuit.

2. Tam propter caloris nativi defectum, qui æqualiter in omnes partes agere non potuit; quàm propter materiæ varietatem & malignitatem, cujus partes quædam à natura elaborari nequeunt.

3. Propter materiæ in bronchiis collectæ viſcoſitatem, ab immodico calore profectam. Qui rotunda excreant, etiam ſine febre, quamvis multo tempore nihil mali pati videantur; omnes tamen contabeſcunt, & phthiſi conſumuntur.

4. Unde vel venulæ aut ſubſtantiæ pulmonis eroſionem; vel materiæ heterogeneæ, cui natura impar, cruditatem, colligas, niſi è cerebro vel gingivis

givis ſanguis exſudet. Peſſimè habent quibus pulmo vel eroditur, vel putreſcit. Sæpe bronchiorum pars quæ putreſcere non poteſt, membranoſis vinculis ſolutis, tota ſimul ejicitur.

5. Propter dictas rationes.

6. De quibus ſuperius. Pravitatis ſunt in talibus omnia plena.

7. Quæ veluti fuligine quadam colorantur, ab exhalatione à corde, & excremento fuligineo copioſo. Febres ſæpe ignis inſtar ſanguinem adurunt; unde fumo magis, quam vapori, ſimilis halitus.

8. Αἴθοπα οἶνον ſæpius Homero dici contendunt non ſolum μέλανα & nigrum, ſed τὸν καυστικὸν, quod incendat & ardere faciat. Etſi igitur incertum eſt, num ſputa ex rubro nigricantia intelligantur, velut quæ vino nigro tincta ſunt; an vero fæci ex vino nigro ſimilia, ut & fæculenta putentur cum nigredinis vitio: certum tamen eſt, ex utroque modo nigricantia inaudiri, quæ ad nigredinem tendunt, calore igneo aucto, & ad exitum adducente, & incoctam putredinem indicante. *verba ſunt Foëſii.*

CCCCVIII. Ὅσοι αἷμα ἀφρῶδες πλύουσι, πονέοντες ὑποχόνδριον δεξιὸν, ἀπὸ τοῦ ἥπατος πλύουσι, καὶ οἱ πολλοὶ ἀπόλλυνται.

CCCCVIII. *Qui ſpumantem ſanguinem ſpuitione rejiciunt, cum præcordiorum dextrorum dolore, iis ex jecinore prodit, & plerumque pereunt.*

Ut Coaca hæc intelligatur, notandum: 1. *Non ſemper ſpumantem ſanguinem ex pulmone educi*; quia qui è vaſis ejus effunditur ab iis, qui percuſſi ſunt,

 vel ex

vel ex alto cecidere, coloratiſſimus quidem eſt, copioſiſſimuſque, ſed non ſpumoſus. E ſubſtantia ergò duntaxat talis prodit. *Poſſe etiam per ſputum ſanguinem è jecore inflammato educi*, ſi nempe, vel per pulmones educatur; vel per gingivas rarefactas profluat. Illius exemplum apud Proſperum Marcianum, ad Aphor. 13, ſ. 5. Habet & Aretæus, l. 2 de Acut. c. 2, aliquid. 3. *Plerumque ita affectos perire*, ſi excretio ſit ſymptomatica, & alia ſigna viſceris imbecillitatem, & venoſi generis reſolutionem, firment; aut ſi tranſlatus in thoracem ſanguis, ibi corrumpatur, & pulmone eroſo, difficilem etiam reſpirationem cauſetur.

CCCCIX. *Οἷσι σειομένοισι πῦον βορβορῶδες ἔρχεται καὶ δυσῶδες, ἀπόλλυνται ὡς τὰ πολλά.*

CCCCIX. *Quibus* [1] *ſi* [2] *concutiuntur, pus* [3] *lutulentum &* [4] *graveolens prodit, utplurimum* [5] *moriuntur.*

1. Empyicis.

2. Ad ſectionem, vel uſtionem. Quâ enim parte pus decumbat, ad ſectionem, vel uſtionem, concuſſione explorat Hippocrates. Alii de valido thoracis motu, dum ad puris excluſionem concutitur, ſumunt.

3. Colore fuſcum & ſubſtantiâ *ἀμοργώδες*, ſeu amurcam referens: unde corruptam partem, effœtum calorem, materiam indomitam colliges.

4. Quod peſſimum, ut ſignum & cauſa. *Ut ſignum*, quia extinctâ aut ſuperatâ mediocri concoctione, ulteriore operâ calor intenſus, aut extraneus, addit, quod ſupra odorem proprium eſt. *Ut cauſa*, quia ſuâ acrimoniâ partes ambientes exulcerat & arrodit; humiditate nimiâ putreſacit;

pravâ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

pravâ qualitate corrumpit; & halitu tetro deliquia, & convulſiones graves, adfert.

5. *Vtplurimum*, quia uſtione, vel ſectione, quidam evadunt. Moriuntur vel fœtore cordis vim obruente atque extinguente; vel puris copiâ ſpirationem intercipiente; vel pulmonis ſphaceliſmo; vel deficiente alimento.

CCCCX. Οἷσιν ἀπὸ τοῦ πύου ἡ μήλη χρωματίζεται, καθάπερ ἀπὸ πυρὸς, ἀπόλλυνται ὡς τὰ πολλά.

CCCCX. *Quibus* [1] *ſpecillum à pure, velut ab igne,* [2] *coloratur, ii fere* [3] *moriuntur.*

1. Μήλη τραυματικὴ, quâ vulnerum natura tentari ſolet. Erat olim chirurgica ſupellex ærea.

2. Rubeſcit aut nigreſcit.

3. Vehementem enim putrilaginem, & ſummam acrimoniam indicat.

CCCCXI. Μετὰ πλευροῦ ἀλγήματος, μὴ πλευριτικοῦ ἐστὶ, ἐπὶ ταραχωδέων λεπτῶν ἐπιεικῶν, οὗτοι φρενιτικοὶ ἀποβαίνουσιν.

CCCCXI. *Lateris dolore citra inflammationem affecti, cum turbulentis, tenuibus, moderatis, in phrenitidem labuntur.*

Empirica hæc & ex diverſi generis ſignis conflata obſervatio. Per *lateris ſine inflammatione dolorem* videntur intelligi membranarum interſepientium, quæ mediaſtinum conſtituunt, ἀλγήματα, ex fluxione orientia. Leviſſimum id primò & ſine febre malum; ſed progreſſu temporis conceptâ putredine, reſpirationis difficultas, & alia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

gravia ſymptomata oboriuntur. Accedente ex putredine inflammatione, cor contiguum, & diaphragma, quibus membranæ alligantur, in conſortium adducuntur. Unde corporis incendium, cerebri, propter viciniam, affectus, & ita phrenitis. Hic ταραχὴ delirii velut præludium erit.

CCCCXII. Ἐν τοῖσι κατὰ πλεύμονα αἱ λίην ἐξέρυθροι ἀποστάξιες, πονηρόν.

CCCCXII. *In pulmonum vitiis ſupra modum rubræ ſanguinis ſtillæ, malum denuntiant.*

Ad hanc Coacam noto: 1. *Etiam copioſam hæmorrhagiam in pulmonis morbis ſuſpectam eſſe*, tum quia humor, morbum committens, à ſanguine diverſus eſt; tum quia, propter incommodam viam, vix criticè ad nares propelli poteſt. 2. *Prærubrum & ſupra modum rubro colore exſaturatum ſanguinem effundere*, ita ut nigrior & craſſior quodammodo evadat, vehementis incendii, & ſeri, ab immodica exæſtuatione conſumpti, ſignum eſſe. 3. *Malum denuntiare*, quia ſtillæ, quia in peripneumonia, quia valdè rubicundæ. A peripneumonia, aliiſque pulmonum morbis, ii tantummodo ſervantur, quibus inflammatio levis eſt, & calor moderatus.

CCCCXIII. Μετὰ βράγχου πτύελα γλίσχρα, ἁλμυρώδεα, κακόν. ἢν δέ τι καὶ ἐπαίρηται κατὰ στῆθος, ἐπὶ τούτοισι κακόν. τὰ ἐς τράχηλον ἀλγήματα, τούτων ἰσχνανθέντων, ὀλέθριον.

CCCCXIII. *Sputa viſcida*[1], *ſalſuginoſa*

ſuginoſa, cum [2] *raucitate, malo ſunt. Quod ſi adhæc aliquid etiam in pectore ſublatum ſit, malum* [3] *ſignificat. In his extenuatis cervicis* [4] *dolores perniciem denotant.*

1. Sputa viſcida & ſalſuginoſa, mala ſunt & *ſigno* & *cauſa*. *Illud*, quia indicant, ſalſedinem hanc non ex permiſtione bilis cum ſeroſitate, quæ ſalſedinem longè mitiorem reddit; ſed ex uſtione, quæ longè gravior eſt, genitam. *Hoc*, quia hujuſmodi ſputum aptius eſt partes, quibus adhæret, exulcerare; tum quia pertinacius adhæret; tum quia majorem erodendi facultatem habet.

2. *Raucedo*, cum ad caput aſperæ arteriæ pertineat, fluxionem illuc tendere indicat.

3. Si in parte pectoris exteriore tumor elevetur, vel periculum eſt, ne intro rumpatur ob materiæ acrimoniam, ſi ad ſuppurationem deveniat; vel ad partes ſuperiores convertatur, ſi evaneſcat.

4. Colli dolor, tumore evaneſcente, recurſum ad partem principem, qui ſemper eſt peſſimus, indicat. *Extenuatis* addit: Ubi enim tanta viſcidi, ſalſuginoſi & acris humoris copia è cerebro affluit, ut fauces, thoracem ac ſpirituum inſtrumenta irriget, ibi ſuſpecta ex deſtillatione tabes eſt.

CCCCXIV. Βράγχος μετὰ βηχὸς καὶ κοιλίης ὑγρῆς, πύον ἀνάγει.

CCCCXIV. *Raucitas cum tuſſi & alvo liquida, pus educit.*

Ad hanc Coacam ita breviter *Marcianus* commentatur: Quotieſcunque catarrhus malignus in pulmones deſcendit, & non expurgatur, tempo-

ris

ris progreſſu in pus convertitur, unde æger ſuppuratus fit. Suppuratos enim fieri homines dicit *Hippocrates, in l. de locis in homine*, quando minus exſcreant quàm influit: & eò magis, quò materia ſuppurationi aptior fuerit. In hac igitur prognoſi *tuſſis* catarrhum deſcendentem in pulmones oſtendit, *raucedo* ejus feritatem, *alvuſque* tandem *liquida* expurgationem ejus prohibet, unde in pectore retentum *pus* fit, quod tandem in ſputo apparet.

CCCCXV. Οἷσιν ἐν περιπλευμονίῃ οὖρα παχέα ἐν ἀρχῇ, εἶτα πρὸ τῆς τετράδος λεπτύνεται, θανάσιμον.

CCCCXV. *In pulmonis inflammatione,*[1] *quibus circa*[2] *initia urinæ*[3] *craſſæ ſunt, deinde ante quartum*[4] *diem*[5] *tenues evadunt, mors*[6] *impendet.*

Senſus eſt, ex Marciano, 1: Urinas craſſas in inflammationum principio, indicare, venoſum genus multis ſcatere excrementis, aut materiam in loco inflammato minimè fixam eſſe, detrudique evacuatione poſſe, ſi cacochymia præſtò ſit.

2. Si humores, nulla ſenſibili evacuatione facta, ante quartum diem tenues evadunt, ſignum eſſe, ad locum inflammationis confluxiſſe, & peripneumoniam reddidiſſe letalem.

3. Animadvertendum quoque, ſi urinæ à principio craſſæ ſimul, & paucæ & grumoſæ, morbi progreſſu attenuentur, malum non eſſe: de quo Aph. 69, ſect. 4, videri poteſt. Poteſt & ex Dureto ita explicari. 1. Convenienter curatis. 2. Ineunte morbo, & τῇ πρώτῃ εἰσβολῇ. 3. Nec ſpiſſæ nimis, nec tenues. παχύνεσθαι δὲ χρὴ τὸ διαχώρημα πρὸς τὴν κρίσιν ἰούσης τῆς νόσου.

4. Quo

4. Quo prima periodus morbi abſolvitur. Primis morbi diebus ante primam ἔφοδον crebri ſunt metaptoſibus morbi acuti.

5. In ſubſtantia propter intermiſſam concoctionem, unde malè conſtituti jecoris & venarum indicium; vel verſam in cerebrum materiam, unde delirium & phrenitis.

6. Quia vel victa jam eſt natura, vel certè pugnam detrectat. Quomodo *in morbis urinæ attenuentur*, vide ad hanc Coacam Jacotium.

CCCCXVI. Οἱ ἐν ξηροῖσι περιπλευμονικοῖσιν ὀλίγα πέπονα ἀνάγοντες, φοβεροί.

CCCCXVI. *In pulmonis inflammationibus* [1] *ſiccis qui pauca* [2] *concocta educunt*, [3] *metuendi ſunt.*

1. In qua nullum omninò ſputum apparet.

2. Exactè & ſtatim in principio, quod contra naturæ leges, quæ paulatim concoquit.

3. Quia putrefactionem indicat à calore præter naturam vehementius & derepente in materiam morbificam agente.

CCCCXVII. Τὰ ἐν τοῖσι στήθεσιν ἐρυθήματα ὑποπλατέα γίνεται τοῖς τοιούτοισιν ὀλέθρια.

CCCCXVII. *His* [1] *aliquantulum extenti in pectoribus* [2] *rubores fiunt, & perniciem* [3] *denuntiant.*

1. Ita affectis, prout ſuperiore Coaca dictum eſt.

2. Rubores per pectus diffunduntur, non per materiæ ab interioribus ad exteriora tranſlationem, ſed ſymptomaticè.

3. Si-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

3. Signum enim eſt, partes interiores omnes, ob vehementiam inflammationis & corruptionis, ſphacelum jam contraxiſſe. In externis etiam inflammationibus, quando in ſphacelum permutantur, rubor inflammationis, ſphacelum præcedentis, paulatim ad proximiora ſerpit & diffunditur.

CCCCXVIII. Πλευρῦ ἄλγημα σὺν πτύσει χολώδει ἀλόγως ἀφανισθὲν, ἐξίσταται.

CCCCXVIII. *Lateris* [1] *dolor cum bilioſo* [2] *ſputo præter* [3] *rationem evaneſcens, ægros in vehementem & furioſam mentis* [4] *emotionem agit.*

1. Pleuriticus exquiſitus.

2. Flavo & mero, quod nec pituitæ, nec ſanguinis quicquam admixtum habet. Bilis ſubſtantiæ tenuitate facilè transfluit, caloris vehementiâ ſurſum rapitur, & qualitatis acrimoniâ partes quibus ineſt, ad expulſionem irritat, donec partem aliquam principem obſederit.

3. Vox ἀλόγως omnia excludit, quæ dolorem ſedant, & pleuritidi finem imponunt, ut coctionis ſigna tum in urinis, tum in ſputis; cauſas criticas, ut, abſceſſus, ſudores, ἀνακαθάρσεις & auxilia medica, venæ ſectionem, purgationem, fotum, cataplaſmata, & ſimilia.

4. Raptâ in cerebrum materiâ. Ita inſaniunt, ut maniaci quodammodo evadant.

CCCCXIX. Οἱ δ' ἐμπυήσιν πυρετοὶ διαλείποντες, ἐφιδρῦντες οἱ πολλοί εἰσι.

CCCCXIX. *Quæ ob puris intro collectionem febres* [1] *intermittunt, in his magna*

gna ex parte ægri tenuibus [2] *ſudoribus diffluunt.*

1. Non quod intermittant, ſed quòd obſcuræ ſint. In ſuppuratis enim febres ſunt leves, obſcuræ, & inæquales, crebris repetitionibus affligentes, interdiu mitiores, noctu & poſt cibum ſumptum vehementiores. Galenus διαλείποντας aliquando dici eas ſcribit, quæ licet ad integritatem non deſinunt, remiſſiores tamen quaſdam acceſſiones & mutationes habent.

2. Tum propter puris cum cordis oppreſſione evaporationem; tum propter partium ſolidarum imbecillitatem, quæ alimentum jam appoſitum effluere ſinunt.

CCCCXX. Τοῖσιν ἐμπύοισι κώφωσις γινομένη, αἱματώδεα διαχώρησιν σημαίνει, τούτοισι πρὸς τὴν τελευτὴν μέλανα διαχωρέει.

CCCCXX. *Surditas* [1] *pus intro colligentibus ſuborta, ſanguinolentam* [2] *dejectionem denuntiat. His ſub mortem nigra* [3] *egeruntur.*

1. Sanguinis in caput delati vitio, qui etiamſi in ſuppuratis in toto corpore non abundet, propter ejus extenuationem: à calore tamen alvi excalfactum, & à tuſſis frequentiâ agitatum, in ſuperioribus partibus peccare rationabile eſt.

2. Et quidem ſanguinis craſſioris. Nam tenuior & acris hæmorrhagiam potius excitaret.

3. Sanguine propter extenuationem ad atræ bilis naturam redacto. Sed nota: *Nihil horum neceſſarium eſſe.* Nam & coxæ genuque doloribus excita-

excitatis, aut alio abſceſſu ad partes inferas, urinis, ſudoribus, menſibus commotis, bilioſis dejectionibus, ſine nigrorum ejectione, naturalis revulſio eſſe poteſt.

CCCCXXI. Πλευροῦ ἄλγημα μετὰ πυρετοῦ χρονίου σημαίνει πύου ἀνάξειν.

CCCCXXI. *Lateris* [1] *dolor cum diuturna* [2] *febre, puris* [3] *eductionem fore denotat.*

1. A phlegmone muſculorum intercoſtalium vel reliqui pectoris exortus; ſeu per ſanguinis in muſculos meſopleurios vel externos fluxionem; ſeu humoris frigidioris à capite in externos lateris muſculos modo priores, modò poſteriores.

2. Quæ abeſt in lateris dolore, vel à deſtillatione è cerebro, vel à flatu inter membranas externas, vel interiores; vel à viſcerum tumentium pondere; vel à coſtarum contuſione, luxatione vel fractura, profecto. Diuturna febris humoris craſſi, & contumacioris inflammationem innuit.

3. Niſi hominem mors præripiat; vel aliquid à Medico, vel ægro, committatur. Suppurationis materia, ſi intrò effundatur, empyema adfert; ſi exterius, quod frequentius, abſceſſum, è quo pus eductum iri ſperandum eſt. Codices MSS. pro πυρετοῦ, legunt πνιγμοῦ, per quem difficultas ſpirandi inſignis & vehemens intelligi poteſt.

CCCCXXII. Οἱ φρικώδεες πυκνὰ ἐς ἐμπύησιν ἔχονται. ἀτὰρ καὶ πυρετὸς τὸ τοιοῦτον ἄγει ἐς ἐμπύησιν.

CCCCXXII. *Qui ſubinde horrore corripiuntur, ad ſuppurationem* [1] *deveniunt.*

Quin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

Quinetiam [2] *febris talem ad ſuppurationem ducit.*

1. Materia enim, dum in pus vertitur & putreſcit, vapores emittit, qui per venas tranſcurrentes horrorem inducunt.

2. Non ſolum, quia eam concomitatur adeò, ut ab ea dependere videatur: ſed etiam, quia eam calorem augendo adjuvat, quomodo & ſuppurantia medicamenta exterius adhibita.

CCCCXXIII. Οἷσιν ἐκ πλευροῦ ἀλγήματος ἀσιτίαι παρακολουθοῦσιν, ὑποχονδριαλγικοὶ, ἱδρώδεες. ἔχοντες δὲ προσώπου ἄνθη, καὶ κοιλίης ὑγροτέρης, ἐκπυήματα κατὰ πλεύμονα ἴσχουσι.

CCCCXXIII. *Quos ex lateris dolore cibi faſtidia* [1] *comitantur, iis os* [2] *ventriculi aliquantulum dolet, & ſudoribus* [3] *diffluunt. Ubi autem facies* [4] *ruboribus velut efflorescit, & alvus* [5] *eſt liquidior, pus in pulmonibus collectum habent.*

1. Seu quòd portio fluxionis pulmonem aut pleuram exercentis, per initia & incrementa ad ventriculum decumbat; ſeu quòd, ſub finem morbi, ventriculi & jecoris facultas extinguatur.

2. Ab acrimonia fluxionis.

3. Ab oppreſſione cordis, prout fit in ſyncope ſtomachica.

4. Inprimis τὰ μῆλα, à calore pulmonis, tuſſi, & vaporibus, ex fluxione intra pulmones fervente eo delatis.

5. Per initia morbi, deſtillationis parte in ventrem conversâ; per incrementa acri ſanie eo reſudante;

ſudante; in moribundis, ventriculo & hepate in conſortium mali adductis.

CCCCXXIV. Τὰ ὀρθοπνοϊκὰ ποιέει ὑδρωπιώδεα σκληρά.

CCCCXXIV. *Spirationes quæ non niſi* [1] *erecta cervice ducuntur, hydropem* [2] *ſiccum faciunt.*

1. In thoracis malis; Surgere conantur ita affecti, tum quia bronchia pulmonis magis hiant erecto quàm decumbenti; tum quia minore difficultate diſtenditur pectus.

2. Thoracis nempe, in quo ejuſdem magna cavitas ſeroſo ac tenui humore ſcatet, qui aut è cerebro per aſperam arteriam & pulmones tenuitate ſuâ affatim irruit, aut è reliquo corpore. *Siccus* dicitur, quia nihil tuſſi educitur, niſi quod in fauces è cerebro deſcendit; tum quod facultas non ſit tam valida, ut aquam ſurſum compellere poſſit; tum quod tenue ipſum circum ſpiritum diffluat, nec ſurſum elevetur. Solet & aliquando in pulmonibus reſiccata vi caloris pituita, grandinis aut lapidis inſtar, indurari.

CCCCXXV. Τὰ σπάσματα μὲν πάντα ὀχληρὰ γίνεται, καὶ πόνους τε ἐν ἀρχῇ συντόνους παρέχει, καὶ ἐξ ὑστέρου ἐνίοις ὑπομιμνήσκει. δυσκηλώτατα δὲ τὰ περὶ θώρηκα, μάλιστα δὲ κινδυνεύουσιν.

CCCCXXV. *Divulſa* [1] *omnia quidem moleſtiam exhibent, & intenſos dolores circa initia* [2] *creant, ac interpoſito temporis ſpatio quibuſdam ſui ſenſum* [3] *in me-*

moriam

moriam ſuggerunt. Graviſſima autem ſunt quæ circa thoracem fiunt, præcipueque[4] *in periculum adducunt.*

1. Diſtentiones nervoſarum partium citra vulnerationem, in quibus fibræ muſculorum, ac nervorum, vel ſubitò & affatim ex ictu aliquo colliduntur; vel immodico & inordinato motu convelluntur; vel ab humore pravo, ichore, flatu, diſtenduntur.

2. Qui motum thoracis ad vitam neceſſarium impediunt.

3. *Senſus eſt*, ſpaſmata longo poſt tempore in quibuſdam circa initia intenſos dolores creare, imbecillitatem, ex divulſione relictam, fluxionem facere & excipere, indeque non probè confecto alimento, dolorem, & morbum, temporis ſucceſſu renovari.

4. Quia reſpirationem tollunt. Doloris acerbitas ſi non cito exſolvitur, ἐν τάχει καταλύει τὴν δύναμιν, ὀξέως τε θάνατον ἐπιφέρει.

CCCCXXVI. Οἷσιν ἔμετος αἵματος, πυρετὸς πολὺς, καὶ πόνος περὶ μαζὸν, καὶ θώρηκα, καὶ μετάφρενον. οἷσι γὰρ γίνεται πάντα ταῦτα, συντόμως θνήσκουσιν. οἷσι δὲ μὴ πάντα, μηδὲ σφόδρα, βραδύτερον. φλεγμαίνουσι δὲ τὸ μακρότατον ἡμέρας τεσσαρεσκαίδεκα.

CCCCXXVI. *Qui ſanguinem*[1] *evomunt cum febre*[2] *multa, dolore*[3] *ad mammam, thoracem, & dorſum; quibus, inquam, hæc inſunt omnia, ii brevi*[4] *moriuntur, quibus autem non*[5] *omnia, neque intenſe*

tenſe adſunt, tardius. Ad [6] *ſummum autem diebus quatuordecim inflammationem concipiunt.*

1. Tantâ copiâ expectorant, ex amplioribus vaſis per διάβρωσιν, emiſſum, ut quaſi vomi videatur. Diſcernitur ab ἀναστομώσει, διαπηδέσει, & ῥήξει, ex antecedente hæmoptyſi, & abſente omni rupturæ occaſione. Conſuevere tales ex intervallis quotidie non ita multum ſanguinem tuſſiendo excludere; cui copioſa ejuſdem cum tuſſi eruptio ſupervenit.

2. Certiſſima inflammationis indice. Confluit ad locum affectum ſanguis; aut idem ab ulcere in pulmonum ſubſtantiam dimanans putreſcit, & inflammatur: quod & in manifeſtis ulceribus, quæ partes calidas & ſanguine plenas occupant, accidere ſolet.

3. Unde inflammationis magnitudinem colligas, quæ vicinas partes omnes occupat.

4. Vehementiâ doloris, febris magnitudine & reſpirationis interceptione. A levi inflammatione, & lenta febre, ſenſim conſumuntur, nec unquam ſaneſcunt. Ceſſat aliquando, areſcente ſanie, & in cruſtam verſa, ſanguinis exſpuitio: sed ſi cruſta excutiatur, recrudeſcit malum, & ab eunte in pus novo, qui propter inflammationem acceſſit, humore, tuſſis quoque quâ expurgatur, accedit, & ulcus dilaniat. Unde nulla curatio.

5. Sed febris ſola aut lenta, aut dolor in thorace ſine febre, aut febris, aut dolor, ſed ſine vehementia.

6. Multis enim primâ aut ſecundâ periodo, ante ſeptimum, ſeptimo; æſtate, celerius; tardius hyeme, accidit. Jacotius vertit, *inflammatos manere,* qui

re, quia appetente jam febre, & magnâ inflammatione, intra XIV moriuntur.

CCCCXXVII. Τοῖσιν αἷμα πτύουσιν ἀπυρέτοις εἶναι συμφέρει, καὶ βήσσειν δὲ πονέειν ἐλαφρῶς, καὶ τὸ πτύαλον λεπτύνεσθαι περὶ τὰς δὶς ἑπτά. πυρέσσειν δὲ καὶ βήσσειν, καὶ πονέειν συντόνως, καὶ αἷμα πρόσφατον αἰεὶ πτύειν, ἀσύμφορον.

CCCCXXVII. *Sanguinem ſpuitione* [1] *rejicientibus ſine* [2] *febre eſſe conducit, ac tuſſi & dolore* [3] *leviter conflictari, ſputumque ad dies quatuordecim* [4] *tenuari. Intenſe autem febricitare, ac tuſſire, aut dolere, ſanguinemque recentem ſemper ſpuere, minime* [5] *conducibile.*

1. Per tuſſim.

2. Quia febris abſentia nec ulceris aut ſanguinis, ſeu effuſi, ſeu ſuppreſſi, putredinem, nec inflammationem ullam ſubeſſe ſignificat.

3. *Senſus* eſt, ſatius eſſe ſanguinem è pulmone cum nullo dolore, & exigua tuſſi, expectorari, quàm cum dolore, ponderis inſtar, & vehementi aut irrita & moleſta tuſſi. Quanto enim hæc remiſſiora, tanto morbus levior, & facilior expectoratio, in qua pulmo non admodum tuſſiendo laceratur. *Nota* 1: Sanguinem è vaſis proſilientem, nec dolorem nec vehementem tuſſim movere: è carnea mole vehementiorem eſſe. 2. Vaſis pulmonis ruptis, expurgationem integram magnum ad ſanationem momentum adferre propter ſanguinis in aſperam arteriam defluentis liberum commeatum; at in ſubſtantia retentum, dum

per ora aſperarum arteriarum transcolatur; parte aliquâ in grumum per moram putreſcentem, & pulmonem putrefacientem, abire. Unde quidam phthiſi ſine ſputo cruento evaſere, ulceratâ carne, quæ à bronchiis maximè diſtat.

4. Per *ſputum attenuatum*, non ſanguinis puri, & recentis, intelligi debet, ſed humoris tenuioris quidem, ſed à ſanguinis natura remoti. Ad *dies quatuordecim* attenuari debet, quia illis elapſis craſſius ſit neceſſe eſt, cœptæ coctionis ſignum. Indicat hujuſmodi ſputum, non ſolum ſanguinis excretionem ceſſaſſe; ſed etiam amplius non eſſe metuendum. Poteſt tamen id & ante illud tempus ſalubriter contingere.

5. Nam *febris* ſuperveniens, ab ulcere, ſanguinis putredine, aut inflammatione, ortum habet: *tuſſis* vehemens à fluxione, grumoſo ſanguine, fervore materiæ, acrimoniâ, craſſitie, aut tenuitate & obſtructione: *dolor* pertinax ab ulcere aut inflammatione; *ſanguinis recentis* continua exſpuitio, à διαβρώσει aut ῥήξει, oritur.

CCCCXXVIII. Ὅσοισι τὸ πλευρὸν μετέωρον καὶ θερμότερον, ὅταν ἐγκεκλισμένοισιν ἐπὶ θάτερον, βάρος ἐξηρτῆσθαι δοκέῃ, τούτοισι τὸ πῦον ἐκ τοῦ ἑνὸς μέρεός ἐστιν.

CCCCXXVIII. *Quibus latus in tumorem ſublatum eſt, ac calidius exiſtit, ubi in alterum latus incumbentibus, pondus quoddam ſuſpenſum eſſe videtur, iis pus unâ in parte collectum eſt.*

Signa hoc Aphoriſmo puris in una thoracis parte collecti exponuntur. *Primum* eſt πλευρὸν μετέωρον, modò copia puris tanta ſit, ut thoracem, præſer-

præſertim quâ parte ſunt nothæ coſtæ, amplificet. Tum enim in cavo pectoris collectum, & intra pleuram ac mediaſtinum concluſum, ſeptum & nothas coſtas diſtendit, cum cutis exterioris quodam livore. *Alterum* eſt latus θερμότερον à putredine, & contenti puris halitu. *Tertium* pondus ſuſpenſum, ubi in alterum latus incubuere, à pure nempe; quod interdum anguſtiâ premit, & tuſſim exacerbat. In obſeſſum latus vix dormire ægri poſſunt, ob tuſſis frequentiam. Facilior decubitus in dorſum.

CCCCXXIX. Τοῖσιν ἐμπύοισι τὸν πλεύμονα, καὶ κοιλίην πῦον ὑποχωρέειν, θανάσιμον.

CCCCXXIX. *In pulmone pus colligentibus, per alvum* [1] *pus ſecedere,* [2] *mortiferum.*

1. Pus poſtquam cordis ventriculos ſuperavit, in venam cavam receptum, per medium vas, quod in quibuſdam cavam cum porta conjungit, in alvum facilè rejicitur, & attenuatum non minus è cava in portam commigrare poteſt, quàm in diarrhœis, & deſtillationibus de capite.

2. Nam 1: Iter hoc naturæ pervium non eſt. 2. Aut confertim in cor vomica rupta irruit; unde inopinata ſyncope: aut ſenſim per cæcos ductus in cor, jecur, ventriculum, & inteſtina delabitur. Unde in *corde* levia animi deliquia; in *ventriculo* & inteſtinis coctionis & digeſtionis detrimenta, aliquando lienteria & dyſenteria; in *jecore* ſanguinis corruptela. Viſus tamen, qui ex tumore ventris poſt empyema exorto convaluit.

CCCCXXX. Ὅσοι τρωθέντες ἐς τὸν

θώρηκα, τὸ μὲν ἐκτὸς τοῦ τρώματος ὑγιάσθησαν τὸ δ᾽ ἐντὸς μὴ, κινδυνεύουσιν ἔμπυοι γενέσθαι. ὅσοις δ᾽ ἂν ἀσθενὴς ἔνδοθεν ἡ οὐλὴ γένηται, ῥηϊδίως ἀναῤῥήγνυται.

CCCCXXX. *Vulnere in thoracem* 1 *accepto, ſi quidem externa vulneris pars* 2 *ſanitatem receperit, interna* 3 *vero nequaquam, ſuppurationis* 4 *periculum impendet. Quibus autem interni vulneris cicatrix* 5 *debilis effecta eſt, promte* 6 *reſcinditur.*

1. Quod ad intima uſque penetret, & in quo membrana à viciná carne disjungitur. Unde difficilior agglutinatio.

2. Obductâ cicatrice, unde non amplius ipſum ulcus ἀναπτολὴν ἔχει ἀνὰ τὸ ἀρχαῖον τρῶμα.

3. Quod non omnis humiditas, tum in vulnere contenta, tum aliunde affluens, exhauſta ſit; nec tam facilis ſit membranarum συνδύρωσις ac carnium συσσάρκωσις.

4. Dum enim diſſidentium in fundo partium latera diviſa non coaleſcunt, ſinus relinquitur, in quo regenerata ſanies obductam exterius cicatricem refricat, aut intus partes vicinas arrodens cuniculos agit, ut oſſa ipſa tandem corrumpat, &, ſerpente contagio, ſuppurationem, cum ſinuoſo, longo & putri ulcere, fiſtulæ modo, invehat.

5. Areſcente ſanie, & calore in cruſtam verſa.

6. Tum propter puris acrimoniam; tum propter vulneratæ partis tenſionem; tum propter perennem thoracis motum. Ἕλκεα κινέμενα ἐπαναῤῥήγνυται. *Cur verò etiam ab exiguo ulcere tam multa in thoracem confluant, ut & ægri ſuppurati evadant, & multam in diem puris ſine allevatione copiam*

piam expectorent, *quatuor cauſas* ponit Jacotius. *Prima* eſt, locus ipſe vulneris depreſſus, ſi lateribus conferatur. *Altera*, infirma partis affectæ retentrix, tum propter fibrarum reſolutionem; tum propter ambientis, quo membri temperies evertitur, contactum. *Tertia*, concoctionis ex ſolutione læſio, unde nulla alimenti aſſimilatio, & excrementorum accrementum. *Quarta*, imbecillus ex ſolutione locus, ad quem fit confluxio.

CCCCXXXI. Ἀπόλλυνται δὲ ἐκ μὲν τῶν περιπλευμονικῶν ἐμπυημάτων οἱ γεραίτεροι μᾶλλον. ἐκ δὲ τῶν λοιπῶν οἱ νεώτεροι.

CCCCXXXI. *At ſane ex ſuppurationibus quas pulmonum morbi excitarunt, fere ſenes* [1] *moriuntur, ex cæteris vero* [2] *juniores.*

1. Spectatâ ἐμπυήματος ἀνακαθάρσει, quæ valida thoracis compreſſione perficienda eſt. In juvenibus vis cerebri motrix firma eſt, nervi muſculorum intercoſtalium validi, calor pulmonum vegetus & copioſus. In ſenioribus contraria omnia. Cerebrum ipſum madeſcit, & perpetuis defluxionibus obnoxium eſt.

2. Spectata aptitudine ad tabem, inflammatione ſuppurante, & ductuum, cæteris paribus, inter quæ vires thoracis præcipuæ, opportunitate. *Illâ*, quia juvenibus à 18 ad 35 annum ſanguis copioſior, unde facilis venarum ruptura, fervidior & acrior, unde eroſionis promtitudo, in victu errata, &c. *Hâc*, quia inflammationis cauſa acrior, temperamentum calidius, ſenſus magis exquiſitus, ex quibus præ magnitudine febrium & doloris, phrenitides & convulſiones ſequi ſolent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

Iſtâ, Νεοτέρων namque, quia firmi & ſolidi ſunt corporis, pulmo, utpote ſucci plenior, non multum puris in arterias, utpote exiles & compactas, attrahit, ita ut incraſſari, & cumulari in thorace neceſſe habeat. At ἀφηλικεστέρων rarior & capacior pulmo, amplioreſque arteriæ.

CCCCXXXII. Τῶν ἐμπύων οἷσι σειομένοισι, ἀπὸ τῶν ὤμων πολὺς γίνεται ψόφος, ἔλασσον ἔχουσι πῦον, ἢ οἷσιν ὀλίγον δυσπνοωτέροισιν ἐοῦσι καὶ εὐχροωτέροισιν. οἷσι δὲ ψόφος μὲν μηδὲ εἷς ἐγγίνεται, δύσπνοια δὲ ἰσχυρὴ, καὶ ὄνυχες πέλιοι, πλήρεες οὗτοί εἰσι πύου, καὶ ὀλέθριοι.

CCCCXXXII. *Quibus* [1] *purulentis ab humeris* [2] *concuſſis, multus editur* [3] *ſtrepitus, ii minus* [4] *habent puris, quam quibus paulo* [5] *difficilior ineſt ſpiratio, iique melius colorati videntur. Quibus vero nullus intus fit* [6] *ſtrepitus, difficultas* [7] *tamen ſpirandi vehemens adeſt, &* [8] *liveſcunt ungues, ii pure* [9] *pleni ſunt, & pernicioſe* [10] *habent.*

1. Ob ruptam vomicam, & pus in thoracis cavitatem effuſum.

2. Concutitur in firmo ſedili collocatus; altero humero manibus comprehenſo à Medico.

3. In ſuperâ thoracis regione. Qualis in borborygmo, vacuâ ſæpe alvo, & ſtomacho latrante. Ψόφος murmur eſt fluctuantis aquæ vel ſonori flatus, quod exauditur intus aut foris de corpore.

4. Utre diſtento nullus eſt fluctuandi locus, Ideò nec fluctuatio ſonora.

5. Sen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

5. Senſus eſt, majorem puris copiam argui, ſi ſonitus exiguus percipiatur & æger difficulter ſpiret, facieique rubor ad malas potiſſimum adſit: idque additum eſt, quia adeo exigua puris quantitas eſſe poſſet, ut ſonitum magnum non efficeret; verum eo caſu, nec ſpirandi difficultas, nec malarum rubor, appareret, quæ perfectæ ſuppurationis indicia ſunt.

6. Ob nimiam puris copiam totam thoracis cavitatem implentem.

7. Redacto in anguſtias à pure thorace, & oppreſſo ab eodem pulmone, ut ſe explicare nequeat.

8. Ab extinctione caloris vitalis. Primum apparet in unguibus livor, quia à τῆς συῤῥόης fonte remoti, & quia pellucidi.

9. Nulla enim à nimia repletione fluctuatio, vel ſtrepitus.

10. Propter cauſas in præcedente allatas.

Titulus XVIII.

De Phthiſi.

CCCCXXXIII. Ὅσοι ἀφρῶδες αἷμα ἐμέουσι, πόνου μὴ ἐόντος κάτω τοῦ διαφράγματος, ἀπὸ τοῦ πλεύμονος ἐμέουσι, καὶ οἷσι μὲν ἡ μεγάλη φλὲψ ἐν αὐτῷ ῥήγνυται, πολύ τε ἐμέουσι καὶ εἰσὶν ἐπικίνδυνοι. οἷσι δὲ ἡ ἐλάσσων, ἔλασσόν τε ἀνάγουσι, καὶ εἰσὶν ἀσφαλέστεροι.

CCCCXXXIII. *Qui ſpumantem* [1] *ſanguinem* [2] *evomunt, partibus infra ſeptum tranſverſum dolorem* [3] *nequaquam*

ſentientibus, iis ex pulmone [4] *vomitio ſit. Ac quibus quidem inſignis in eo venæ* [5] *ruptio ſit, copioſus* [6] *vomitione rejicitur, periculumque* [7] *imminet. Quibus vero minor, minus* [8] *rejiciunt, & majorem ſanitatem promittunt.*

1. In quo cernitur ἀφρῶδες ἐπάνθισμα.

2. Pleno ore profundunt, ruptâ, eroſâ, vel apertâ pulmonum venâ. Totus ex pulmonis viſcere ſanguis ſpuma eſt; plurimum ex vaſis exſpumeſcit: nonnihil ſpumæ habet, ſi ex thorace ipſo & gutture effunditur.

3. Unde conjici poſſit, hepati graviter affecto talem vomitum ſupervenire.

4. Niſi ſanguinem ἀναδρομὴν facere, propter hæmorrhagiæ, hæmorrhoïdum, vel menſtruorum ſuppreſſionem, ſit ſuſpicio.

5. In majoribus nempe ramis, vel αὐτομάτως, vel μετὰ προφάσιος, tum intus, tum foris.

6. Quia ex magna vena ſine ullo impedimento prodit.

7. Idque multiplex. Nam perſeverante profluvio mors celeriter inſequitur: ſuppreſſo, in amplis ductibus facilè concreſcunt grumi; viſcus una cum corde refrigeratur, malè colorantur ægri, intumeſcunt, & cibos faſtidiunt.

8. Propter contrarias cauſas.

CCCCXXXIV. Τῶν φθισικῶν οἷσιν ἐπὶ τοῦ πυρὸς ὄζει τὸ πτύαλον κνίσσης βαρὺ, καὶ αἱ τρίχες ἐκ τῆς κεφαλῆς ῥέουσιν, ἀπόλλυνται.

CCCCXXXIV. *Tabidi* [1] *quorum ſputum igni* [2] *impoſitum gravem* [3] *nidorem redolet,*

redolet, & capilli è capite [4] *defluunt,* [5] *moriuntur.*

1. Qui ulcere pulmonis, febricula, ac totius corporis extenuatione, definiuntur.

2. Carbonibus injectum, aut ſuper pelvim argenteam igni impoſitum. Philotheus excipit vitro, ac prunis imponit, ut vaporem incandeſcens exhalet.

3. Facilius ita ſuum fœtorem prodit, quia ignis, humiditatem, fœtorem ſputi diluentem, reſolvit, ſeu potius halitum ejus vehiculum excitat.

4. Prohibitâ ipſorum generatione, ultimi alimenti defectu; corrupto proprio alimento, propriis humoribus; & laxatis poris per quos exeunt.

5. Fœtor enim oſtendit, pus eſſe lividum, pallidum, viride, cœnoſum, ſubcruentum. Defluvium capillorum, inopiam ſucci alibilis à ſiccitate. Quod ſi diarrhœa acceſſit, ſubitò obruuntur.

CCCCXXXV. Τῶν φθισικῶν οἷσιν ἐπὶ θάλασσαν πτύουσιν, ἐς τὸν πυθμένα βαδίζει τὸ πῦον, ὀλέθριον συντόμως. ἔστω δὲ ἐν χαλκῷ ἡ θάλασσα.

CCCCXXXV. *Tabidis in aquam* [1] *marinam expuentibus, ſi pus fundum* [2] *petit, celerem* [3] *perniciem denuntiat. Sit autem marina aqua in æneo* [4] *vaſe.*

1. Quæ propter denſitatem oneri ferendo aptior eſt.

2. Propter gravitatem, flatu, calore, & ſpiritu, deſtitutum.

3. Et tanquam ſignum extincti caloris nativi, & reſolutarum partium ſolidarum, è quibus ſpu-

tum exuſtum, terreum & fæculentum manat: & tanquam cauſa, quia ἀνακάθαρσιν remoratur, vires tuſſis frequentia proſternit, & morâ putreſcens magis ac magis pulmones exulcerat.

4. Quia pure magis inficitur.

CCCCXXXVI. Ὅσοισι τῶν φθισικῶν αἱ τρίχες ἐκ τῆς κεφαλῆς ῥέουσιν, ὑπὸ διαῤῥοίης ἀπόλλυνται. καὶ ὅσοισι φθισικοῖσιν ἐπιγίνονται διάῤῥοιαι, θνήσκουσιν.

CCCCXXXVI. *Tabidi, ſi capilli è capite defluunt, alvi profluvio moriuntur. Et, tabidis ſi ſuccedant alvi profluvia, moriuntur.*

Vide Aphoriſm. 12 l. 5.

CCCCXXXVII. Αἱ ἐν φθινώδεσιν ἐπισχέσιες πτυάλων ἐξιστᾶσι ληρωδῶς. αἱμοῤῥοΐδα τούτοισιν ἐλπὶς ἐπιφανῆναι.

CCCCXXXVII. *Sputorum* [1] *retentiones in tabeſcentibus mentem* [2] *ad delira verba commovent. In his ſanguinis profluvium, per ora venarum in ano* [3] *ſanguinem fundere ſolita, exiſtere poſſe ſpes eſt.*

1. Occluſis ob puris copiam & virium imbecillitatem ſpiritus anguſtiis, unde ægri ſtrangulantur.

2. Dum ſputum ſuppreſſum ſuâ putredine febrem auget, & vaporum calidorum magna copia in cerebrum ſubvehitur.

3. Tum præcipuè, quando ſanguinis, ex hæmorrhoïdibus vel menſtruis interceptis, ἀναδρομὴ in cauſa.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

in cauſa. Solet κατὰ λόγον fieri ἀπόστασις, unde primum μετάστασις extitit.

CCCCXXXVIII. Φθίσιες ἐπικινδυνόταται, αἵ τε ἀπὸ ῥήξιος φλεβῶν τῶν παχειῶν, καὶ ἀπὸ καταῤῥόου τοῦ ἀπὸ κεφαλῆς.

CCCCXXXVIII. *Tabes maximè [3] periculoſæ ſunt, quæ ex ruptione venarum [1] craſſarum, & ex capitis [2] deſtillatione, contingunt.*

1. Ramorum inſignium venæ arterioſæ. Ruptionis cauſæ motus vehemens, ictus, copia, vociferatio, frigus immodicum, quod fuligine cohibita, adſtrictis vaſorum oſculis, induratis & ſanguine diſtentis tunicis, ut dilatari nequeant, deſtillationes & venarum ruptiones efficit.

2. Salsâ, biliosâ, acri, & exedente, quæ molles pulmones, non expulſa, erodit.

3. Nam in tabe à ruptione concurrunt ad perniciem fluxus immoderatus, ulceris magnitudo, ſanguinis acrimonia & putredo, quæ vim cordis obruit, & effuſo confertim per amplos ductus pure, ſæpe ex ſyncope mortem repentinam affert. In illa, quam defluxio invexit, periculum augent, perennis defluxio, tuſſis pulmonem dilanians & ulcus amplificans, & penitus impreſſa progreſſu temporis intemperies.

CCCCXXXIX. Τῶν δὲ ἡλικιῶν ἐπικινδυνόταται πρὸς φθίσιν ἀπὸ ιη΄ ἐτέων, μέχρι ε΄ καὶ λ΄.

CCCCXXXIX. *Tabe maxime pe-*

 ricli-

riclitantur ætates ab anno decimo octavo ad trigeſimum quintum.

Vide Aphoriſm. 5, Aph. 9.

CCCCXL. Τὰ κνησμώδεα σώματα μετὰ κοιλίης στάσιν ἐν φθισικοῖσι, κακόν.

CCCCXL. *In tabidis pruritum* 1 *ſentientia corpora ab alvi* 2 *ſuppreſſione, malo* 3 *ſunt.*

1. Vi augeſcentis morbi, ex impuritate putri & ſalſa, ulceris magnitudine, puris putredine, & febre, aër inſpiratus, alimenta, & ſanguis, corrumpuntur, tracto in conſortium mali hepate. Unde corrupta ſanies fervore cordis ebulliens, exhalat à centro ad cutim, & in partibus ſolidis humor alens aduritur, acrimoniamque & ſalſedinem uſtarum partium miſtione acquirit.

2. Quæ materiam corruptam deturbari prohibet, &, ut intendatur, facit.

3. Ut ſignum & cauſa, propter rationes jam allatas.

CCCCXLI. Ἐπὶ τῇσι φθινώδεσιν ἕξεσι μετὰ πυρετοῦ ἐς οὖλα καὶ ὀδόντας ῥεύματα ἐπιφαινόμενα, κακόν.

CCCCXLI. *In naturis ad tabem* 1 *promte comparatis, ſi cum febre fluxiones* 2 *ad gingivas & dentes compareant, malum* 3 *denuntiant.*

1. Quales ſunt alati, qui adeò anguſto, excarni & depreſſo ſunt thorace, ut ſcapulæ retrorſum alarum in modum emineant; & quibus collum oblon-

oblongum & gracile, caput pyramidale & imbecillum.

2. Et quidem μὴ κατὰ τὸν συνήθη τρόπον, non ſecundum conſuetum modum, ſed κακοηθῶς, cum partium putredine & nativâ malignitate.

3. Nam denti ſiderato, ſi ingens cum delirio febris acceſſerit, mortiferum: ſi autem periculo defungantur, oſſa illis abſcedent: ſi in alvum deferantur, exitialem diarrhœam, vel dyſenteriam, adferunt; ſi in pulmones, exitialem phthiſin.

CCCCXLII. Ἐπὶ πᾶσιν ὑποχόνδρια μετέωρα, κακόν. κάκιστον δὲ ἐπὶ τοῖσι φθισικοῖσι τῶν μακρῶν.

CCCCXLII. *Præcordia in tumorem* [1] *ſublata omnibus* [2] *quidem mala ſunt, præſertim vero his, qui ex longo intervallo* [3] *tabidi exiſtunt.*

1. A viſcerum, quæ complexu ſuo fovent, μετεωρισμῷ, & quidem cum rugitu.

2. Cujus exemplum in Hermocrate, Apollonio, Abderita, & aliis, habetur.

3. Denuntiatur enim, calorem nativum jam in viſceribus extingui, morbo vehementer aucto, quod nec à jecore alimentum in ſanguinem probè convertatur, nec pituita digeratur, nec ventriculus officium ſuum faciat. Unde flatuoſus, & corruptus ſpiritus. *Morbo vehementer aucto* dixi, quia minus incommodat, ſi vel à flatu humori permiſto, vel ab alimento deorſum à valida natura propulſo, accidat. Interdum eo ſanies è thorace redundat, pravo quidem ſigno, non tamen letali.

CCCCXLIII. Ἐπὶ τοῖσι τετηκόσιν

ὀλεθρίοισιν, ἔνιοι περὶ τὴν τελευτὴν ἐπιῤῥιγοῦσι.

CCCCXLIII. *Ex his qui cum*[2] *pernicie conſumpti*[1] *ſunt, nonnulli ante mortem ſubinde*[3] *rigoribus corripiuntur.*

1. A lenta & putrida febre ex ulcere pulmonis & puris colluvie, ita ut tandem accenſo ipſo corde hectici evadant.

2. Ob præſentiam letalium ſignorum.

3. Vellicatis ab ulceris putrilagine & maligna puris acrimonia membranis, quæ ſubinde totum corpus concutiunt, & contrahunt.

CCCCXLIV. Τὰ ἀμυχώδεα ἐξανθήσματα, φθίσιν ἔξιος σημαίνει.

CCCCXLIV. *Puſtularum*[1] *eruptiones, velut ſumma cute leviter lacerata aut vellicata, totius habitus*[2] *tabem & corruptionem denuntiant.*

1. Lividarum ſimul & uſtulatarum, quod per febrem hecticam ſiccitate humores acuantur, & humidum primigenium uratur. Ἀμυχαὶ, leves cutis lacerationes, inciſuræ, & exulcerationes, velut quæ ſcarificatu fiunt.

2. Inprimis, ſi ſimul oculi ſunt cavi, tempora collapſa, corpus totum ſquallidum, cutis pallida, denſa, dura; venter depreſſius & extenuatus, hypochondria retracta, &c.

CCCCXLV. Οἱ δύσπνοοι ξηρῶσι, πολλὰ ἄπεπτα ἀνάγοντες ἐν φθίσει, ὀλέθριοι.

CCCCXLV. *Cum ſpirandi*[1] *difficultate*

cultate areſcentes, in tabe cruda [2] *multa educentes, exitialiter* [3] *habent.*

1. Id eſt, qui multo pure intus collecto, cum multa putredine & febre, exſiccati, difficultate ſpirandi conflictantur. Τὸ πνῖγμα προσκόπτον, ſeu eliſus in faucibus ſpiritus, vel virtutem præ imbecillitate, vel inſtrumenta præ duritie aut convulſione, uno veluti tenore, inſpirationem & exſpirationem abſolvere non poſſe indicat.

2. Seu quaſi ἀμεταβλητικά, quæ diſpoſitionem coctioni quaſi repugnantem habent, ſeu cum pure putrefacto aut cocto ejiciuntur.

3. Hinc enim caloris nativi extinctionem, novæ materiæ motum ac συναθροισμόν, cujus interventu altera corrumpitur, colligas neceſſe eſt.

TITULUS XIX.

De Hepaticis.

CCCCXLVI. Οἷσιν ἡπατικοῖσιν πολὺ πτύαλον αἱματῶδες, εἴτε ἐνυπόσαπρον, εἴτε χολῶδες ἄκρητον, ὀλέθριον δ᾽ ἰθέως.

CCCCXLVI. *Hepaticis* [1] *ſputum multum* [2] *cruentum, ſive intus* [3] *ſubputridum, ſive ſincere* [4] *bilioſum fuerit, ſtatim* [5] *perniciem denotat.*

1. Quibus hepar ἀτονία laborat, ob calidæ vel frigidæ intemperiei exceſſum, ſub quo & humores venis contenti copia ac qualitate à naturali

ſtatu

ſtatu receſſere; & παρέγχυμα ipſum diſſolvitur, labefactatur, & corrumpitur.

2. Sive hoc per œſophagum fiat, ſive per aſperam arteriam, & quidem ob venarum imbecillitatem, ſanguinis pravitatem, vel plenitudinem ad vires. *Multum* dixit, frequentiam fortè exſpuitionum innuens. Quod enim ſemel aut parum rejicitur, aut ex rarefactis gingivis reſudat, cum præſentaneo periculo conjungi nequit.

3. Propter moram.

4. In intemperie præcalida & febre.

5. Magnum enim affectum eſſe oportet, in quo neque hepar per loca convenientia, nares nempe, vel alvum, expurgari poteſt, & partes ſupra ſeptum omnes in conſortium mali adductæ ſunt.

CCCCXLVII. Ἐφ᾽ ἡπατικῷ τῆξις ἅμα βράγχῳ, κακὸν, ἄλλως τε ἢν ὑποβήσσῃ.

CCCCXLVII. *Hepatico*[1] *colliquatio cum*[2] *raucedine malum portendit, idque præcipue ſi cum quadam*[3] *tuſſi contingat.*

1. Cum non ſolum corpus totum, ſed etiam pinguedo, & hepar ipſum, vi febris colliquantis reſolvitur, & in propria ſubſtantia contabeſcit; cum dejectionibus pinguibus graveolentibus, & urina oleoſa. Solet & bilis craſſa, abundè colorata, & fœtida, per alvum deponi.

2. Quæ excitatur, cum è ſuperioribus partibus colliquatio guttur irrigat.

3. Quam inflammatoria aſperitas vi febris excitata commovet. Duretus de colliquatione partium ſolidarum ſuo genio fraudatarum accipit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

CCCCXLVIII. Οἱ καθ' ἧπαρ ὀδυνώδεες, καρδιαλγικοὶ, καρώδεες, ῥιγώδεες, κοιλίην ταραχώδεες, λεπτοὶ, ἀπόσιτοι, ἐφιδροῦντες πολλῷ, πυώδεα κατὰ κοιλίην προΐενται.

CCCCXLVIII. *Quibus hepar* [1] *dolet, cum oris* [2] *ventriculi dolore,* [3] *ſopore,* [4] *rigore, ii, alvo* [5] *exturbata, cum corporis* [6] *extenuatione, ciborum* [7] *faſtidio, multis tenuibus* [8] *ſudoribus diffluunt, & purulenta* [9] *per alvum demittunt.*

1. Ob tuberculum, quo maximè colligitur ſuppuratio in cava. Intumeſcit enim, diſtendit tumore tunicam, trahitque quibus alligatur vincula.

2. Vel propter tenuis ichoris aut bilis reſudationem, vel ventriculi à tumente cava preſſum, vel fervoris communicationem, communium nervorum ratione.

3. Qui aliquando collectâ vomicâ, & deferveſcente ardore, per virium imbecillitatem, & evaporationem multam minus acrem, oboritur, & delirium ſedat, ſed vana ſæpe ſpe vitæ, ut in Philini uxore in Thaſo videre eſt.

4. Qui nullo ordine nullaque ratione, per ſuppurationes internas, à naſcentis puris acrimonia, & putredinis motu, invadere ſolet.

5. Superveniente hepatis infirmitate, aut ἀναδώσεως interceptione, aut potius reſudante acri ſanie per membranam tenuem in inteſtina.

6. Nunc dictâ inſequente.

7. Quia venæ ſuccorum malitiam in ventrem rejiciunt, nec ab ipſo trahunt.

8. Seu

8. Seu propter oppreſſionem, ſeu propter reſolutionem virtutis partium ſolidarum, inveteraſcente morbo.

9. Nimirum ſæpius. Nam quandoque vomitione redduntur, vel per urinas: nonnunquam fiſsâ aut exesâ jecoris ſubſtantiâ, pus in abdominis capacitatem excidit: aliquando ulcere, ob retentam aliquando acrem & putridam ſaniem, perpetuâ colluvie ſordeſcunt. Hic perturbatio ventris humorum inclinationem indicat.

CCCCXLIX. Τοῖσιν ἧπαρ ἐξαπίνης περιοδυνέουσιν, πυρετὸς ἐπιγινόμενος λύει.

CCCCXLIX. *Quibus jecur derepente vehementer dolet, iis febris ſuccedens remedio eſt.*

Vide Aphor. 52 l. 7: & 40 ſ. 6: Ἐξαπίνης omittitur ibi, hic additur, quia, *ut Hollerius inquit*, dolor ab inflammatione, vel obſtructione, vel denique ſuppuratione, & fit tardius, & tardius diſſolvitur, neque ea febre ſolvitur. Itaque materia craſſa & viſcida calore diffundente in flatus reſolvitur, qui incluſi, irruunt in membranam, diſtendunt vincula, diſtrahunt, unde vehemens dolor, quibus accedens calor è febre ſufficit, quod imbecillitas inſiti caloris non præſtitit. Coquit enim, incidit, & in halitum diſpergit flatus, unde ſolvitur dolor.

CCCCL. Ὅσοι δὲ ἀφρῶδες αἷμα πτύουσι, πονέοντες ὑποχόνδριον δεξιὸν, ἀπὸ τοῦ ἥπατος πτύουσι, καὶ θνήσκουσιν.

CCCCL. *Quicunque ſpumantem ſanguinem expuunt, cum præcordiorum dextrorum*

rum dolore, iis ex jecore expuitur, & pereunt.

Vide Coacam 408. *Nota* ſimul 1: *Rectè dici ſputum ſanguinis ab hepate eſſe, ſi dextrum hypochondrium ad nothas coſtas ex plenitudine aut inflammatione doleat.* Jecur enim plenitudinem aut cacochymiam in venas thoracis aut pulmonis, convexâ maximè parte laborante, protrudit, & aliquam ex iis rumpit. Pervenit hic ex vena cava in azygon, mox in tenues coſtarum venas, excluditurque tuſſi. 2. *Spumeſcere ſanguinem* non ſolùm à ſpumoſa pulmonis ſubſtantia, ſed & motu vehementique calore: eandem aliquando caloris extranei & ignei argumentum eſſe; aliquando anguſtiæ partium & perturbationis à flatuoſo intercluſo ſpiritu.

CCCCLI. Οἷσιν ἧπαρ καυθεῖσιν, οἷον ἀμόργη ἔρχεται, θανάσιμον.

CCCCLI. *Quibus ex hepatis uſtione pus amurcæ ſimile prodit, letale.*

Vide Aphoriſm. 45, ſect. 7.

TITULUS XX.

De Hydrope.

CCCCLII. ΟΙ δὲ ὕδρωπες οἱ ἐκ τῶν ὀξέων νοσημάτων, ἐπίπονοι γίνονται καὶ ὀλέθριοι. ἄρχονται δὲ, οἱ πλεῖστοι μὲν ἀπὸ τῶν κενεώνων, οἱ δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ἥπατος. τοῖσι μὲν οὖν ἀπὸ τῶν κενεώνων ὑπο-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

χομβρόισιν, οἱ πόδες οἰδέουσι, καὶ διάῤῥοιαι πολυχρόνιοι παρακολουθοῦσιν, οὐ λαπάσσου-σαι κοιλίην, οὐδὲ τὰς ὀδύνας λύουσαι τὰς ἐξ ὀσφύος καὶ κενεώνων. ὅσοις δὲ ἀπὸ τοῦ ἥπατος, βὴξ ἔτ' ἐτόμως ἐγγίνεται, καὶ οἱ πόδες οἰδέου-σι, καὶ ἡ κοιλίη σκληρὰ διαδίδωσι, καὶ περὶ ἀνάγκην, οἰδήματά τε καὶ περὶ αὐτὴν γίνεται τὰ μὲν ἐπὶ δεξιὰ, τὰ δ' ἐπ' ἀριστερὰ, καὶ πά-λιν καταπαύεται.

CCCCLII. *Aqua inter cutem quæ ex acuto* [1] *morbo cœpit,* [2] *moleſtiam ac* [3] *per-niciem affert. Oritur vero fere & à laterum* [4] *inanitate, vel à jecore. Sed ubi à laterum inanitate ortum* [5] *contraxit, pedum* [6] *tu-mor, & alvi* [7] *diuturnus fluor conſequitur qui neque ventrem* [8] *emollit, neque lumbo-rum aut ilium* [9] *tumorem ſolvit. At qui-bus è jecore aqua inter cutem proficiſcitur, i-promte etiam tuſſi* [10] *vexantur, pedes* [11] *in-tumeſcunt, & alvus* [12] *non niſi dura & æ-gre reddit, tumoreſque* [13] *modo dextra, mo-do ſiniſtra parte ventris oriuntur, ac rurſu* [14] *deſinunt.*

1. Febre inprimis ardente, cum inflamma-tione, vel flammea diſpoſitione conjuncta, ſe κατὰ μετάστασιν, ſeu κατ' ἐπιγέννημα, id eſt, pro-pagationem morbi, & alterius impreſſionem.

2. Propter ſymptomata, dolorem nempe, ſi-tim inexplebilem, difficultatem ſpirandi, febrem vigilias, &c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

3. Quia præter ſymptomatum vehementiam, & curationis difficultatem, calore nativo penè extincto, in corpus alio morbo liquatum incidit.

4. Hippocrates κενεῶνας omnes eas partes, quæ inter extremam thoracis coſtam & coxendicis oſſa continentur, tenuia nempe inteſtina, jejunum, meſenterion, & meſocolon, quod à lumbis naſcitur, teſte Galeno, vocat.

5. Sæpe hæ partes inflammatione vel intemperie hecticâ frigidâ laborant.

6. Quia pituitoſum ſanguinem primi excipiunt, quem per nativam & adventitiam intemperiem frigidam mitificare non poſſunt.

7. Propter perennem profluentis humoris generationem & affluxum. Obſeſſo jejuno & meſaraïcis phlegmone, hepar munere attrahendi non fungitur. Chylus in anfractibus jejuni concluſus & corruptus clauſtra laxat. Fluor verò iſte liquidus, ſine ciborum cruditate, doloris moleſtiâ, cruentâ dejectione, &c.

8. Quia corruptum tantum chylum, &ślioſam materiam, non morbificam, excludit.

9. Quia tenſio apponendo augetur, & intemperie hecticâ inteſtinorum tenuium manente, flatus magis & magis procreantur, &, cum periſtalticæ functionis vis ſit languida, vel depravata, exitu omni prohibentur.

10. Ortâ vel ex proritatione diaphragmatis ab exudante ſero & ichore maligno; vel à tumore hepatis diaphragma opprimentis. In Progn. additur θυμὸς, ſeu προθυμία, πρὸς τὸ βήττειν, tuſſiendi cupiditas, & voluntas, tam ſpontè ægri, volentis pulmoni libertatem comparare, quàm morbi.

11. A ſanguine pituitoſo, qui eò devolvitur, &, quia nec aſſimilari, nec apponi, poteſt, tumorem excitat.

12. *Du-*

12. *Dura*, quia naturali deſtituta vehiculo diutius in alvo morantur, & ab igneo calore peruruntur. *Ægrè*, nec niſi medici adjumento, ob eandem cauſam.

13. Senſim à pedibus, pro cruditatis augmento, & partium ſuccedaneâ refrigeratione, ad crura, ilia, & ventrem, rependo.

14. Natura quippe valens, vel medicamentis adjuta, vel etiam per ſe citatâ alvo, vel pituitâ cum flatu in halitum diſcuſsâ, vel ſudore multo, vel urinâ copioſâ, vel vomitu, vel ulcere in cruribus ſeu ſpontè ſeu arte oborto, ventrem ad æqualitatem revocat; qui tamen poſt vitio hepatis manente, & materiâ renatâ in tumorem iterum attollitur.

CCCCLIII. Ἐπὶ τοῖσι ξηροῖσιν ὑδρωπιώδεσι τὰ στραγγουρικὰ, μοχθηρόν. φλαῦρα δὲ καὶ τὰ μικρὰς ὑποστάσιας ἔχοντα.

CCCCLIII. *In hydrope* [1] *ſicco urina* [2] *ſtillatim effluens malum* [3] *denuntiat. Mala* [4] *quoque eſt, quæ exigua habet ſedimenta.*

1. Seu propriâ ſpecie, & ideâ, ut Tympanites à flatu tenuia inteſtina & univerſum abdomen implente exortus; ſeu in quo nihil morbificæ materiæ excernitur.

2. Continenter quaſi guttatim expreſſa.

3. Indicat, vel putrilaginem quandam ab inflammatione jecoris, aut renibus relictam; vel incendium intus fervere; vel ſanguinem ita corruptum, ut ſalſam & acrem urinam reddat. Occupant etiam ardor & corruptio interiora viſcera ita, ut quibuſdam cadaveribus diſſectis livida, & ad modum corii ſerpentis varia, & ſiderata, inteſtina appareant. Ἐπιγύνημα ſtranguria in hydrope ſem-

pe ſemper, ex quo per ſuppreſſionem ſeri morbus augetur; per doloris acceſſionem, vires jam morbo fractæ magis proſternuntur.

4. Nam craſſa, nec propter obſtructionem renum, vel hepatis, aut ſcirrhum, tranſcolata, multitudine & craſſitie morbum augent; ſæpe cruditatem, & alimenti defectum, in partibus ſolidis annuntiant: &, ſi verò cum ulcere veſicæ, vel urinæ acrimonia, oris & gingivarum ulcera accedant, mors eſt in propinquo. Magna enim putridi & acris halitus, ex corrupto & ichoroide ſanguine, copia indicatur.

CCCCLIV. Τοῖσιν ὑδρωπιωειδέσιν ἐπιληπτικὰ ἐπιγινόμενα, ὀλέθριον, ἀλλήλων σημείων μοχθηρῶν, καὶ κοιλίης ἐξυγραίνουσιν.

CCCCLIV. *Hydropicis ſuccedentes morbi* [1] *comitialis offenſiones, perniciem* [2] *adferunt, pravis invicem* [3] *ſuccedentibus ſignis, & alvos* [4] *humectant.*

1. Per ἐπιγένεσιν cauſæ hydropificæ, vel ipſius ſymptomatis, unde proritati cerebri contractio.

2. Nam omnis acceſſio gravioris mali, ad grave malum, letale eſt. Cacochymia in principes partes irrumpit; & affecto dolorifica convulſione cerebro, magnus à virium in hydrope jam proſtratarum dejectione, & univerſali caloris in jecore & cerebro extinctione, metus.

3. Qualia hæc, parum conſtat, niſi ſumantur velut interjecta, ut alioqui comparata inter ſeſe hæc ſigna prava cenſenda ſint, & in perniciem ægri conſpirantia. Duretus legit ἀλλήλων τε σημείων μοχθηρῶν, quaſi ſigna maleficentià inter ſe certent.

4. Vel

4. Vel propter duarum facultatum reſolutionem; vel ſymptomaticum bilioſorum & tenuium ad ventrem confluxum, qualis in deliquiis, dolore vehementi, & partium nervoſarum affectionibus, oboriri ſolet; vel inteſtinorum ab hectica intemperie imbecillitate; vel ἀναδόσεως propter obſtructum meſenterium interceptione; vel alimentorum corruptione; vel perenni bilis, ab incendio illarum partium, generatione.

CCCCLV. Ἐν τοῖσι χολώδεσι κοιλίη ταραχώδης, διαδιδοῦσα σμικρὰ γονώδεα, μυξώδεα, καὶ πόνον περὶ ἦτρον ἐμποιέοντα, καὶ οὖρα οὐκ εὐλύτως ἰόντα, ἐς ὕδρωπα ἀποτελευτᾷ ἐκ τῶν τοιούτων.

CCCCLV. *Bilioſis* [1] *alvus* [2] *perturbata, exigua* [3] *reddens* [4] *genituræ ſimilia &* [5] *mucoſa, doloremque* [6] *ad imum ventrem inferentia, urinæ quoque non facile* [7] *prodeuntes, ad hydropem* [8] *tendunt ex hujuſmodi caſibus.*

1. Temperamento, habitu atque diæta; quorum bilioſa conſtitutio cum ætate accrevit, eaque à primo ortu συγγενής, facta eſt σύνεδρος κ ἐπαυξής.

2. Sæpius ad excretionem irritata, à bile corrupta, & acri, ſive pauca ad inteſtina confluat, ut in ictericis; ſive multa, propter perennem in hepate calidiſſimo generationem, ut in picrocholis.

3. Aut propter obſtructionem, aut propter expultricis ἀσθένειαν, aut colliquationem. Dejectio acris & pinguis, cum viſcoſitate & fœdo odore, certiſſimum hujus ſignum eſt.

4. Qua

4. Qualia in morbis longis à vitrea pituita; in acutis à pinguedinis recentioris colliquatione; in picrocholis à pituita quæ bile per inteſtina tranſeunte abraditur, prodeunt. τονώδεα alibi dicuntur.

5. Ob eandem rationem. Adhæreſcunt viſcida, & craſſa inteſtinis, ob idque pauca permeant.

6. Seu morſu vehemente, ſeu ſpiritu flatuoſo, qui exitum non habet. Unde dolores & cruciatus circa umbilicum & lumbos obfirmati. Periculosè hic ægri purgationibus exagitantur, quæ vel nullæ eſſe debent, vel raræ, & ad cacochymiæ imminutionem duntaxat.

7. Nec εὔλυτοι, ſeu facilè effluentes, ſed quæ promtè ſubſiſtunt; tum propter ſeri ad ſuperiora refluxum; tum propter interceptionem, & ſecretricis, veſicâ vacuâ, imbecillitatem; tum propter craſſitiem.

8. Propter cauſas jam allatas. Nihil paucum criticum.

CCCCLVI. Ὑδεριῶντι πυρετώδη, οὖρον μικρὸν καὶ τεταραγμένον, ὀλέθριον.

CCCCLVI. *Aqua inter cutem* 1 *laboranti cum* 2 *febre, urina* 3 *pauca &* 4 *conturbata, perniciem* 5 *denotat.*

1. Aſcite detento, in quo aquæ in abdomine, propter hepatis ἀτονίαν, caloris ſanguifici ſuffocationem, maraſinum retorridum, ſtagnant.

2. Seu exacerbata, ſeu noviter exorta, tum ab aquarum putredine, tum ab hepatis cum corde facilem communicationem habentis, impuritate.

3. Non quòd ſerum vel diarrhœa vel ſudore diffluxerit, ſed quòd curſu ad viſcera inflexo, in omentum, & ſpatium inter hoc & peritonæum, effundatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

4. Qualis jumentorum, à ſeri in venis, à ſpiritu flatulento & intus incluſo, febrili ardore, perturbatione, & agitatione.

5. Vel ipſæ urinæ denotant caloris nativi paupertatem, & ejus, qui præter naturam, augmentum. Computantur & inter ſigna hydropis letalia, urinæ variè coloratæ, ſi nempe ſupra rubent, infra liveſcunt vel nigreſcunt, propter variam materiæ naturam, bilis aduſtionem, & partium ipſarum νέκρωσιν.

CCCCLVII. Ἐπὶ δὲ ὕδερῳ ἀρχομένῳ διάῤῥοια γινομένη ὑδατώδης, χωρὶς ἀπεψίης, λύει τὸ νόσημα.

CCCCLVII. *Aquæ* [1] *inter cutem* [2] *initio aquoſum* [3] *alvi profluvium abſque* [4] *cruditate exortum, morbum* [5] *ſolvit.*

1. Quæ anaſarca & leucophlegmatia dicitur, quod color corporis albidus pituitæ ſuffuſione cernatur.

2. Inchoante adhuc morbo, necdum vel ſideratis & corruptis viſceribus, vel intemperie hecticâ contractâ, vel viribus diuturnitate morbi fractis.

3. Et forte cum εὐφορίᾳ. *Aquoſum*, ut materiam morbificam evacuari colligas. *Forte*, ut robur naturæ excrementa pellentis cognoſcas; cum εὐφορίᾳ, ut etiam æger leviorem ſe ſentiat.

4. Ita ut nec ab imbecillitate retentricis, nec ab interceptione ἀναδόσεως, nec ab alimentorum corruptione obveniat.

5. Quia talia, qualia debent, evacuantur, viribus conſtantibus, & partibus illæſis.

CCCCLVIII. Τοῖσι ξηροῖσιν ὑδρω-
πιῶ-

πιώδεσι προσημαίνουσι, στρόφοι περὶ τὸ λεπτὸν ἐμπίπτοντες, κακόν.

CCCCLVIII. *Ubi hydrops* [1] *ſiccus de ſe ſignificationem* [2] *præbet, tormina* [3] *ad tenue inteſtinum incumbentia,* [4] *malum denuntiant.*

1. Vide Coacam 453.

2. Quod fit, cum cibi propè omnes in flatus convertuntur, ventriculus frequenter cum dolore colico ſimili inflatur, nativa partium temperie alienata, &, propter imbecillam in inteſtinis & ventriculo excretricem, meatuumque obſtructionem, ſuppreſſis flatibus.

3. Quæ ab acri humore mordente aut flatulento ſpiritu intercluſo, per tenuis inteſtini exquiſito ſenſu præditi anfractus circumvolvuntur; & circa umbilicum ac lumbos præcipuè affligunt, tum quod ibi cæcum & colon anguſtius; tum quod vincula nervacea præſto, quibus colon & renes inter ſe colligantur.

4. Si ſymptomata neque tempore, neque remediis ſolvantur. Fixa & hectica tenuium inteſtinorum intemperies ad priſtinum ſtatum reduci non poteſt. *Nota:* Proſpero Marciano viſum, hydropem ſiccum ab Hippocrate hic illum dici, qui ſiccitatis ſymptomata habet, quæ ab aquæ præſentia non tolluntur, ut ſunt, alvi ſphærulas ſtercori caprillo ſimiles excernentis ſiccitas, febres, ſitis, tuſſes ſiccæ, &c. : &, quia ab aliqua ægritudine præcedente ortum ducunt, ſui ſignificationem præmittere dixiſſe. Vide Aphoriſm. l. 4. 11.

CCCCLIX. Τὰ ἐξ ὑδρωπικῶν ἐπιληπτικὰ, ὀλέθρια.

CCCCLIX. *Ex aqua inter cutem morbus comitialis perniciem adfert.*

Vide Coacam 454. Tumultuariam vides operam.

CCCCLX. Ὕδερος πρὸς θεραπείην ἐνδιδοὺς, παλινδρομέων, ἀνέλπιστος.

CCCCLX. *Aqua inter cutem quæ curationi ceſſit, ubi recurrit, ſpem tollit.*

Summa. 1. Solum illum hydropem depelli poſſe, naturæ vel artis beneficio, qui vel ex ſola ſeri collectione & ſuppreſſione, vel materiæ flatuoſæ copia, ſine ſcirrho hepatis vel lienis confirmato, corruptela ſubſtantiæ ejuſdem, maraſmo retorrido, aut hectica inteſtinorum intemperie, ortum habet. 2. His poſitis, etſi commotâ alvo multa expurgari poſſint, & venter detumeſcere: recrudeſcit tamen malum, magis ex eo letale quod vires ex infirmitate morbi magis proſternantur; ſpiritus in effuſione aquæ diſſipentur; & viſcera deorſum magis inclinent.

CCCCLXI. Τοῖσιν ὑδρωπιώδεσι κατὰ φλέβας ἐς κοιλίην ῥαγέντος τοῦ ὕδατος, λύσις.

CCCCLXI. *Aqua inter cutem laboranti, aqua quæ in venis eſt ad alvum erumpente, ſolvitur morbus.*

Vide Aphoriſm. 14 ſect. 6. Parum autem refert, *inquit Foëſius*, an ὑδρωπιώδεας κατὰ φλέβας, intelligas eos qui pituitosâ cacochymiâ per venas redundant, quæ ipſius hydropis forma eſt, unde etiam carnes & tota cutis intumeſcit ac turgeſcit, ut κατὰ φλέβας idem, quod ἀνὰ σάρκα, ſignificet; an verò

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

an verò κατὰ φλέβας ἐς κοιλίην ῥαγέντος τοῦ ὕδατος dicas.

TITULUS XXI.

De Dyſenteria.

CCCCLXII. Δυσεντερίη ἀκαίρως ἐπιστᾶσα, ἀπόστασιν ἐν πλευροῖσιν, ἢ σπλάγχνοισιν, ἢ ἐν ἄρθροισιν ποιέει. ἆρά γε ἡ μὲν χολώδης ἐν ἄρθροισιν, ἡ δὲ αἱματώδης ἐν πλευροῖσιν, ἢ σπλάγχνοισι;

CCCCLXII. *Intempeſtive ſuppreſſa* [1] *inteſtinorum difficultas, abſceſſum* [2] *in coſtis, aut viſceribus, aut* [3] *articulis, inducit. Ac forte bilioſa* [4] *quidem, in articulis: ſanguinea vero, in coſtis* [5] *ac viſceribus, abſceſſum facit?*

1. Cruenta ἔκκρισις, tam hepatica, quàm alvina, vel hepatis exoluti, vel inteſtini exulcerati vitio exorta, adſtringentibus intempeſtivè ſuppreſſa.

2. Abſceſſus fit per μετάστασιν materiæ ad inteſtina ruentis, viâ interclusâ, ita ut circa coſtas pleuritidem, in viſceribus peripneumoniam, vel hepatis inflammationem excitet. Mulieri cuidam ita adſtricta alvus, ut nonniſi ſeptimo die egereret; pictor verò in fœdam ſcabiem incidit.

3. Conversâ colicâ in arthritidem. Cui dextrâ ſitum inteſtinum dolebat, oborto articulari morbo, fuit quietior.

4. Ab omnibus partibus, nobilibus præſertim, eo rejecta, accedente facili propter tenuitatem penetratione.

5. In thoracem ſanguis maximè refluit, propter hepatis viciniam, venæ cavæ ſitum ac diſtributionem, & partium reſpirationi dicatarum peculiarem infirmitatem.

CCCCLXIII. Δυσεντερικοῖσι ἔμετος χολώδης ἐν ἀρχῇ, κακόν.

CCCCLXIII. *Inteſtinorum* [1] *difficultate laborantibus, vomitio* [2] *bilioſa circa* [3] *initia, malo* [4] *eſt.*

1. Egeſtione cruentâ ab inteſtinorum tenuium ulcere, quod pituita putris vel bilis effera excitavit.

2. Bilis flavæ ſpumantis & meræ.

3. Circa initia, cum ipſa natura morbificis cauſis opprimitur, nec cujuſquam criſeos ſpes.

4. Nulla enim inde ægris levatio. Superveniunt ſæpe febres acutæ, extremorum perfrictiones, cibi faſtidia, vigiliæ, ructus graveolentes, nauſeæ, & magna tormentorum intenſio ac perſeverantia.

CCCCLXIV. Οἷσιν ἐκ δυσεντερίης ὀξείης ἐς πυώδεα ἥκει τὸ ὑγρὸν, τὸ ἐφιστάμενον ἔκλευκον ἔσται καὶ πολύ.

CCCCLXIV. *In gravi* [1] *inteſtinorum difficultate, quibus humor ad pus* [2] *pervenit, quod ſummum* [3] *inſidet* [4] *exalbidum erit &* [5] *copioſum.*

1. Ab exulceratione inteſtini ex pituita putri ſalſa, vel bile cum torminibus exorta, in qua difficulter, parum & crebrò egeritur.

2. Mitificatâ, caloris nativi virtute, & partium ſolidarum integritate, materiâ efferâ, nec ullo præſente fœtore.

3. Quod

3. Quod ſuperſtat in fæcibus, vel ſupernatat aquâ in pelvi exceptum.

4. Segregatur à mixtione alieni humoris ejuſdem caloris potentiâ.

5. Libertate partibus, quæ ante obſidebantur, redditâ. *Nota* 1: In *abſceſſus interioris ruptione*, copioſum quidem, ſed minus album nec lentum excerni, & cum fæcibus alvi confuſum egredi. 2. In *colliquatione pinguedinis & carnis*, excrementa quidem purulenta apparere, ſed pauca, fœtida, glutinoſa & minus alba. Nam pinguedo inteſtinorum recens corraſa, aut à calore liquata, minus alba eſt: vetus & ſemiputris, aut à calore vehementiore colliquata, ſubpallida apparet.

CCCCLXV. Τὰ δυσεντεριώδεα, ὑπέρυθρα, ἰλυώδεα, λάβρα διαχωρήματα, ἐπιφλογώδεσιν, ἐξερύθροισι χρώμασι λυόμενα, ἐλπὶς ἐκμανῆναι.

CCCCLXV. *Inteſtinorum difficultate* 1 *laborantibus, aliquantulum rubræ,* 2 *limoſæ & copioſæ dejectiones, in flammeo* 3 *colore & prærubro perfuſis,* 4 *ſolutæ, inſaniam* 5 *ſuſpectam faciunt.*

1. Propter ſanguinis copiam, vel vitium; quod in hepatica & venoſa dyſenteria accidit.

2. Proruptâ alvo, rubro primum, mox craſſo & fæculento ſanguine. In *αἱματηρῇ* dyſenteriâ prodit repentè & cum impetu multus, apertis venarum oſculis; & citò ſine ullo cibi faſtidio deſinit. In hepatica quaſi carnium lotura, & ſanguinis tenuis ac diluti ſanies *inter initia*, cum cibi faſtidio, nec tanto cum impetu, excludi ſolet; niſi fortè ad hepatis infirmitatem plenitudo acceſſerit;

rit: *poſt initia* ſanguis purus aliquando non multus, ſæpe flavæ bili permiſtus, cum inteſtinorum adipe corraſo, ejicitur. Tandem *trahente morbo*, & jecore admodum malè affecto; quaſi fæx ſanguinis & grumus apparet, fluxuſque noctu magis excitatur, & per longiora intervalla affligit.

3. In iis qui faciem rutilam, & rubore fixo & ſtabili ſuffuſam, habent. Scintillare oculi fulgore adventitio ſolent, à ſanguinis multâ bile perfuſi ad pellucidas oculorum membranas appulſu. Aut venoſa & critica dyſenteria, aut hepatica, cum plethorâ conjuncta, indicatur: nec non hanc ad caput ferri.

4. Repentè & παραλόγως inhibitæ: ante perfectam evacuationem. Solet Hippocrates voces λύειν, & κρίνεσθαι, uſurpare, cum affectus augentur, minuuntur, terminantur, aut in alium morbum degenerant.

5. Præſertim ſi vultuoſa & egregiè colorata ſit facies. Facta enim in caput παλινδρομία, aut μετάστασις, propter vehementem ſanguinis calorem, humorum motum, vaſorum ſuperiorum amplitudinem, & rectum capitis ſitum, talis evadit. Unde accedente mœſtitia à craſſo ſanguine, melancholia; ab atra bile, mania: niſi parotides, vel hæmorrhagia, vel cholera, ſupervenerit.

CCCCLXVI. Δυσεντερίη σπληνώδεσι μὴ μακρὴ, χρήσιμον· μακρὴ δὲ, πονηρόν. λήγουσης γὰρ, εἰ ὕδρωπες ἢ λειεντερίαι γίνονται, θανάσιμον.

CCCCLXVI. *Lienoſis* [1] *difficultas* [2] *inteſtinorum non* [3] *longa*, [4] *utilis*; *longa* [5] *vero*, [6] *mala. Ubi enim* [7] *deſinit*, *ſi aquæ inter*

ter cutem, aut inteſtinorum lævitates, oriuntur, mortem[8] *afferunt.*

1. Quibus lien congeſtâ ſenſim materiâ pituitoſâ aut melancholicâ dureſcere cum tumore cœpit, ac tandem κατάῤῥοπος factus eſt, &c.

2. Dyſenteriâ ab exulceratione inteſtini ob glutinoſum & acrem humorem obortâ.

3. Quod natura experrecta, ſe tumore per loca convenientia, inteſtina nempe, liberet.

4. Quia lien ſaburrâ illâ ſolvitur, & ſanitas reſtituitur.

5. Liene oppreſſo, & humore contumaci.

6. Tum quia ſymptomatica, & facilè inteſtinum erodi poteſt: tum quia in lienteriam vel hydropem faceſſit.

7. Sublato inteſtini per νέκρωσιν & gangrænam ſenſu.

8. Morborum enim quicunque alter alteri ſupervenit, interimit, mortuo prius ab imbecillitate ægro, quam novus morbus curſum ſuum peregerit.

TITULUS XXII.

De Lienteria.

CCCCLXVII. ἘΝ λειεντερικοῖσι μετὰ θηρίων, ὀδύναι στρόφῳ λυόμεναι, τὰ περὶ ἄρθρα μετεωρίζουσιν. ἐκ τούτων λέπια ἐξέρυθρα, φλυκταινώδεα. ἐφιδρώσαντες οὗτοι διαφοινίσσονται οἷα μάστιξιν.

CCCCLXVII. *In inteſtinorum*[1] *lævitate*

vitate laborantibus, cum ſæviſſimis [2] *ulceribus, dolores ex inteſtinorum cruciatu* [3] *ſoluti, articulorum* [4] *partes attollunt, ac ex hujuſmodi tenues ſquamæ* [5] *cum rubore & puſtulis fiunt. Ii poſt multos ac tenues* [6] *ſudores, velut acceptis ex flagris* [7] *vibicibus, rubeſcunt.*

1. In lientericis cibos ferè, quales aſſumpti, propter exulceroſam ventriculi & inteſtinorum diſpoſitionem, egerentibus.

2. Vel cum animalculis, ſeu ani, quæ aſcarides; ſeu alvi, quæ rotunda & lata. Naſcuntur ex chyloſæ materiæ putreſcentia, ſpiritus vermificos continente.

3. Dolores oborti cum tormine, exolvuntur cum cibi tranſierunt, quorum contactu preſſa quantumvis leniter exulceratio proritatur, & quodammodo recrudeſcit.

4. Converſâ eò & tranſlatâ materiâ. Articuli extenuati attolluntur, non δυσαρκίᾳ, ſed tumore quodam cachectico.

5. Cum ad ultima ventum eſt, & cachexia ſolidarum partium ex æquo cum ἀτροφίᾳ certat. Puſtulæ primum, cum rubore ex affluxu, & collectione ichorum actium, corporis ſuperficiem erodentium, oriuntur. Hinc ſquamoſæ fiunt, & veluti ſquamatim in maraſmo ſolidarum partium emortuæ cadunt.

6. Quibus ſuccus alibilis quia non aſſimilatur, partibus exolutis difflatur.

7. Occupato ab ichoribus toto corporis habitu. *Foëſius* de lienteria quæ ſalſam, acrem, & calidam materiam habet, & ex humorum acrimoniâ totius ventriculi atque inteſtinorum planitiem abradit,

radit, progreſſuque temporis in inteſtinorum difficultatem permutatur, accipit. *Marcianus* de cibis corruptis, qui, quia acrimoniam contraxerunt, abſque dolore non excernuntur; imò in inteſtinis detenti, cruciatus inducunt, & tormina per ventrem dum deſcendunt diſcurrentia. Dolores peculiares ventris partes occupantes tormine mediante ſolvuntur, levi dolore per inteſtinorum anfractus veluti fluctuante.

CCCCLXVIII. Οἱ ἐν λειεντεριώδεσι μακροῖσι ἅμα θηριώδεσι στροφώδεες, ὀδυνώδεες, λυομένων ἐπιδέουσι. τὸ ἐπιῤῥιγοῦν τούτοισι, κακόν.

CCCCLXVIII. *Longis* [1] *inteſtinorum lævitatibus laborantes, una cum ſæviſſimis* [2] *ulceribus, inteſtinorum* [3] *cruciatu &* [4] *dolore, iis* [5] *ſolutis* [6] *intumeſcunt. His inſuper* [7] *exortus rigor, malo* [8] *eſt.*

1. Quas tum catarrhi feri, unde aphthæ inteſtinorum, perennis affluxus, tum aſſidua aſſumptorum illac tranſeuntium proritatio, excitant.

2. *Animalibus* alii, id eſt, aſcaridibus velut in ano catullientibus, quæ ſunt putredinis fœdæ ſoboles.

3. Seu à leviter preſſa appulſu ferini humoris ulceratione; ſeu à flatu acriore, qui in ſinuoſis inteſtinis ſubſiſtit.

4. Contactu eorum quæ illac tranſeunt.

5. Ἀσήμως καὶ ἀκρίτως.

6. Tympanitide obſeſſi, ob ſubſiſtentium flatuum in anfractibus inteſtinorum copiam.

7. A materia ſubſiſtente, ut in purulento abſceſſu.

8. Signo & cauſa, ut alibi oſtenſum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

CCCCLXIX. Λειεντεριϰὰ μετὰ δυσπνοίης, ϰαὶ πλευροῦ τῇ ϰνήσει, ἐς φθίσιν ἀποτελευτᾷ.

CCCCLXIX. *Inteſtinorum [1] levitates cum ſpirandi [2] difficultate, & pectoris [3] morſu, ad tabem [4] tendunt.*

1. A catarrho ex humore acri & mordente, ut ſero bilioſo aut pituita ſalſa, invecto.

2. Crebrâ & parvâ, quam catarrhus, & phlegmone partium reſpirationi dicatarum, thoracis nempe, pulmonum & arteriæ, excitat.

3. Ob tunicæ coſtis intextæ irritationem, à tenui pituita in cavitate pectoris putreſcente exſurgentem.

4. Cujus acris in thoracem, & pectoris cavitatem, deſtillatio, ex qua morſus & vellicatio rudimentum eſt.

CCCCLXX. Εἰλεώδεσιν ἔμετος ϰαὶ ϰώφωσις, ϰαϰόν.

CCCCLXX. *In tenuioris [1] inteſtini morbo laborantibus, [2] vomitio & [3] ſurditas malo [4] ſunt.*

1. Ileo affectis ita, ut inteſtinum illud ſurſum revolvatur, nec quicquam infra demittatur, cum ſævi doloris hypochondriaci & torminum cruciatu, propter ejus exulcerationem.

2. Seu ab initio, ſeu poſtea; quòd nec pondus nec acrimonia excrementorum ſentiatur ab inteſtinis; & tam arctè ſedes clauditur, ut ne acus quidem adigi poſſit, clyſteres verò & glandes citiſſimè abſorbeantur.

3. Tum ea, quam facit partis illius cerebri, un-

de vis

de vis audiendi manat, exſolutio: tum ea quæ fit impedito τῶν ἀκουστῶν, per meatus auditorii obſtructionem, meatu. Unde parotides gravis ilei comites. Solent aliquando delirare, &, affecto nervorum, propter ſtomachi vitium, per ſympathiam principio, convelli.

4. Cita mors obvenit, ut mulieri ilioſæ apud Galenum, quæ tertio die obiit.

TITULUS XXIII.

De Veſicæ morbis.

CCCCLXXI. Κύστιες δὲ σκληραί τε καὶ ἐπώδυνοι, πάντων μὲν κακόν. κάκιστον δὲ πυρετῷ συνεχεῖ. καὶ γὰρ οἱ ἀπ' αὐτέων πόνοι, ἱκανοὶ ἀνελεῖν. καὶ κοιλίαι τουτέοισιν οὐ πάνυ διαχωρέουσιν. λύει δὲ τούτους οὖρον πυῶδες ἐλθὸν, λευκὴν καὶ λείην ἔχον ὑπόστασιν. μὴ λυομένων δὲ τούτων, μηδὲ τῆς κύστιος λαπασσομένης ἐν τῇσι πρώτῃσι περιόδοισι ἐλπὶς ἀπολέσθαι τὸν νοσέοντα. μάλιστα δὲ γίνεται τοῦτο τοῖσιν ἀπὸ ἑπτὰ ἐτέων, μέχρι πεντεκαίδεκα.

CCCCLXXI. *Veſica*[1] *dura & graviter*[2] *dolens, omnino quidem mala*[3] *eſt. Peſſima*[4] *vero, ſi febris continua acceſſerit (veſicæ namque*[5] *dolores interimendi vim obtinent), & alvus his nihil*[6] *admodum reddit. Eos autem metu*[7] *liberat urina*[8] *purulenta procedens, in qua album*[9] *& læve ſubſidet.*

Quod ſi neque hæc levata fuerint, neque veſica mollior reddatur, intra primos [10] *circuitus laborantem moriturum* [11] *expectandum eſt. Hoc vero pueris à ſeptimo anno* [12] *ad decimum quintum præcipue contingere ſolet.*

1. A tenſione & plenitudine.

2. Propter exquiſitum ſenſum, & ſubſtantiæ nervoſæ ſimilitudinem, quæ duabus membranis, exteriore à peritonæo, & interiore quæ craſſior, conſtat; nervoſque quoſdam non parvos à ſexta conjugatione, & oſſe ſacro, accipit. *Nota:* Duritiem & dolorem veſicæ ab aliis etiam affectibus inferri, ut ſuppreſſa urina propter copiam, imbecillitatem, obſtructionem à grumo, calculo, craſſa pituita, tuberculo: ſed tum nec dolorem acerbum cum rubore & dolore excruciare, nec febrem ardentem vel acutam ſupervenire.

3. Doloris acerbiſſimi cruciatu, vigiliis, anxietudine, cibi faſtidio, &, per urinæ appulſum, gravitate, proritatione & tenſione.

4. A phlegmone. Febris enim nativum cordis calorem & ſpiritus vitales urendo reſolvit, actioneſque omnes labefactat.

5. Tum quia nihil æquè vires proſternit ac dolor; tum quia, evaporatione, vigiliis, nervoſæ ſubſtantiæ ſimilitudine cerebrum; cor, hepar, & renes, arteriarum & venarum communione.

6. Oppreſſo inteſtini recti meatu à ponderoſa & gravi veſicâ.

7. Doloris vacuitate, ac reſtituta meiendi & egerendi libertate, quam edit morbi pepaſmus, veſicæ redintegratio, & febris diſceſſus.

8. Phlegmones veſicæ propria, cum in abſceſſum abiit, & criſi ſolvitur.

9. Hypoſtaſin urinæ intelligit, quæ lævis etiam

& alba

& alba eſſe debet, præſertim præſente febre, ut in toto venoſo genere concoctio oſtendatur. *Nota* verò, 1: *Non impedire pus quo minus ex venoſo genere hypoſtaſis internoſci poſſit*. Nam è veſica ita parum commiſcetur, ut ſine urina prodire poſſit. E ſuperioribus permiſcetur exacte: è renibus per partes quaſdam inæqualiter diſpergitur. Solum ſine urina effluens pudendi potius, quàm veſicæ, abſceſſum declarat. 2. *Hippocratem* λύειν τούτους *dicere multitudinis numero, ut oſtendat, & febrem, & dolorem, & veſicæ tumorem, ſolvi oportere*. Nam licet ex abſceſſu ſervetur æger, ſi tamen pus corruptum cum fœdo odore ac dolore remaneat, ulcus in ſphinctere aut in veſicæ corpore ſordidum & cavum manſiſſe, è quo pus craſſum & graveolens excidit, & in imo matulæ ſubſidet, indicio eſt.

10. Primo quaternario aut ad ſummum ſeptenario.

11. Omnia enim quæ primis periodis apparent, ejuſmodi ſunt, ut mortem in propinquo eſſe teſtentur; nimirum morbi magnitudo, alvi & urinæ ſuppreſſio, &c.

12. Propter ἀδδηφαγίαν. Coacervatur largiore cibo humor in veſica, abitque aliquando in calculos, aliquando in phlegmonas: illos in cavitate; has in corpore. Vide prognoſtica.

CCCCLXXII. Οἱ λιθιῶντες σχηματισθέντες, ὥστε τὸν λίθον μὴ προσπίπτειν πρὸς τὸν οὐρητῆρα, ῥηϊδίως οὐρέουσιν.

CCCCLXXII. *Calculo* [1] *laborantes eo habitu* [2] *conſtituti, ut ne in urinariam fiſtulam calculus* [3] *illabatur, promte* [4] *urinam reddunt.*

1. Quibus lapis tophaceus eſt in veſica, unde-

cunque

cunque is τὸ προϋπάρχον habuerit, ſive in renibus, ſive in veſica.

2. Seu ſponte ſuâ, ſeu Medici conſilio & artificio.

3. Seu appulſu, tractâ ejus pondere ad cervicem veſicâ, vel ipſo meiendi conatu: ſeu illapſu per motum, vel concuſſionem.

4. Libero meatu. *Nota* verò quod Celſus ait, Urinam quoſdam promtius rectos, quoſdam reſupinatos, maximeque hoc qui grandes calculos habent, quoſdam etiam inclinatos, reddere.

CCCCLXXIII. Οἷσι δὲ φῦμα περὶ τὴν κύστιν ἐστὶ τὸ παρέχον τὴν δυσουρίην, παντοίως σχηματισθέντες ὀχλέονται. λύσις δὲ τούτου γίνεται, πύου ῥαγέντος.

CCCCLXXIII. *At quibus* [1] *tuberculum ad* [2] *veſicam adnaſcitur, urinæ* [3] *difficultatem adferens, iis quivis corporis* [4] *habitus negotium faceſſit, cujus quidem ſolutio contingit per* [5] *puris eruptionem.*

1. Per φύματα, vel propriè phlegmone in adenoſa carne ſpontè oborta & ſuppurata; vel omnis tumor ἀποστηματώδης præter naturam excitatus; vel tuberculum extra corporis ſuperficiem ſine cauſa excreſcens, intelligi poteſt.

2. In urethra, quæ Galeno πόρος οὐρητικὸς, pars veſicæ miniſtra, non corpus ipſum.

3. Intercepto meatu, & ademta exeundi & tranſmittendi libertate.

4. Nullum inclinatis, rectis, reſupinatis, pronis, vel in alterutrum latus converſis, levamen.

5. Verſo phymate in empyema, & hoc per elapſum puris laudabilis evacuato. Si tubercula, aut carun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

carunculæ, in anfractu colli veſicæ, vel reliqua penis fiſtula, latent, conſumi quod excrevit, debet. Rumpuntur, abſumuntur, purgantur, & cicatrice obducuntur.

CCCCLXXIV. Οἷσι λανθάνει τὸ οὖρον προσπίπτον, καὶ τὸ αἰδοῖον ἑλκοῦται, ἀνέλπιστοι.

CCCCLXXIV. *Quibus incogitantibus urina decidit, ac pudendum contrahitur, ii deſperati ſunt.*

Videtur hâc Coacâ Hippocrates involuntariam urinæ profuſionem, quæ fit ob veſicæ cervicis vulnus, caſum, aut vertebræ intro luxationem, tangere. Hos enim caſus conſequitur, pudendorum contractione indicata, convulſio. Reſolutæ namque partes, vel convelluntur, vel laxantur à repletione, vel inanitione. nullaque ferè medicina periculo ſubtrahit. Hippocrates etiam in internâ ſpinæ obliquatione, ob caſum aut gravis rei cujuſdam illapſum, ῥυώδεας τὰ οὖρα, ob profluvium urinæ fieri ſcribit. Quod ſi pro ἑλκοῦται, ἑλκύονται legeris, par ratio eſt. Senſus ſtupor ἀνελπίστους faciet.

CCCCLXXV. Ἐπὶ στραγγουρίῃ εἰλεὸς ἐπιγενόμενος ἑβδομαίους ἀπόλλυσιν, ἢν μὴ πυρετοῦ ἐπιγενομένου ἀθρόον οὖρον ἔλθῃ.

CCCCLXXV. *Tenuioris inteſtini morbus urinæ ſtillicidio ſuccedens, intra ſeptimum diem interimit, niſi ſuborta febre urina affatim prodierit.*

Habetur hæc Coaca Aphoriſ. 44 ſect. 6, etſi paulum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

paulum aliis expreſſa verbis. A Celſo in duas ſententias diſtrahitur.

TITULUS XXIV.

De Apoplexia, Paralyſi, & Paraplegia.

CCCCLXXVI. Νάρκαι καὶ ἀναισθησίαι γινόμεναι παρὰ τὸ ἔθος, ἀποπληκτικῶν συμβησομένων σημεῖον.

CCCCLXXVI. [1] *Torpores &* [2] *ſtupores præter* 3 *conſuetudinem evenientes, adfuturam* [4] *ſiderationem denuntiant.*

1. Ob ſpiritus animalis paupertatem, vel denegatam libertatem perveniendi quo viam affectat, ut motum & ſenſum cieat. Νάρκαι Galeno eſt, καθ' ὅλον τὸ σῶμα, καὶ μάλιστα κατὰ τὰ κῶλα, συνθετος ἐκ δυσαισθησίας τε καὶ δυσκινησίας ὑπάρχουσα διάθεσις.

2. Ut nihil planè ſenſoria percipiant.

3. Sine ulla προφάσει. Sæpenumero hæc ictu, lapſu, tum etiam cruribus complicatis, cubitorum innixu, vigiliis, vertebrarum cervicis obliquatione, renibus calculoſis, & artubus illaqueatis, contrahuntur.

4. Partium reſolutiones minantur, aut corporis totius, ſi caput occupent; unde ſideratio. Sic in Prorrhetico, νάρκας καὶ κνιδωσίας, velut pruriginoſas quaſdam puncturas, ſi caput occupent, & per illud pervagentur, magni alicujus mali metum facere ſcribit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

CCCCLXXVII. Ὅσοι ἐκ τρώματος ἀκρατέες γίνονται τοῦ σώματος, πυρετοῦ μὲν ἐπιγινομένου χωρὶς ῥίγεος, ὑγιάζονται. μὴ γινομένου δὲ, ἀποπληκτικοὶ γίνονται τὰ δεξιὰ ἢ τὰ ἀριστερά.

CCCCLXXVII. *Quibus ex* [1] *vulnere corporis* [2] *impotentia accidit, ii quidem* [3] *febre citra rigorem oborta ſani* [4] *evadunt, alioqui dextra aut ſiniſtra parte* [5] *ſiderantur.*

1. Ex percuſſione. Τρῶμα communiter quicquid violenter corpori extrinſecus incidit.

2. Parte ab humorum influxu duntaxat turgere incipiente, necdum obſtructione in ipſis nervis inductâ. Ἀκράτεια τοῦ σώματος eſt, corporis ad motum impotentia, ut, σκελέων τε καὶ χειρῶν ἀκρατέες dicuntur, quibus crura & manus inefficacia ad motum.

3. Humoribus ob violentiam illatam commotis & incaleſcentibus. Sine rigore invadit, quia ex ephemerarum genere.

4. Quia hæc letalis non eſt, niſi alia gravior ſuperveniat.

5. Nervis ab humorum influxu obſtructis aut ſphacelo corruptis. Supervenit tum febris ob partis ſauciatæ inflammationem, & humorum putredinem. Ἀποπληκτικοὶ enim pro paraplecticis ſumuntur, & iis qui partium ſideratione laborant. Ἀπόπληξις τῶν μελέων dicitur Prorrhet. 2. Foëſius de capitis vulneribus quæ nervorum principium attingunt, intelligit. Febris etſi alioqui admodum ſuſpecta, præſidio interdum eſſe poteſt, ſi humorum aut viſcerum vitio non contingit, (quod hic

χωρὶς

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

χωρὶς ῥίγεος) aut circa initia oritur, & exiguo tempore durat. Nam & humores crudos, pituitoſos & flatulentos diſſolvit, extenuat & calefacit, & inæqualem frigidam intemperiem ad temperiem revocat.

CCCCLXXVIII. Ἀποπληκτικοῖσιν αἱμοῤῥοΐδες ἐπιγινόμεναι, χρήσιμον. ψύξιες δὲ καὶ ναρκώσιες, πονηρόν.

CCCCLXXVIII. *In* [1] *ſideratis ſuccedentes* [2] *hæmorrhoïdes,* [3] *utiles: refrigerationes* [4] *vero &* [5] *torpores, malum* [6] *denuntiant.*

1. Debiii apop'exiâ correptis, ſuperſtite adhuc aliquâ ſpirandi facultate, quòd animalis ſpiritus per melancholici morbi ἀπόσκηψιν, aut ipſam venarum ἀπόληψιν, (fit id à quadiageſimo ad ſexageſimum ætatis annum) prorſus intercluſus non ſit.

2. Seu illæ primum ob nimiam humoris melancholici copiam fluere inceperunt; ſeu, ante parumper apertæ, obortâ vertigine paraplecticum quiddam minatæ, poſtliminio rediere.

3. Per morbificæ impuritatis evacuationem, revulſionem, & derivationem. Debent autem nigra liberaliter duci.

4. Seu univerſi corporis, ſeu partium extimarum, quæ oſtendunt νέκρωσιν τῆς ἐμφύτου θερμασίας.

5. Propter quas ægri delabuntur ad pedes. Idem hic ψύξις καὶ νάρκωσις, quod alibi κατάψυξις νενωθρευμένη.

6. Perfrictio, vitalis facultatis effœtam vim; torpor, animalis. Nec ulla hic medicandi ſpes.

Αἱμα-

Αἵματος ἀφαίρεσις ἐν καταψύξει νενωθρευμένῃ, κακόν. *Detractio ſanguinis in torpida perfrictione, malum.*

CCCCLXXIX. Ἐν τοῖσιν ἀποπληκτικοῖσιν ἐπὶ τῇ δυσφορίῃ τοῦ πνεύματος, ἱδρὼς ἐπιγενόμενος, θανάσιμον. ἐν αὐτοῖσι δὲ πάλιν τούτοισιν ἢν πυρετὸς ἐπιγένηται, λύσις.

CCCCLXXIX. *In ſideratis* [1] *ex magna ſpirandi* [2] *moleſtia ſubortus* [3] *ſudor, mortem* [4] *adfert. In his rurſus ſi febris accedat, ſolutio* [5] *contingit.*

1. In forti apoplexia affectis, ita ut ſenſus & motus amittatur.

2. Ex intenta, violenta, & magnâ cum vi, & intermiſſione, factâ ſpiratione, propter ſpiritus animalis in cerebro intercluſionem.

3. Per oppreſſionem naturæ, quem ciet expreſſio; vel quem ipſa partium exolutio, velut roſcidulum & miliarem, ciet.

4. Ultimus quippe hic naturæ conatus & oppreſſio.

5. Partem hanc non eſſe Hippocraticæ veritatis ſcribit Duretus. Fortè ex vocabulo πάλιν cum Hollerio reſtrictè ſumenda eſt, ſi nec gravis reſpiratio, nec ſudor, ſed ſola febris ſuperveniat. Quia verò ſublato priore morbo, vel reſolutio partis alicujus, vel fatuitas, ſuccedit, ideo vocabulum λύσεως latè ſumi debet. Rarò videas ſine novâ injuriâ apoplecticos excitari, niſi morbus, vel à craſſo flatu; vel à choroïdum venarum levi interceptione moveatur.

CCCCLXXX. Τὰ ἐξαίφνης ἀπο-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

πληκτικαὶ λελυμένως ἐπιπυρετήσαντα χρόνι
ὀλέθρια.

CCCCLXXX. *Siderationes quæ re-
pente fiunt, ſi inſuper febris exolutionis in mo-
dum contingat, quæ diutius trahat, perni-
ciem minantur.*

Coaca hæc de τοῖς ἀποπληκτικοῖς λελυμένως, ſe
apoplexiis in modum ſolutionis fientibus, quæ
inſpecta reſpirationis facilitate, aliiſque ſignis ſalu-
taribus ei annexis, ſtatim à principio ad ſalutem
tendere videntur, accipienda eſt. His ſi febris ſu
perveniat, perniciem minatur, quia non ab hu-
morum copioſorum agitatione, & fervore ſim-
plici, ſed ab eorundem, qualitate peccantium, &
cerebrum laceſſentium, putredine, oritur. Vide
Prorrhet. 82.

CCCCLXXXI. Οἷσιν ἐκ τινὸς ἀρ-
ρωστίης ἐς ὕδερον περιΐσταται, τούτοισι κοιλίαι
ξηραὶ σπυραθώδεες ἔρχονται, μετὰ περιτήξιος
μυξώδεος καὶ οὖρον οὐ καλόν. Διατάσιές τε περὶ
ὑποχόνδρια, καὶ πόνοι δὲ ἐπιπέμπονται περὶ κοι-
λίην, καὶ πόνοι περὶ κενεῶνας, καὶ περὶ τοὺς ῥα-
χιαίους μύας προσπίπτουσι. πυρετοί τε καὶ δί-
ψαι, καὶ βῆχες ξηραὶ παρακολουθοῦσι, καὶ δύσ-
πνοια περὶ τὰς κινήσιας, καὶ σκελέων βαρύ-
της, σιτίων τε ἀφιστεῦσι, ἢ προσενεγκάμενοι
μικρὰ πληροῦνται.

CCCCLXXXI. *Quos ex aliqua
ægritudine hydrops circumvenit, iis alvi re-
ſiccatæ caprinis ſtercoribus ſimilia dejiciunt
cum*

cum mucoſa eliquatione, neque laudabili urina. Præcordiorum autem diſtentiones, ventris dolores ac tumores, & circa laterum inanitates, ac ſpinæ muſculos, dolores incidunt. Febres quoque, ſitis, & tuſſes ſiccæ, comitantur, & ad motiones ſpirandi moleſtia, & crurum gravitas. Cibos etiam averſantur, pauciſque ſumptis explentur.

Omnium hic ſignorum coacervatio, quæ morbos ad hydropem tendere indicant: quorum pro loci affecti diverſitate, alia in hoc morbo, alia in alio occurrunt. Quibus hepate affecto hydrops ſuccedit, iis veriſimile eſt præcedere alvos ſiccas, præcordiorum diſtentiones, ſitim, tuſſes ſiccas, ſpirandi difficultates, & ventris ex paucis egeſtis repletiones. Quibus poſt lumborum aut iliorum morbos, iis dolores & tumores circa ventrem, & circa laterum mollitudinem, & juxta ſpinæ muſculos, crurum gravitates, & ciborum abſtinentia, oboriuntur. Omnibus autem ſignum erit urina non bona. *Nota* verò 1: Ex his ſignis quædam hydropem jam genitum concomitari; ideò inter ſymptomata alibi cenſeri. 2. Minus formidabilem hydropem, qui nullo antecedente morbo naſcitur; deinde, qui longo; periculoſiſſimum, qui acuto. 3. Μυξώδεα colliquationis partium ſolidarum initia eſſe: quanquam aliquando, pituitâ in inteſtino coacervatâ, aut aliunde affluente, mucoſa per alvum excernantur. Infert autem περίτηξιν tum febris hectica, quæ ſubinde hydropicos exercet, tum defraudatio nutritionis. 4. Poſſe per περίτηξιν μυξώδη, & diutinum alvi fluorem, cruda & mucoſa non ſine morſu effundentem, intelligi, ex ventriculi, inteſtinorum, maximéque jejuni,

juni & meſenterii vitio, tracto in conſenſum jecore, qui, quia neque dolorem, neque tumorem, levat, rectè περίτηξις, velut eroſio quædam & ex morſu eliquatio, quâ cruda, liquida & mucoſa egeruntur, vocatur. Reliqua ſuperius expoſita ſunt.

TITULUS XXV.

De Melancholia & Mania.

CCCCLXXXII. Τοὺς λευκοφλεγματοῦντας διάῤῥοια παύει. αἱ μετὰ σιγῆς ἀθυμίαι, καὶ ἀπανθρωπίαι, ἐπιεικῶς αὐτῶν καταργαστικαί.

CCCCLXXXII. *Aqua inter cutem vitio, cui leucophlegmatias nomen eſt laborantes, alvi profluvium ſedat. Animi abjectiones cum ſilentio, & ab hominibus ſolitudines, fere eos conficiunt.*

Vide Aphoriſm. 29 ſ. 7. Quod verò de animi abjectione cum ſilentio tales ægros manente additur, indicio eſt, hic de pituita alba tractari: quia ſicuti leucophlegmatias diarrhœa ſolvit; ita vice versâ, triſtitiæ cum ſilentio eaſdem incipientes confirmant, ac, corpus refrigerando, perficiunt.

CCCCLXXXIII. Οἷσι φόβου μετὰ καταψύξιος ἐξίστανται, πυρετοὶ μεθ' ἱδρώτων καὶ ὕπνοι οἱ πάνωδοι ταῦτα λύουσιν.

CCCCLXXXIII. *Quibus vehemens mentis* [1] *emotio ex* [2] *metu cum* [3] *perfrictione*

frictione contingit, febres cum [4] *ſudoribus, &* [5] *ſomni ſermonem omnino intercipientes, hæc* [6] *ſolvunt.*

1. Magna deſipientia ſine febre.

2. Quod ſpiritus animales à melancholico ſucco copioſo tenebroſi redditi ſint.

3. Ab humore, qui non tantum corpus refrigerat, ſed multo magis vitalem ſpiritum animali continuum, qui in arteriis cerebri veluti formam quandam accipiens, inſito partium ſolidarum calori convenientem actum impertiri non poteſt.

4. Copioſis nempe. Galenus refert, ſe vidiſſe moderate inſanientes levatos, vehementi derepente oborto delirio, quod à materiæ morbificæ agitatione duntaxat obortum eſt. Febris κατάψυξιν reſtituit, frigidos humores concoquit, & quicquid atræ bilis fervet, ſudore oborto digerit; idque magis accedente rigore, qui humorem melancholicum excutit. Sic Hippocrates ſcripſit epilepſiam quartanâ ſanari.

5. Profundi nempe, tranquilli, ſine perturbatione, cum ſilentio.

6. De ſudore & febribus dixi. Somnus quietus cerebrum humectat, evaporationem atram diſcutit, & vires reficit.

CCCCLXXXIV. Ἐκ μανίης ἐς βράγχον μετὰ βηχὸς ἀπόστασις.

CCCCLXXXIV. *Ex* [1] *inſania in raucedinem* [2] *cum tuſſi fit* [3] *ſeceſſio.*

1. Propriè ita dicta mania, quando calidus & mordax humor, qualis eſt atra bilis, cerebrum ſine febre inſedit.

2. Raucedo aſperam arteriam catarrho, ex mo-

T tu, cla-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

tu,clamore,exæſtuatione, concitato,imbui oſtendit: tuſſis ſicca, ejuſdem, in fauces & arteriam prolabentis, perennitatem.

3. Per decubitum materiæ morbificæ, quando vel ipſa excurrit, vel tranſmittitur.

CCCCLXXXV. Ἐν τοῖσι μανικώδεσι σπασμὸς προσγινόμενος, ἀμαύρωσιν ἴσχει.

CCCCLXXXV. *Inſanientibus* [1] *accedens* [2] *convulſio,oculorum* [3] *aciem retundit.*

1. Melancholia mitiore implicitis.

2. Invita & dolorifica artuum contractio, ob materiam convulſificam artubus communicatam, ſeu κατὰ μετάπτωσιν, ſeu κατ' ἐπιγένεσιν.

3. Quæ Hippocrati nonniſi oculis hebeſcentibus, & obtuſis, non tam propter humoris cryſtallini & ſpiritus vivifici exhauſtum, quam propter ſpirituum animalium, à cerebro ad oculum tranſmiſſorum, caliginem, quæ hic intelligenda, tribuitur. Summa: *In furioſis convulſio accedens ἀμαύρωσιν facit*, propter humoris nigri à cerebro ad nervoſum genus μετάστασιν, unde maniæ ſuccedit convulſio. Tranſlationis primum oculi indicium, tum quia vicini cerebro; tum quia, tanquam lucidiſſimi, & puriſſimi, facillime perturbantur. Alii extinctionem ægri intelligi putant, ut Hollerius & Duretns.

CCCCLXXXVI. Αἱ σιγῶσαι ἐκστάσιες οὐχ ἡσυχάζουσαι, ὄμμασι περιβλέπουσαι, πνεῦμα ἔξω ἀναφέρουσαι, ὀλέθριαι. ποιοῦσαι παραπληκτικὰ χρόνια. αἱ τὰς δὲ ἐκμαίνονται οὕτοι. εἰσὶ δ' ἐπὶ ταραχῇ κοιλίης οὕτω

παρο-

παροξύνονται, περὶ κρίσιν μέλανα διέρχεται.

CCCCLXXXVI. *Vehementes mentis emotiones ſilentes, abſque quiete, oculis quoquoverſum intuentes, ſpiritum efflantes, perniciem minantur, diuturnas vero faciunt partium reſolutiones. Quinetiam vehementer inſaniunt hoc modo affecti. Quibus autem cum ventris perturbatione hujuſmodi affectus ingraveſcunt, iis nigra per alvum ad judicationem prodeunt.*

Verbo: Res eſt de ἐκστάσει ab humore nigro, totam cerebri ſubſtantiam inficiente, unde ſymptomata melancholica emergunt. Conſtant in hac magis vires, adeo ut ægri etiamſi taciturni, huc & illuc moveantur, oculis fixis circumſpicientes, reſpiratioque ipſis magna & rara, qualis delirantibus. Humore à cerebro ad nervos metaſtaſin faciente, ingruere poteſt paraplegia, & pars aliqua & motu & ſenſu privari. Quod ſi idem in cerebro vehementius agitetur, & incaleſcat, ſupervenit furor: ſi in agitatione alvus turbetur, humoris tenuioris aut pituitoſæ materiæ parte è cerebro eo delapſa, fit diarrhœa; quæ morituris in nigrorum excretionem tranſmutatur. Quo tempore natura, morbo ſuccumbens, materiam morbificam deſtituit, quæ propriâ gravitate deorſum ruens, per eandem viam prorumpit ad alvum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

TITULUS XXVI.

De Lumborum frigore.

CCCCLXXXVII. Οἷσιν ὑγιαίνουσι χειμῶνος ἐόντος περὶ τὴν ὀσφὺν ψυχρότης καὶ βάρος ἀπὸ βραχείης προφάσιος, καὶ κοιλίης ἐπίστασις, τῆς ἄνω καλῶς ὑπηρετούσης, ἰσχιὰς, ἢ νεφρῶν πόνος, ἢ στραγγουρίης τάχα ἂν συμβαίνη.

CCCCLXXXVII. *Si per ſanitatem, hyemis tempore, lumborum frigiditas & gravitas levi ex occaſione orta ſit, & alvi ſuppreſſio, ſuperiore ventre probe officio ſuo fungente, coxendicum vel renum dolor, aut urinæ ſtillatio, forte expectanda eſt.*

Propoſitum Hippocrati hoc aphoriſmo docere, *ex lumborum frigiditate, & gravitate, levi occaſione,* ſeu quæ non ſit ſufficiens hæc ex ſe inducere, *oborta,* à frigido & pituitoſo humore de capite deſcendente, *coxendicum vel renum dolorem, aut urinæ ſtillationem, fortè expectandam eſſe.* Quia verò cum tot corporis partibus, tum ob venam magnam, tum ob nervos, & vicinitatem, lumbi conſentiunt, ut difficulter de parte primario affecta certitudo haberi poſſit; ideò, ut prognoſticon firmet, quatuor conditiones, exceptionum inſtar, apponit. 1. Sanus alioqui debet eſſe æger, nec aliquid circa lumbos pati. Nam uteri perverſionem in mulieribus lumborum frigiditas ſequi ſolet. 2. Tem-

2. Tempus debet eſſe hyemale, in quo pituita maximè abundat. Nam & bilis, dum agitatur in ſanguine, frigiditatis ſenſum inducit. 3. Alvus debet eſſe adſtricta. Quia ſicuti hæc humores ad veſicam verti indicat: ita ſoluta pituitoſum alvi profluvium indicare poteſt. 4. Ut ventriculus à cruditatibus ſit liber, à quibus ſæpe, & rigor, & frigus, in lumbis ipſis excitantur.

CCCCLXXXVIII. Οἷσι τὰ κάτω κακοῦται, κνησμῶν ἐγγενομένων ἔμπροσθεν ἰσχυρῶν, τούτοισιν ἀμμῶδες οὖρον γίνεται, καὶ ἐφίσταται. τοῖσι δὲ ὀλεθρίοισιν αὐτῶν ἡ διάνοια ἀπονarκοῦται.

CCCCLXXXVIII. *Quibus inferiores* [1] *partes male* [2] *afficiuntur, vehementibus pruritibus* [3] *prius obortis, iis urina ſabuloſa* [4] *fit, &* [5] *ſubſiſtit. At qui pernicioſè habent, iis mens* [6] *obtorpeſcit.*

1. Capite inferiores & naturales, in quibus materia pituitoſa moras trahens ob inſitam caliditatem, adeò exuritur, ut diſpoſitionem calculoſam contrahat.

2. A frigiditate cum gravitatis ſenſu.

3. Quos materia arenoſa à renibus per ureteres in veſicam deſcendens, inde per colem egreſſura, nec dolorem propter exiguitatem inducere potis, excitat.

4. Propter jam dictam cauſam.

5. Si copioſa evadit, &, mucis agglutinata, meatibus urinariis inſinuatur.

6. Si occaſione diuturnæ ſuppreſſionis humores ad renes primò confluant, inde ad caput recurrant. Torpores, non deliria, aut convulſiones,

 inferunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

inferunt, ob ſeroſæ materiæ copiam, quæ propter urinæ ſuppreſſionem ipſi admiſcetur. Alioqui affectiones ex lumbis ad collum & caput tranſeuntes, ſunt modo apoplectico convulſoriæ.

TITULUS XXVII.

De Phymatis & Phlebotomia.

CCCCLXXXIX. ΟἹ τὰ ἄρθρα φλυκταινούμενοι ἐξερύθροισιν ἐπιπολαίοις, ἐπιῤῥιγώσαντες, ἤτοι κοιλίας καὶ βουβῶνας διαφοινίσσονται, οἷα πληγῇσιν ἐποδυνώοισι, καὶ ἀποθνήσκουσι.

CCCCLXXXIX. *Quibus* [1] *ad* [2] *articulos prærubræ* [3] *puſtulæ ſuperficiales enatæ ſunt, ac ſubinde* [4] *rigent, iis velut ex acceptis plagis cum dolore venter* [5] *& inguina rubeſcunt, &* [6] *pereunt.*

1. Maligna ac peſtilenti febre, ab ichore maligno & putri, quem tempeſtas auſtrina cum denſis nimbis & æſtu conjuncta, ita ut τὸ θερμὸν σηπεδονῶδες conceptum ſit, producit, correptis.

2. Toto corpore ſtigmatibus, à ſanguine craſſo putreſcente, & cum interna viſcerum inflammatione efferveſcente, obſito, ſolet aliquando natura ad articulos, tanquam ad extremas partes, materiam deturbare, tenuiorem inprimis; ad adenas craſſam.

3. Quæ ſtigmatum ſunt inſtar, & ἐξανθήματα οἷα ἀπὸ κωνώπων, velut culicum morſus ac puncturæ toto corpore enaſcentes. Suſpectas in epidemiis

demiis Hippocrati eſſe, Syrius Pherocydes, & Euphranoris filius, in exemplo.

4. Symptomaticè nempe, vel à materiæ tranſlatione; vel ab inflammatione internâ, ad quam delatus calor in reliquis membris rigorem facit; vel à defluxione in collectione bubonis, in qua humor acris malignus & venenatus, per vaſa delatus, horrorem quendam facit. In extremis partibus refrigeratio percipitur, ſanguine & ſpiritu ad fervoris & putredinis locum contractis.

5. Ex eodem ſanguinis fervore, quem maligna putredo cauſatur.

6. Letales ſunt inprimis, ſi primis diebus oboriuntur, veneni malignitate, & humoris morbifici corruptione. Aliquando hæc humorum ebullitio ne in cadavere quidem deletur; quibuſdam, vapore ſanguinis corrupti refrigerato, & ſub cute coacervato ac concreto, in morte ſupervenit.

CCCCXC. Τὰ ἰκτερώδεα, οὐ πάνυ τι ἐπαισθανόμενα, οἷσι λύγγες, κοιλίαι καταῤῥήγνυνται· ἴσως δὲ καὶ ἐπίστασις, οὗτοι ἐκχλοιοῦνται.

CCCCXC. *In morbo regio [1] affectis, nec admodum [2] ſentientibus, quibus [3] ſingultus adeſt, iis alvus [4] effunditur, fortè vero etiam [5] ſupprimitur; atque hi cum virore [6] palleſcunt.*

1. Ab obſtructione, inflammatione, vel ſcirrho hepatis.

2. Seu quod animalis facultas extinguatur, calor nativus refrigeretur & reſolvatur, vel bilis craſſa in venis tranſitum impediat: ſeu quod inflammatis hypochondriis, vel phlegmone interior univerſum ſanguinem cum ſpiritu & calore

ad ſe trahit; vel multa evaporatio, quàm putredo excitat, ſenſum ſtupefacit.

3. Accidit hic ita pleno & inflammato hepate, ut vel præ copia exundantis bilis totus ventriculus aut ſtomachus gravetur, ſeu mordeatur; vel fervore & inflammationis magnitudine opprimatur; & tum propter cauſam firmam etiam à vomitu perſtat.

4. Tum propter bilis acrimoniam, tum propter hepatis imbecillitatem.

5. Robuſto adhuc viſcere, & obſtructo meatu, quo bilis ad inteſtina fertur.

6. Ex bilis refuſione, qui color & illis accidere ſolet, qui ex inſigni viſcerum obſtructione in cachexia laborant. Hippocrates ἐκχλοιοῦσθαι dixit, id eſt, χλωραίνεσθαι. Moribundi icterici ἡ χροιὴ ὅλη πιδιοειδὴς σφόδρα ἐστὶ, χλωροτέρη οἷον οἱ σαῦροι, οἱ χλωροὶ. Jacotius *valdè flaveſcere* vertit, effusâ totâ in venoſum genus bile, & per moram corruptâ, ita ut tandem in atram, pici liquatæ ſimilem, mutetur, & hydropem accerſat. Vide Prorrhet. 154.

CCCCXCI. Τὰ κατὰ πλευρὸν ἀλγήματα ἐν πυρετοῖσιν ἰσχνῶς ἑστηκότα, ἄσημα, φλεβοτομίη βλάπτει, κἢν ἀπόσιτος ᾖ, κἢν ὑποχόνδριον μετέωρον. καὶ ἐν καταψύξει, οὐκ ἀπύρους νενωθρευμένους αἵματος ἀφαίρεσις βλάπτει. καὶ δοκέοντες δὲ ἐπιεικέστερον ἔχειν, οὗτοι θνήσκουσι.

CCCCXCI. *Lateris* [1] *dolores in* [2] *febribus leviter* [3] *firmatos, & abſque ulla* [4] *ſignificatione, venæ* [5] *ſectio lædit, ſive averſum à cibis* [6] *animum, ſive ſublata* [7] *præcordia*

æger

ager habeat. Quinetiam in corporis perfri- ctione 8 *torpeſcentes non ſine febre, ſanguinis detractio* 9 *lædit, & cum* 10 *videantur levius habere, moriuntur.*

1. A materia tenui & bilioſa ventriculum obſidente, lateri parte dextrâ ſiniſtrâ, ſuperâ inferâ, anticâ poſticâ, ubicunque concitatum rheuma conſiſtit, illati.

2. Additum, quia abſente febre non ita læditur æger, ac præſente: & quia flatus, qui etiam laterum dolores excitant, & quidem vehementes, excludi debent.

3. Non admodum fixos & ſtabiles. quemadmodum in Prorrhet. dicuntur, τὰ ἀραιὰ κατὰ πλευρὸν ἀλγήματα· aut τὰ κατὰ λεπτὸν ἀλγήματα, τὰ κατὰ σμικρὸν γινόμενα. Quia bilis, per acres ſurſum elatos vapores, dolores illos facit, non ſemper eundem locum obtinent.

4. Id eſt, ſine illis ſignis, quæ pleuriticos laterum dolores concomitantur; tuſſis nempe, ſpirandi difficultas, febris acuta, & reliqua. Intellige verò de ſignorum concurſu. Nam & in his doloribus, aliquando tuſſis adeſt, aliquando ſpirandi difficultas.

5. Tum quia cacochymia bilioſa viget, quæ purgationem, non venæſectionem, expoſcit: tum quia humor tenuis, ſanguine miſſo, adhuc tenuior redditur, & per febrem, ſuccos exurentem, magis acris; tum quia ventriculus debilitatur, & acribus humoribus impletur. Unde lipothymiæ, & vomitiones.

6. Ob eandem materiam os ventriculi infeſtantem, quæ, cum calida ſit, & propriam ei intemperiem imprimere poteſt, quantum ſitim inducere, tantum appetitum evertere, ſolet.

 7. Pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

7. Propter hepatis venas ſanguine bilioſo repletas, unde continuò ad ventriculum demandatur.

8. Vel oppreſſione virium, & caloris, ab humore frigido craſſo & δυσκινήτῳ· vel ab emortua facultate, & caloris vivifici indigentia.

9. Quia non tantum prodeſt, ſanguinem febrilem extinguendo, quantum obeſt detrahendo nativum.

10. Aut ſuppuratione collecta, in qua cum febris & alia ſymptomata remittant, puris evaporatio torporem, effuſio inopinam mortem infert: aut diſſipato calore extraneo humoris ita putrentis, & nativo ita imbecillo, ut reſtitui non poſſit. Nec febrire tum ægri videntur, nec dolent, ſed comatoſi fiunt, & obtorpeſcunt. *Nota* verò 1: Interdum in caloris inchoata extinctione venam ſecari per initia, quando videlicet per ſuppreſſionem, vel ſuffocationem accidit, ut fit initio hydropis, à menſium, hæmorrhoïdum, &c. ſuppreſſione. 2. Calore in extimis partibus abſente, quod per internas inflammationes retrahatur, aut ſtatim initio collectionis, ſecandam venam eſſe; eo elapſo, omittendum omninò: tum quia magna viſcerum phlegmone præſente imbecilliores vires ſunt: tum quia ſolus ſanguis è venis educitur, illo, qui circa locum inflammatum, non cedente.

TITULUS XXVIII.

De Prognoſtico omnibus totius corporis morbis communi.

CCCCXCII. Κεφαλὴν δὲ πόδας καὶ χεῖρας καταψύχεσθαι, κοιλίης

κοιλίης καὶ πλευρῶν θερμῶν ἐόντων, κακόν. βέλτιστον δὲ, πᾶν ὁμοίως τὸ σῶμα θερμόν τε εἶναι καὶ μαλθακόν.

CCCCXCII. *Caput, pedes & manus* 1 *frigidas eſſe, ventre & lateribus* 2 *calentibus, mali* 3 *morbi ſignum eſt.* 4 *Optimum vero, totum* 5 *corpus æque* 6 *calidum &* 7 *molle eſſe.*

1. Ex caloris à viſcerum phlegmone retractione, vel propter πνευμάτων ἀπόληψιν ἀνὰ τὰς φλέβας, *ſpiritus per venas interceptionem.* Intellige verò frigus eximium, firmiter fixum, aut certè cum cita febrilis ardoris viciſſitudine, de qua illud præceptum: Extimarum partium cita in utrumque mutatio, peſtifera eſt.

2. Propter ardorem adjacentium viſcerum, æſtuantibus pluſquam naturali calore.

3. Imo letalis, ceſſante vitali officio, & abſumto nectare vivifico. Vide Aphoriſm. 1, & 26, ſ. 7; & 48 ſ. 4.

4. Ἀρίστη κατάστασις, optima eſt conſtitutio.

5. Τὴν ὁλομελίην τοῦ σκήνεος, ſeu *corporis univerſitatem.*

6. Per totum habitum æqualiter & continenter calore naturali perfuſum: unde colligas robur naturæ, ſanguinis debitam abundantiam, & meatuum libertatem.

7. In quo neque ſit mordicatio, neque ſcabrities, ſed humidum blandumque exhalet: unde colligas humorem & calorem juſta ratione miſta, abſque colliquatione, putredine aut humidi primigenii reſolutione.

CCCCXCIII. Στρέφεσθαι δὲ ῥηϊδίως

κατὰ τὸν νοσέοντα, καὶ ἐν τοῖσι μετεωρισμοῖσιν ἐλαφρὸν εἶναι. βαρύτης δὲ ὅλου τοῦ σώματος, καὶ χειρῶν καὶ ποδῶν, πονηρόν. εἰ δὲ καὶ πρὸς τῷ βάρει πέλιοι γίγνονται οἱ δάκτυλοι καὶ οἱ ὄνυχες, πλησίον ὁ θάνατος. μελαινόμενα δὲ παντελῶς, ἧσσον ὀλέθρια τῶν πελίων. ἀλλὰ τὰ λοιπὰ θεωρεῖν. ἢν γὰρ εὐπετέως φέρῃ τὸ νόσημα, καὶ ἄλλο τι τῶν χρησίμων ὑποδεικνύῃ, τὸ νόσημα ἐς ἀπόστασιν τρέπεται, καὶ τὰ μελανθέντα τοῦ σώματος ἀποπίπτει.

CCCCXCIII. *Ægrum quoque facile [1] converti oportet, & dum ſurgit, [2] levem eſſe. At gravitas [3] quæ totum corpus, vel manus [4] ac pedes, premit, vitioſa eſt. Quod ſi cum gravitate digiti quoque ac ungues [5] lividi fiant, in propinquo [6] mors eſt. At ſi omnino nigreſcant, minus, [7] quam liventes, periculum portendunt. Verum tunc [8] reliqua conſideranda ſunt. Etenim ſi facile morbum ſuſtinet æger, & aliud quiddam ex his quæ ſecuritatem [9] pollicentur, ſe prodit, morbus in abſceſſum vergit, & denigratæ corporis partes [10] decidunt.*

1. Tum ſua ſponte, tum invitum, in δυσφορίᾳ, ita ut æqualis ſit conſpiratio ad motum, τοῦ φέροντος in ciendo, & τοῦ φερομένου in obediendo. Qui fractis ſunt viribus, ὑποδύσφοροι eſſe ſolent.

2. Nam, quia major eſt in exſurgendo, quam in decubitu, motus contentio, majorem quoque motricis facultatis vim & robur, & promtiorem corporis

corporis quod movetur, obedientiam, inde colligere licebit.

3. A facultatis motricis, per morbi malignitatem, exſolutione. Non tantus, quando vel muſculi à plenitudine, vel aliquo alio vitio, opprimuntur, vel facultas, propter ſubitam aliquam evacuationem, aut occaſione manifeſtam, ſubſidit metus.

4. Quorum vis maximè in exſurgendo, dum ſe ægri erigunt, & attollunt, ſpectatur.

5. Non διὰ τὴν ἐκχύμωσιν ἢ ναυσίωσιν, qualis apparet in oculis ſuggillatis, & calce perfracto; ſed διὰ τὴν νέκρωσιν, extincto planè calore vitali.

6. Quæ in caloris vivifici, per ſuffocationem, aut extinctionem, privatione conſiſtit.

7. Sequitur nempe hic livor ad ſolam calidi innati extinctionem; nigredo vero quandoque ad eandem auctam; nonnunquam ad humorem ad imos pedes decumbentem, & abſceſſum facientem.

8. Ut dignoſcas, an abſceſſus victrice & movente natura, an vi morbi, exoriatur. Sæpe etiam pars totius allabentis materiæ capax non eſt, ita ut vel humor refluat; vel calor nativus extinguatur.

9. Si depoſitâ in abſceſſum materiâ febris ſolvitur, nec in trium facultatum functionibus quicquam vitii occurrit.

10. Quia ſideratæ. Mortuum vivo cohærere non poteſt.

CCCCXCIV. Ὄρχιες καὶ αἰδοῖον ἀνεσπασμένα πονηρὸν σημαίνει.

CCCCXCIV. *Teſticuli pudendumque*[1] *retractum, malum*[2] *denuntiant.*

1. Propter convulſionem, dolorem, vel vitalis

caloris extinctionem. *Illud* fit in morbis capitis, in quibus nervi ad ſuam originem trahuntur; in febribus ardentibus, cum muſculi præ ſiccitate nimiâ exareſcunt. *Iſtud*, quia, dum ſe facultas cum ſpiritu in ſeipſam contrahit, partes illas etiam ſecum rapit. *Hoc*, quia principes partes, caloris, ſpiritus, & ſanguinis inopes, quicquid antea reliquis impertiebant, ad ſe revocant.

2. Tum propter ſympathiam nobiliſſimi membri; tum propter facultatis vitalis & animalis reſolutionem, & extinctionem, ὀρχὶς ἐνταθεὶς κειλικόν.

CCCCXCV. Φῦσαν δὲ ἄνευ ψόφου περδήσιος διεξιέναι, βέλτιστον. κρέσσον δὲ καὶ σὺν ψόφῳ διελθεῖν, ἢ αὐτοῦ ἀνειλέεσθαι. καίτοι τὸ τοιοῦτον διελθοῦσα, σημαίνει πονηρὸν καὶ παραφροσύνην, ἢν μὴ ἑκὼν τοῦτο ποιέηται τὴν ἄφεσιν τῆς φύσης.

CCCCXCV. *Flatum vero abſque crepitus ſono* [1] *emitti, inter optima* [2] *ſigna eſt. Præſtat tamen cum ſtrepitu prodire, quam illic* [3] *revolvi: Quanquam hoc pacto prodiens, dolorem &* [4] *delirium denuntiat, niſi ſua ſponte id æger fecerit, & flatum emiſerit.*

1. Seu per inteſtinum rectum, ſeu per œſophagum.

2. Quia naturam vegetam, materiam edomitam, & meatus patentes ac liberos, ſignificat.

3. Sic enim cauſæ ſunt inflationis & doloris: ſigna verò in acutis incendii alicujus partis, & depravatæ motionis περισταλτικῆς ex inferioribus partibus ad ſuperiores.

4. In

4. In ægro verecundo & adſtantium rationem habente. Vel enim non advertit ad ea quod delirii principium eſt; vel propter doloris magnitudinem adigitur id facere quod nollet.

CCCCXCVI. Ἕλκος πέλιον καὶ ξηρὸν, ἢ χλωρὸν γινόμενον, θανάσιμον.

CCCCXCVI. *Ulcus* [1] *lividum &* [2] *aridum, aut pallidum* [3] *effectum, mortem* [4] *indicat.*

1. Sive ante morbum contractum, ſive in morbo natum. Evadit lividum calore nativo extincto; &, ſi ab ἐκχυμώσει, à nutricatus defraudatione, quæ nigri humoris, vel atræ bilis, ſoboles eſt.

2. Seu propter alimenti in parte defectum, ſeu propter ſaniei paucitatem, quæ alimenti reliquiæ quædam, ſeu propter humoris ab ulceratis partibus in aliquam principem partem refluxum, qui ex loco repente detumeſcente deprehenditur. Fieri tamen poteſt, ut cum ſiccitate ſubſtantiali ulceris, & puris inopia, extranea humiditas aut puris copia, ex colliquatione, ex toto corpore appareat.

3. Propter humorum mutationem, & humoris bilioſi exuperantiam.

4. Propter cauſas jam expoſitas.

CCCCXCVII. Ἀνάκλισις βελτίστη μὲν, ὡς εἴθισται τις ὑγιαίνων· ὕπτιον δὲ κεῖσθαι τὰ σκέλεα ἐκτεταμένον, οὐκ ἀστεῖον. εἰ δὲ καὶ καταῤῥέοι προπετὴς ἐπὶ πόδας, χεῖρον, θανάσιμον δὲ καὶ κεχηνέναι, καὶ καθεύδειν αἰεί. καὶ τὰ σκέλεα ὕπτιον κειμένου συγκεκαμμένα τε εἶναι ἰσχυρῶς καὶ διαπεπλεγμένα. τὸ δ᾽ ἐπὶ γαστέρα

κεῖσθαι

κεῖσθαι οἷσι μὴ συνήθες, παραφροσύνην σημαίνει, ἢ πόνους περὶ κοιλίην. πόδας δὲ γυμνοὺς ἔχειν καὶ χεῖρας, μὴ θερμὸν ἐόντα ἰσχυρῶς, καὶ τὰ σκέλεα διερρίφθαι, κακόν. ἀλυσμὸν γὰρ σημαίνει. ἀνακαθίζειν δὲ βούλεσθαι, κακὸν ἐν τοῖσιν ὀξέσι· κάκιστον δὲ ἐν περιπλευμονικοῖσι, καθεύδειν δὲ χρὴ τὴν νύκτα, τὴν δὲ ἡμέρην ἐγρηγορέναι. τὸ δ' ἐναντίον, πονηρόν. ἥκιστα δ' ἂν βλάπτοι τὸ πρωῒ κοιμώμενος ἕως τοῦ τρίτου τῆς ἡμέρης. οἱ δὲ μετὰ ταῦτα ὕπνοι, πονηροί. κάκιστον δὲ μὴ καθεύδειν, μήτε ἡμέρης, μήτε νυκτός. ἢ γὰρ ὑπὸ ὀδύνης τε καὶ πόνου ἀγρυπνοίη ἄν, ἢ παραφρονήσει ἀπὸ τούτου τοῦ σημείου.

CCCCXCVII. *Optimus ille quidem jacentis [1] habitus, quem ſanus aliquis uſurpare conſuevit. Supinum [2] vero jacere cruribus porrectis, probari [3] non poteſt. Id quoque [5] deterius, ubi ſubinde deorſum ad pedes [4] prolabitur. Exitioſum [8] eſt ubi [6] hiat, aut aſſidue [7] dormit. Aut ubi ſupinus jacet cruribus vehementer [9] contractis ac reductis. Pronum autem jacere ei qui non [10] conſuevit, delirium, [11] aut circa ventrem dolores, portendit. Quod ſi pedes [12] & manus nudat, neque vehemens [13] calor ei ſubeſt, & crura diſpergit, mali morbi ſignum eſt, [14] angorem namque portendit. Ubi vero reſidere vult æger, malum [15] quidem indicium in acutis mor-*

morbis, ſed longe peſſimum in pulmonum & laterum affectibus. Noctu [16] *dormiendum, interdiu* [17] *vigilandum, contra* [18] *vero, malum. Minimum* [20] *autem offendit, ſi quis matutino tempore ad tertiam* [19] *diei partem dormiat. Qui vero ab hoc tempore ſomnus eſt,* [21] *malus. Peſſimum tamen eſt, ſi ſomnus neque noctu, neque interdiu, accedit. Id enim ob* [22] *dolorem laboremque accidit, vel* [23] *delirium fore ſignificatur.*

1. Eſt enim omnibus à naturâ inditum, convenientem in decumbendo & commodam figuram ſervare. Talis verò eſt, quando aliquis molliter toto corpore in dextrum vel ſiniſtrum latus, cervice, cruribus & manibus decenter & modicè reflexis, ut nec corpus nec artus nimium, vel contrahantur, vel extendantur. Talem figuram Galenus τὸ ὑγρὸν vocat, quod totum corpus modicè humidum ſignificet: extremas vero σχήματι ὑπερβολικὰς, & ἀτονίας.

2. Tota ſpina jacendo ſuſtineri, dorſoque ſuam adimere ἰθυκύρτωσιν, cervices nimium extendendo.

3. Hoc enim decubitu thoracis muſculi inter inſpirandum magis laborant: humores in cerebro ad poſtremum illumque digniſſimum ventriculum deducuntur: ſed & ad thoracem & renes, qui immodicè tum calent, promtè à capite defluunt. In febribus verò, dum venter & pectus per inſpirationem laborioſè in ſublime elevantur, vel non ſatisfit morbo, qui reſpirandi neceſſitatem auget; vel frequenti ac difficili thoracis deſcenſu vires proſternuntur. Quia verò videtur

inter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

inter dubia ſigna ſignum hoc recenſere, ideò & alia attendenda eſſe innuit, ut certius prognoſticum formetur. Et ſanè, ſi æger in ſumma lecti ſupinus jacet, membris non omninò dejectis, & pulſu conſtante, ſignum eſt Galeno οὐδέτερον. Si præter arbitrium, propter impotentiam decumbendi, in latus projicitur, caput in pulvinum erectum reflectitur, aut ſublato mento quicquid eſt anterioris colli eminet, &c. proximæ mortis argumentum eſt.

4. Cadaverum inſtar, quæ, ſive in latus alterum collocentur, prona aut ſupina recidunt, ſive ſummo in lecto ſublimia ſtatuantur, in pedes relabuntur.

5. Propter facultatis corpus gubernantis interitum. In eadem navi ſunt, tum illi qui, ſeu in delirio manifeſto, ſeu obſcuro, ad margines lecti ſe provolvunt, ac primum pedes excludunt, dein quaſi deſurgunt, corpus erigunt, & vel excidunt, vel ſurgunt: tum illi, qui pedes non admodum calidos jactant, collum, crura, manus, inæqualiter diſpergunt, ac protinus ſe in aliam figuram mutant.

6. Ore diducto, gulam & fauces propalam explicat.

7. Nec dormiendi finem ad morbi exactum tempus facit, quaſi comate veternoſo correptus.

8. Talia enim ſymptomata, vel propter facultatis animalis imbecillitatem, vel propter ingens cordis incendium, vel propter particularem muſculorum, inferiorem maxillam quæ mobilis, cum ſuperiore quæ immobilis, committentium, reſolutionem, vel propter σύντασιν, σκληρισμὸν, aut κατάκλασιν τῶν ἄρθρων, accidunt.

9. Contracta crura, quæ *genua contracta* Celſo, quod nonniſi curvatis genibus contrahi poſſint, articu-

articulos diſtorqueri ſignificant. Idem de διαπεπλεγμένοις, ſeu diſperſis, vel, ut quidam legunt, περιπεπλεγμένοις, ſeu implicatis, & retis in modum intertextis, intellige. Utrumque delirium portendit, & præter hoc in inflexis, convulſionis aut reſolutionis alterius generis muſculorum ſuſpicionem. Memini me & in vermibus obſervaſſe.

10. Παρὰ τὸ ἔθος.

11. Delirium vel jam præſens, vel jam jam futurum. Dolores circa ventrem aut ex inflammatione,ad quam, ſanguine & ſpiritu intrò currente, natura ſeſe colligit, aut ex alio aliquo affectu valido.

12. Non quòd artus & lumbi doleant, atque ita exæſtuent, ut ardor febris æqualiter corpus pedes ac manus perurat; nec quod æger ſit mollior & delicatior: ſed quòd aliqua morbi malignitas ſubſit.

13. Quòd interiora urantur.

14. Quem febris maligna, vel peſtilens, aliquando cum ſudore tenui frigido, ſæpe etiam viſcido, effluente concitavit.

15. Nam vel delirat, vel ſummâ ſpirandi difficultate urgetur: quæ ab ingenti febris incendio, viarum ſpiritalium anguſtia, & virium imbecillitate, procedit.

16. Per conſuetudinem naturalem. Nam in nocte tenebræ, frigus, copioſum alimentum, ſomno tum materiam, tum motionis principium, afferunt.

17. Multa enim ex ſomno diurno incommoda.

18. Contra naturæ & conſuetudinis naturalis perverſionem. Calorem cum ſpiritu intrò ad ſomnum diurnum cogi, qui naturaliter horis diurnis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

nis foràs vigilandi cauſa excurrit, contra naturam eſt.

19. Ad horam nonam vel decimam.

20. Quam veſpertinus, propter dormiendi continuitatem, & aëris matutini conſtitutionem, qui, dum ante ſolem refrigerat; exoriente, ſuavem è ſanguine & pituita halitum excitat; ſomnum conciliare ſolet.

21. Et pomeridianus quidem cœlo frigido, & humido, auſtris flantibus, & pluvioſis, magis nocet, quam per æſtus. Veſpertini in eo malitiam ponunt, quòd recedente ſole, quo calor innatus mirum in modum recreatur, noxia omnia plus incommodent.

22. Qui ab incendio acri, interna inflammatione, eryſipelate interiore, & ſimilibus, oritur.

23. Exſoluto animali ſpiritu, & cerebro ſiccato, in quo facultas animalis reſidet. Præſente delirio abſunt ſomni cauſæ naturales, bona ſcilicet cerebri temperies, & ſuavis evaporatio.

TITULUS XXIX.

De validis læſionibus.

CCCCXCVIII. Ὁκόσοισι κρόταφος τάμνεται, σπασμὸς ἐκ τῶν ἐναντίων τῆς τομῆς ἐπιγίνεται.

CCCCXCVIII. *Quibus* [1] *tempora* [2] *ſecantur, iis ex adverſa* [4] *ſectionis parte convulſio* [3] *contingit.*

1. Temporales muſculi, qui tempora ipſa continent, quæ oſſium tenuitate, vaſorum amplitudine, ſubjacentis cerebri ubertate, nervorum & muſculo-

ſculo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

ſculorum virtute, tam intra, quàm extra, graviſſimis malis expoſita ſunt.

2. Aut ferramento chirurgi, vel ut læſum os quod latebat, in conſpectu ſit; tum ut exciſæ cutis anguſtia latius pateat: aut telo, caſu.

3. Muſculorum maxillam huc illuc moventium contractio ſeu collectio, quæ firmiter fixa omne maxillæ officium intercipit. Quia verò partis præciſio, nervi, & muſculi qui cerebro proximus, contractionem infert; ideo inde delirii metus, febris continua, dejectiones bilioſæ, &c. morſque circiter decimum.

4. Quia eo maxillæ à muſculorum collectione pervertuntur. Præciſorum contractio eſt cerebrum verſus, tum læſione ipsâ, tum ſocietate, & vicinia principatus, æquè afflicti & inflammati. Eſt enim in talibus facilis ſympathia & ſyntimoria.

CCCCXCIX. Ὅσοισιν ἂν ὁ ἐγκέφαλος σεισθῇ, καὶ πονέσῃ πληγείσιν, ἢ ἄλλως πίπτουσι, παραχρῆμα ἄφωνοι γίνονται, καὶ οὔτε ὁρῶσιν, οὔτε ἀκούουσι, καὶ τὰ πολλὰ θνήσκουσιν.

CCCCXCIX. *Quibus* [1] *concuſſum fuerit cerebrum, vel ex plaga* [2] *doluerit, aut aliquo caſu, his* [3] *illico vox* [4] *deficit, neque* [5] *vident, neque* [6] *audiunt, fereque* [7] *intereunt.*

1. Aut ex caſu aliquo ex locis editioribus, aut plagâ inſigni, aut capite ad durum aliquod illiſo, aut telo aliquo obtuſo, percuſſo, vel excidentis modioli repentino & gravi appulſu, oppreſſo.

2. Ad tempus vel in perpetuum.

3. Puncto temporis. Avulſo corde non ſtatim motus & ſenſus ceſſat.

4. Pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

4. Propter τῶν ἐνορμώντων in cerebrum retra-ctionem, unde motus & ſenſus ceſſant.

5. Amiſſo ſenſu propter partis illius cerebri, unde vis videndi, collapſum, & ſpiritus viſifici interceptionem: ſed & turbato in oculis membranarum, humorum & luminis nitore.

6. Quia nec ſonus excipitur, propter aëris interni craſſitiem & impuritatem; nec percipitur, ob partis, à qua vis audiendi, vitium.

7. Niſi cerebrum ſtatim conſurgat. Aphoniam excipit ἄπνοη, nervis cum cerebro exolutis, nec tranſmiſſis ſpiritibus, unde vitalis calor ſuffocatur & extinguitur; & hanc, tota virtute animali collapsâ, apoplexia.

D. Οἷς ἐγκέφαλος τιτρώσκεται, πυρετὸς ὡς ἐπὶτοπολὺ καὶ χολῆς ἔμετος ἐπιγίνεται, καὶ ἀποπληξίη σώματος, ἐς ὀλέθριοι οἱ τοιοῦτοι.

D. *Ex cerebri* [1] *vulnere, febris* [2] *utplurimum ac bilis* [3] *vomitus ſuccedit, & corporis* [4] *reſolutio, iique* [5] *pernicioſe habent.*

1. In qua utraque meninx ictu valido teli acuti dividitur, nec ullius fiſſuræ, contuſionis, vel effracturæ ſuſpicio, niſi fortaſſis telum illapſum ſit, ubi ἕδρα ipſa perpetuò conjunctam habet fiſſuram, & unà contuſionem.

2. A principis partis inflammatione. Sed ſuccedit *utplurimum*, id eſt, non ſemper nec ſolum à cerebro vulnerato: nàm & diſſectâ membranâ eveniunt; idque continuò per ſympathiam quæ cum ventriculo intercedit in vomitu: non autem per ἐπιγένεσιν, obortâ febre ab inflammatione.

3. Succreſcente à cerebro inflammato, ex febre acuta bile, & teneris carnibus liquatis, trahitur

tur ventriculus, qui νευρωδέστατος & acerrimi ſenſus in conſortium mali.

4. Læſo nervorum principio, & intercepto ſpiritu, qui, foris & intus, motum & ſenſum ciet.

5. Reſpiratione interceptâ cum febre aſſiduâ.

DI. Τῶν ῥηγνυμένων κεφαλῆς ὀστέων, χαλεπώτατον γνῶναι τὰ κατὰ τὰς ῥαφὰς ῥηγνύμενα. ῥήγνυται δὲ ὑπὸ τῶν βαρέων καὶ στρογγύλων βελέων μάλιστα, καὶ ἐκ τῶν ἐξ ὑπεναντίου φερομένων, καὶ μὴ ἐξ ἰσοπέδου. τὰ δ᾽ ἀπορούμενα, πότερον ἔρρωγεν ἢ οὔ, κρίνειν δεῖ, διαμασᾶσθαι διδόντα ἐφ᾽ ἑκατέρην τὴν σιηγόνα. ἀνθέρικον, ἢν ἄρθηκα, καὶ προσέχειν κελεύειν, εἴ τι ψοφεῖν αὐτῷ δοκέει τὸ ὀστέον. Τὰ γὰρ κατεηγότα δοκέει ψοφεῖν. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου τὰ ἐρρωγότα μὲν ζ', τὰ δὲ ιδ', τὰ δὲ καὶ ἄλλως διασημαίνει. τῆς τε γὰρ σαρκὸς ἀπίστασις ἀπὸ τοῦ ὀστέου γίνεται, καὶ τὸ ὀστέον πελιὸν, καὶ πόνοι, ἰχώρων ὑπορρεόντων. γίνεται δὲ ταῦτα ἤδη δυσβοήθητα.

DI. *Oſſium* 1 *capitis* 2 *fracturæ cognitu* 3 *difficillimæ, quæ circa ſuturas ſunt. Fiunt autem potiſſimum* 4 *à gravibus* 5 *ac rotundis telis, aut ex his quæ ex* 6 *oppoſito feruntur, neque ex* 7 *plano. At oſſa, de quibus, fiſſa ſint, nec-ne, ambigitur, ſic diſcernas, ſi in utramque maxillam albucum* 8 *aut* 9 *ferulam manducandam exhibueris, atque animum advertere juſſeris, num os aliquod ſtrepere videatur, confracta namque* 10 *ſtrepe-*

*re videntur. At proceſſu temporis, fiſſa qui-
dem* [11] *ſeptimo die, partim vero* [12] *decimo-
quarto, partim etiam* [13] *alias, ſui ſignifica-
tionem edunt. Nam vel caro* [14] *ab oſſe abſ-
cedit, aut* [15] *os liveſcit, aut dolores* [16] *ex ſa-
niei influxu excitantur, eaque jam reme-
diis* [17] *ægre cedunt.*

1. Syncipitis, frontis, occipitis, quæ ſunt du-
plicia, diploum intertexta; quorum exterior ſu-
perficies pericranio adjacet; interior meningi, o-
mnium membranarum parenti.

2. Ab obtuſo & gravi telo.

3. Nec niſi ab exercitato diligenti induſtri
deprehendi abſque errore poſſunt, quod ſibi in
Autonomo accidiſſe fatetur Hippocrates, quod
ipſæ ſuturæ *ῥωγμοειδέες φαίνονται*, *fiſſurarum ſpe-
ciem gerant*; de quo vide Hippocr., quem ad hunc
aphoriſmum Foëſius citat, de vulneribus capitis.

4. Ferè ſemper in calvariæ oſſibus, ſuturâ ex-
ceptâ, quæ ſemper telo quantumvis acuto inciſa
fiſſuram & unà contuſionem conjunctam habet

5. Rotunda, orbiculata, *ἀρτίστομα*, *ἀμβλέα*
gravia & dura tela os maximè rumpunt, tum ri-
mis perſpicuis, tum obſcuris.

6. E directo, ad amuſſim, vel ad perpendicu-
lum, *κατ' ἴξιν*, utraque regione *τῆς ἴξιος* quæ in
recta linea cernitur. Siç vulnus impetu quodam
infligitur, & hoc eſt, *εἰς ἰθὺ προσελθεῖν*.

7. Quia talia minus feriunt.

8. Aſphodeli caules, qui tenaciores, quàm ut
frangi poſſint.

9. Fruticum caule leviſſimo & medulla fun-
goſâ pleno dum recens eſt, ita ut ſine ſtrepitu
mandatur. Noſtri chirurgi linteum aut pannum,

aut

aut etiam lorum aliquod dentibus prehendi jubent, etſi quibuſdam fallax & arbitrarium hoc judicium eſſe videatur.

10. Excitatâ in oſſibus confractis colliſione.

11. Inprimis in utroque ſincipite, præſertim ſi eſt propè ſuturam, æſtate maximè, quam occuparunt pluviæ.

12. Cum nec corruptio, nec inflammatio, tam citò venit; quod fieri ſolet, ſi os durius & ſolidius, ſi longius à ſutura abeſt, & membrana, quæ ſubjacet, illæſa.

13. Prout cita aut tarda eſt oſſis, membranæ aut carnis inflammatio vel corruptio.

14. Tanquam emortua. Tunicam pericranii intelligit, quæ, abſcedente membranâ putri à cerebro, propter inflammationem à ſanguine & ichore, quem partim à carne contuſa, partim à diploë fiſſi oſſis, accipit, exortam, & inde natam corruptionem, à calvaria abſcedit.

15. Propter νέκρωσιν τῆς ἐμφύτου θερμασίας, intercluſo nectare vivifico, à corde proveniente.

16. Quæ membranam invadit, nec inde exitum habens, inflammationem gravem movet.

17. Propter cauſæ morbificæ vetuſtatem, unde ex privatione non datur ad habitum regreſſus.

TITULUS XXX.

De Vulneribus.

DII. Ὅσοισιν ἐπίπλοον ἐκπίπτει, ἀνάγκη ἀποσαπῆναι.

DII. *Quibus* [1] *omentum* [2] *procidit, ut* [3] *putreſcat neceſſe eſt.*

 1. Ab-

1. Abdomine vulnerato ſauciis, omento tenus diviſo peritonæo, nec ultra.

2. Per amplum abdominis vulnus, quod à peritonæo loco ſuo contineri non poſſit. Procidit facile, quia ſupernatat nullo conſtrictum vinculo.

3. Ob ambientis appulſum, tanquam putredini in ſuo humido obnoxium, quam ſanguis extravaſatus, & approperat, & auget.

DIII. Ἢν ἔντερον διακοπῇ τῶν λεπτῶν, οὐ συμφύεται.

DIII. *Ex tenuibus inteſtinis ſi quod diſſectum fuerit, non coaleſcit.*

Vide Aphoriſmum 18, & 24, ſect. 6.

DIV. Νεῦρον διακοπὲν, ἢ γνάθου τὸ λεπτὸν, ἢ ἀκροποσθίη, οὐ συμφύεται.

DIV. [2] *Præciſus* [1] *nervus, aut quod in gena* [3] *eſt tenue, aut* [4] *præputium,* [5] *non coaleſcit.*

1. Pars omnis quæ nervi nomen habet: *nervus* nempe propago cerebri, & ſpinalis medullæ; *ligamentum* ſoboles & origo earum quæ ſunt in oſſibus, ἐπιφύσεων· & *tendo* quædam velut ἔκφυσις fibrarum, ligamenti, & nervi.

2. Toto ſuo cylindraceo corpore, ita ut partes deſinant eſſe contiguæ.

3. Quicquid inter utramque maxillam interjectum eſt, quod ipſum per ſe, immotis articulis, ope lati muſculi in omnem partem movetur.

4. Extrema cutis quâ glans pudendi tegitur.

5. Quia nec regignitur, nec augetur, tanquam pars ſpermatica, cujus ἰδία περιγραφὴ μοῖραν ἔχει πεπρωμένην, quæ ſemel amiſſa nunquam reponitur.

DV. Ὅ,τι ἂν ἐν τῷ σώματι ὀστέον ἀποκοπῇ, ἢ χόνδρος, οὐκ αὔξεται.

DV. *Neque corporis os quodcunque reſectum, neque cartilago augetur.*

Vide Aphoriſmum 19 ſect. 6.

DVI. Ἐπὶ τρώματι σπασμὸς ἐπιγενόμενος, κακόν.

DVI. *Vulneri* 2 *ſuccedens* 1 *convulſio, malo* 3 *eſt.*

1. Seu violenta artuum contractio, nervis ab exhauſto rigidis, aut craſſo & glutinoſo humore diſtentis, aut etiam inflammatis: ſeu ſimplex καθ' ὁρμὴν collectio, vitio muſculorum, exempli gratia, temporalium, ſeu maſſeterum, dextrâ aut ſiniſtrâ exolutorum.

2. Vel ex nervi aut chordæ diſtentione, ut in calcis fractura, in vulnere muſculorum quâ parte nervi ἐμφύονται, aut ἐκφύονται, ſi nullus poſticâ corporis parte tumor aut aſſurgat aut evaneſcat: vel ex hæmorrhagia nimia, unde nervis rigor. In pertuſa calvaria ſi ſanies exire prohibita ad nervos tranſmittitur, inflammationem convulſificam tum è directo, tum è diverſo partis pertuſæ, movebit.

3. Partes ab exhauſto convulſæ non reſtituuntur. Vide Aphoriſm. 2 ſect. 5.

DVII. Ἐπὶ τρώματι χολῆς ἔμετος ἐπιγενόμενος, κακὸν, καὶ μάλιστα ἐπὶ τοῖσι κεφαλικοῖσι.

DVII. *Bilis vomitus* 1 *vulneri ſucce-*

dens malum ² denuntiat, præcipueque 3 i
capitis vulneribus.

1. Laceſſito à bile fundo, innatante ventri culo, quæ ſi lateribus affigitur, nauſeam; ſi ad o repit, καρδιωγμὸν, excitat. Neceſſe eſt vulnus i parte nervoſa eſſe: velut muſculis temporalibu affectis, ſoporem induci, & bilem vomitione re jici, ſcribit Hippocrat. l. 2 de fractur.

2. *Et ſigno*; tum quia nonniſi à magnis morb ventriculus in conſenſum rapitur; tum quia b lis illa ad alvum transfuſio, cacochymiæ malign ſignum eſt, quæ primum à vulnere ad magna venas, tum ad jecur, tandem ad ventriculum tranſmittitur. *Et cauſa*; tum quia propter perer nem bilis affluxum, creber eſt; tum quia valid illo motu ventriculum debilitat, & inflamma tione aliquando perfundit.

3. Propter cauſas ſuperiore titulo recenſitas.

DVIII. Νεῦρα ὅσα παχέα τιτρώσκε ται, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ χωλοῦνται, καὶ λοξὰ τιτρω σκόμενα μάλιστα, καὶ τῶν μυῶν αἱ κεφαλα μάλιστα τῶν ἐν μηροῖσιν.

DVIII. *Nervi quicunque ¹ craſſi ² vu nus accipiunt, utplurimum claudos 3 red dunt, præcipueque, ſi ⁴ obliquum vulnus fu rit, ac in muſculorum ⁵ capitibus, præſe tim ⁶ femorum.*

1. Omnes qui artus continent, quos Galenu vocat νεῦρα συνέχοντα. Continent autem tum qui ſunt motus & ſenſus auctores, è cerebro ejus propagine, ſpinali medullâ, nati; tum qui muſculis enaſcuntur, & articulis inſeruntur, τ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

νοντες Græcis; tum qui articulos ipſos conne-ctunt, faciuntque illam συμφύσεως differentiam, quæ eſt συνδύρωσις.

2. Ab acuto & validis viribus inflicto telo.

3. Præciſis nervis qui articulos continent, & à quibus moventur.

4. Ut interdum eos præcidi neceſſe ſit. Puncti, convulſiones & dolores intenſiſſimos, vigilias, & deliria, adferunt.

5. Quibus cæſis, nec ſe ſponte noſtrâ colligere, parteſque in quas inſeruntur, ad caput adducere, poſſunt muſculi; nec flectenti aut extendenti antagoniſtæ obedire norunt. Τὰ πονηρὰ τρώματα dicuntur Hippocrati, quæ muſculorum capita & fines, nervoſorum maximè, appetunt.

6. Quia ibi craſſiores tendines & ligamenta, quàm alibi: tum propter artuum cruris & tibiæ magnitudinem; tum propter motuum qui per ipſos cientur, difficultatem; femoris quidem, per ἐνάρθρωσιν cum iſchio, & ejuſdem ginglymum cum tibia.

DIX. Ἀποθνήσκουσι δὲ μάλιστα ἐκ τῶν τρωμάτων, ἤν τις ἐγκέφαλον τρωθῇ, ἢ ῥαχίτην μυελὸν, ἢ ἧπαρ, ἢ φρένας, ἢ καρδίην, ἢ κύστιν, ἢ φλέβα τῶν παχειῶν. Θνήσκει δὲ, κἢν ἐς ἀρτηρίην καὶ πλεύμονα μεγάλαι σφόδρα αἱ πληγαὶ γίνωνται, ὥστε τοῦ πλεύμονος πληθύος, ἔλασσον περιεχόμενον πνεῦμα κατὰ στόμα γίνεσθαι, ἢ τὸ ἐκπίπτον ἐκ τοῦ τρώματος. Θνήσκουσι δὲ καὶ οἱ ἐς τὰ ἐντὸς νεῦρα, ἤν τέ τι τῶν λεπτῶν τιτρώσκωσιν, ἤν τε τῶν παχέων, ἢν ἐπικάρσιος ἡ πληγὴ γένηται καὶ

μεγάλη. εἰ δὲ μικρὴ καὶ εὐθεῖα, περιγίνοντα
ἔνιοι. ἥκιστα δὲ θνήσκουσιν οἱ τιτρωσκόμενοι
οἷσι ταῦτα μὴ ἔνι τῶν τοῦ σώματος μερῶν, ἢ τοῦ
των προσωτάτω.

DIX. *Ex vulnere autem fere mors contingit, ſi cui vulneratum fuerit* [1] *cerebrum aut ſpinalis* [2] *medulla, aut* [3] *jecur, aut ſeptum* [4] *tranſverſum, vel* [5] *cor, aut* [6] *veſica, aut quædam grandis* [7] *vena. Mors quoque ſubit, ſi in* [9] *arteriam & * [10] *pulmonem inſignes valde* [8] *plagæ inflictæ ſunt, ita ut percuſſo pulmone, minor ſit* [11] *qui per os prodit ſpiritus, quam qui per vulnus excidit. Intereunt vero quibus nervi interiores, ſive tenuis aliquis, ſive craſſus, vulnus acceperit, ſi plaga* [12] *tranſverſa fuerit & magna: quod ſi parva & recta, nonnulli periculo eximuntur. Minime autem ab his vulneribus mors impendet, quæ in corporis partes, in quibus hæc non ſunt, aut ab his* [13] *quam longiſſime abſunt, infliguntur.*

1. Profundè, ita ut ad apoplexiam ventum ſit. Novi tamen reſtitutum etiam cui portio cerebri adempta.

2. Quia cerebri propago, & origo nervorum; nec poteſt redintegrari.

3. Inprimis, ſi vulnus ei parti quâ diaphragmati adjacet, & ubi venæ inſignis, quam Hippocrates ἡπατῖτιν vocat, truncus eſt, infligatur, propter implacabilem ſanguinis profuſionem.

4. Sive

4. Sive vena inſignis quæ ſurſum per diaphragma tendit, lædatur; ſive cordis arteria, quæ illac deorſum curſum inflectit: ſeu diaphragmatis duntaxat nerveum caput, ſalvis venis. Ibi cita mors venit; hic ſerius ſaucii intereunt. Vulnus coïre non poteſt, partim natura partis, partim movendi perennitate. accedit ſumma ſpirandi difficultas, febris ardens, delirium, &c.

5. Quia nobiliſſimum viſcus, &, inſtar omnium, facultatum vitalium, & fortè naturalium, ſedes. Caloris hinc nativi funeſta extinctio, ſive ipſum, ſive vaſa, lædantur.

6. Tum quia inde corrumpitur & inflammatur; tum quia ſubſtantiæ nerveæ, ſanguinis & carnis expers, multum à ſe diſtracta, ἀσύμφυτος eſt.

7. Propter hæmorrhagiam ἄπαυστον.

8. Vulnera magna.

9. Aſperam nempe. Magnum ejus vulnus eſt, quod intro ad cylindri uſque centrum, cujus ſpeciem edit, penetravit. Sic nec ſutura, nec hamo, coïre poteſt, & quia nullus vinculo locus, ſtrangulatio in metu.

10. Nam vel venæ arterioſæ hæmorrhagia, vel intercepto, qui inſpirari debet, ſpiritu, ſectis arteriæ ſurculis; vel exſpirando è ſaucia vena vapore, mortem infert.

11. Quia ita facilè extinguitur vel ſuffocatur calor.

12. Quia inflammatione à deſectis fibris ad non ſectas communicatâ, convulſione autem ab ipſis non ſectis excitatâ, facile exitium impendet.

13. Præcipuarum partium dignitatem, & periculum, ſubeunt, quæ conſenſu quodam aut actionis miniſterio cum viſceribus communicant, pariterque cum eis vitalitatem profundunt.

DX. Τὴν δὲ ὄψιν ἀμαυροῦνται ἐν τοῖσι τρώμασιν ἐς τὴν ὀφρὺν, καὶ μικρὸν ἐπάνω. ὅσῳ δ᾽ ἂν τὸ τρῶμα νεώτερον ᾖ, μάλιστα βλέπουσι. χρονιζομένης δὲ τῆς οὐλῆς, ἀμαυροῦσθαι μᾶλλον συμπίπτει.

DX. *At in*[1] *vulneribus quæ in*[2] *ſupercilium, aut paulo altius, inferuntur, viſus acies*[3] *obtunditur; & quo vulnus*[4] *recentius eſt, eo magis*[5] *vident. Inveteraſcente autem aut tardante*[6] *cicatrice, magis*[7] *obtundi ſolet.*

1. Punctim cæſimve, idque tranſverſim illatis.

2. Quod cujuſdam projecturæ loco oculo eſt, arcendis, quæ ſupernè ad perpendiculum inferuntur, injuriis.

3. Obſcurato oculorum ſplendore, qui in membranis, humoribus & ſpiritu viſifico eſſe debet.

4. Dum ἔναιμον eſt, nec dum ſordibus ullis obſitum.

5. Quia ſenſorium, ſeu oculus, minus læditur.

6. Quæ quidem beneficio carnis in cute; & alimenti, cum pars affecta nutriri cœpit, oboritur: ſed propter diutinam inflammationem tardius.

7. Quia perenni ichoris ex inflammatione ſubſtillo, membranarum, humorum & ſpiritus nitor extinguitur.

DXI. Αἱ σύριγγες χαλεπώταταί εἰσιν, ὅσαι ἐν τοῖσι χονδρώδεσί τε καὶ ἀσάρκοισι τόποισι πεφύκασιν, εἰσί τε κοῖλαι, μολοῦνταί τε, καὶ ἰχωροροοῦσιν αἰεὶ, σαρκίον τε ἐπὶ τῷ

στόματι

στόματι ἔπεστι αὐταῖς. εὐθεραπευτότεραι δὲ ὅσαι ἐν τοῖσι μαλθακοῖσι τόποισι καὶ σαρκώδεσί τε καὶ ἀνεύροισι πεφύκασι.

DXI. *Ex* [1] *fiſtulis maxime moleſtiam* [2] *adferunt; quæ in* [3] *cartilaginoſis aut carne* [4] *vacuis locis fieri ſolent, cavæ* [5] *ſunt, & longius* [6] *excurrunt, aſſidueque ſanie* [7] *manant, & in quarum oſculo* [8] *caruncula ineſt. Facilius autem curantur, quæ in mollibus* [9] *& carnoſis locis, & non nervoſis, oriuntur.*

1. Ulceribus altis, anguſtis, ſinuoſis & calloſis, quæ ſinus malè curatus conſequitur.

2. Vel partis ipſius, ubi enatæ, naturâ, vel tranſitu ad ſocias & vicinas; vel ipſa difficultate & moleſtiâ curandi.

3. A ſumma humoris feritate & acrimonia.

4. Uti membranis, quæ omni carne & ſanguine carent.

5. Ita ut altâ multumque fiſtulatâ cavitate, arundinum inſtar, inſignes ſint: vel earum cavitas, obducto veluti callo, præ duritie jam inveterata, neque ſubſidat neque conniveat.

6. Virulentæ ſaniei eroſione, ita ut dextrâ ſiniſtrâve, vel ad pulmonem, vel ad veſicam, vel ad uterum, grandes venas & arterias, ſtomachum, guttur, thoracem, perveniant.

7. Seu vitio viſcerum, & catarrhi, à capite vel hepate affluentis; ſeu tempeſtatis auſtrinæ cum denſis nimbis & rapido æſtu conjunctæ, qualis Cranone fuit. Videtur legi debere μολύνονται, ut ſit idem quod μιαίνονται, & ſaniei corruptelam, qua fiſtulæ aſſiduè manant & fœdantur, indi-

cet. Sic Hippocrates abominandum illum fœtorem, quem fiſtulæ evomunt, *βδελυγμίην* vocat. Sunt enim ulcera *ἀπεστεῶμα δι' ἐπιῤῥοῆς περιττωμάτων*. Atque haud ſcio, *inquit Foëſius*, annon, per *μολυνόντας*, fiſtulæ quæ in ano & podice conſiſtunt, intelligi debeant, quòd *μολυνὴ ἡ πυγὴ*, id eſt, podex, dicatur, quodque hujus loci fiſtulæ operoſam valdè ac difficilem curationem ſubeant.

8. Quæ à fiſtula, nimio ichore imbutâ, & in ore ſuo quod tenerius & mollius, quà ichor effunditur, ulceratâ, aſſurgit.

9. Cujus ratio ex præcedentibus reddi poteſt. Vide Celſum, l. 7 c. 4, de fiſtula ani.

DXII. Τὰ δὲ πρὸ ἥβης οὐ γίνεται νοσήματα, περιπλευμονικὰ, περιπλευριτικὰ, ποδαγρικὰ, νεφρῖτις, κιρσοὶ περὶ κνήμην, ῥοῦς αἱματηρὸς, καρκῖνος μὴ σύμφυτος, λεύκη μὴ συγγενὴς, καταῤῥοῦς νωτιαῖος, αἱμοῤῥοῒς, μὴ σύμφυτος, χορδαψός. τούτων τῶν νοσημάτων πρὸ ἥβης οὐ χρὴ προσδέχεσθαι γινόμενον οὐδέν. ἀπὸ ιδ' μέχρι β' καὶ μ' ἐτέων, πάμφορος ἡ φύσις νοσημάτων ἤδη τοῦ σώματος γίνεται. πάλιν δὲ ἀπὸ ταύτης τῆς ἡλικίης μέχρι ξγ' ἐτέων, οὐ γίνονται χοιράδες. οὐδὲ λίθος ἐν κύστει, ἢν μὴ τύχῃ πρότερον ὑπάρχων, οὐδὲ καταῤῥοῦς νωτιαῖος, οὐδὲ νεφρῖτις, ἢν μὴ παρεγκαλυθῶσιν ἐξ ἄλλης ἡλικίης. οὐδὲ αἱμοῤῥοΐδες, οὐδὲ ῥοῦς αἱματηρὸς, ἢν μὴ πρότερον τύχῃ γεγενημένος. ταῦτα μέχρι γήρως ἀπέχεται νοσήματα.

DXII. *Sed neque ante* [1] *pubertatem*

1 occu-

[2] occupant hi morbi, pulmonum [3] inflammationes, laterum [4] dolores, [5] podagræ, renum [6] vitia, varix [7] in tibia, fluor [8] ſanguineus, cancer non [9] innatus, albicans [10] vitiligo non cognata, [11] defluxio in ſpinalem medullam, ſanguinis [12] per ora venarum profluvium, tenuioris [13] inteſtini morbus (quem χορδαψὸν vocant) non à natura inſitus. Horum morborum [14] nullus ante pubertatem metuendus eſt. Ab anno autem decimo quarto ad [15] quadrageſimum ſecundum uſque natura omnis generis morborum [16] corporis ferax eſt. Contra vero, ab hac ætate ad annum [17] ſexageſimum tertium, neque ſtrumæ [18] fiunt, neque veſicæ [19] calculus, niſi antea occupet, neque in ſpinalem medullam defluxio, neque renum morbus, niſi ex alia ætate ſequantur, neque ſanguinis per ora venarum profluvium, neque fluor ſanguineus, niſi prius adfuerit. Atque hi morbi ad ſenectutem [20] uſque abſunt.

1. In infantia triplici, & pueritia.

2. Quod & materia, & ſubjecti diſpoſitio, abſit.

3. Quia tum nulla plethora, abſumto ad nutritionem & incrementum ſanguine; nulla orgaſmi occaſio, ſanguine nec calido, nec tenui, nec acri.

4. Ob eandem cauſam. Sanguis non eſt in vitio διὰ τὸ πλῆθος καὶ πάθος.

5. Quia tantus exceſſus in illa ætatula fieri non poteſt, ut tantum tartari colligatur.

6. Inflammatio inprimis & calculus. Illa non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

magis adoriri pueros poteſt, quam peripneumonia, vel pleuritis: hæc, quia etſi ἀδδηφαγία materiam ſuppeditare poſſet; coagmentari tamen illa, propter patentes meatus, & caloris nativi virtutem, tam facilè non poteſt.

7. Vena latior, & à ſanguine craſſo flatulento, & utplurimum melancholico, cujus in illa ætate ne ſuſpicio quidem, in cruribus inprimis, diſtenta.

8. Seu γυναικεῖος, quem antiqui ῥοῦν ſimpliciter vocabant; ſeu narium, ſeu hepaticus, ſeu renalis. Non poteſt tanta hîc eſſe ἀτονία, ut περίπλυσις ἐξερυθρὴ ſequatur.

9. Quia ab atra, ex venis expreſſa, proſurgit, niſi fomes ejus ſit in natura pueri, & ingenerati in ſemine vitii βλάστημα. καρκίνοι κρυπτοὶ καὶ ὑποβρύχιοι viris attribuuntur.

10. Quia ab ingenti putris & ſalſæ pituitæ cacochymia, quæ hepatis vitio funditur, provenit. Niſi ſit σύγχυσις, ſeu cum ſemine & lacte imbibatur.

11. Quia eam ciet ἡ φθίσις νωτιὰς in novis maritis φιλολάγνοις. pueris nullum Veneris exercitium. Alii defluxum à capite intelligunt, qui nomine eo plerumque venit.

12. Quia hæc ex atra bile, abundantius ad venas quæ in ſede, decumbente.

13. Si ab inflammatione, vel aridi ſtercoris obſtructione oritur. Diocles Caryſtius apud Celſum, tenuioris inteſtini morbum χορδαψόν· plenioris, εἰλεόν, nominavit. At quia hic Hippocrates innuere videtur, morbum iſtum aliquando eſſe cognatum, id eſt, in utero contrahi; & pueri in inteſtinorum dolores, propter cruditates per voracitatem contractas, incidere poſſunt; veriſimilius putat Marcianus, affectum muſculorum, in quo

chordæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

chordæ eorum à flatuoſo ſpiritu, ibidem concluſo, vehementer tenduntur, & dolorificum ſenſum incutiunt; intelligendum. Pueris enim & caloris copia & corporis raritas data eſt: flatuoſus autem iſte ſpiritus ob caloris imbecillitatem oritur, & ob corporis denſitatem detinetur. Non facilè ergò in hunc affectum incidunt, niſi contrariam diſpoſitionem in utero contraxerint.

14. Per infantiæ & pueritiæ diſpoſitionem; ſed per vitium conceptionis & ſeminis, vel per extrinſecus accidentia, &, ſi conformiter ætati non vivitur, non item.

15. Quo tempore juventus valedicit homini.

16. Tam ἀπὸ ἐνεόντων; plethora nempe & cacochymia, quàm ἀπὸ τῶν ἔξωθεν prorumpentium.

17. Quadrageſimo ſecundo anno maturæ ætatis carceres ſolvuntur: ſenectutis initium in ſexageſimum tertium ponitur.

18. Seu glanduloſi corporis tumores ex frigidiore & pituitoſiore materiâ conſiſtentes. Nullætum, quia partes ad propulſanda incommoda validæ appulſus humoris morbifici nullius, nec glandularum, unde ſtrumæ aſſurgant, opportunitas.

19. Ætas illâ glutinoſo humore vacat, & firmâ veſicæ expultrice fruitur. Par aliorum ratio.

20. Si illi ætatis decurſui convenienter vivitur.

TITULUS XXXI.

De morbis mulierum.

DXIII. ἘΝ γυναικείοισι τὰ περὶ τῶν τό-κων ἰόντα ὑδατώδεα, κακόν.

DXIII. *In muliebribus purgamentis quæ ante [2] partus [1] aquoſa prodeunt, ma lum [3] denuntiant.*

1. In allantoïde collecta, quæ prorupturo fœ tu funduntur, ut os uteri emolliant & lubricent quo facilius irrumpente fœtu dehiſcat.

2. Multò antequam fœta enititur, diebus ali quot ante partum, & quidem ſine ullo enixu propter nimiam abundantiam, cui allantoïde cum par non ſit, diſtenta nimium diſrumpitur.

3. Nam fœtus proruptis jam aquis, & collaps allantoïde, ſuſpenditur, qui repletâ ſuſtinebatu Unde utero moleſtia, & fœtus ad exitum ob co tinendi impotentiam præcipitatio. Gravidam di ficilis excipit partus, propter perverſum fœtus ſ tum, locorum ſiccitatem, & meatus quà exit, a guſtiam. Plerumque ſecundæ ſupprimuntur.

DXIV. Στόματα ἀφθώδεα τῇσιν ἐπι φόροισιν οὐ χρηστόν. ἄρα δὲ κοιλίαι καθυγραι νονται.

DXIV. *Serpentia [1] oris ulcera in [2] præ gnantibus bono [3] non ſunt. Ac forte etia [4] alvi humectantur.*

1. Qualia ferinus catarrhus, à cerebro ad fa ces, & inde ad pulmones ac inteſtina, prolapſu cauſatur.

2. Ἐπίφοροι dicuntur, vel αἱ ἐγκυμονοῦσαι, qu non longè ἀπὸ τῆς ἐπικυήσεως abſunt; vel qu ῥαδίως συλλαμβάνουσι vel quibus crebra con piendi & abortiendi viciſſitudo, propter muc re obſitos cotyledones.

3. Quia abortionis periculum minantur.

4. Nam catarrhus per interioris tunicæ, al

cu

cum faucibus communis, continuitatem prorepit: alvus continendi impotens, & ſimul proritata, deturbare neceſſe habet quod affluit.

DXV. Ἐκ κενεώνων μεθιστάμενα ἀλγήματα ἐς τὸ λεπτὸν ἐν μακροῖσιν, ἐκ διαφθορῆς ϗ μὴ λίην καθαρθείσης, ὀλέθριον.

DXV. *Ex laterum*[1] *inanitate ad tenue inteſtinum*[2] *migrantes*[3] *dolores, in diuturnis*[4] *morbis, ex*[5] *abortione, neque admodum purgata*[6] *muliere, perniciem*[7] *denuntiant.*

1. Ex amplitudine oſſibus ilium circumſcripta, ubi ſunt loci muliebres.

2. Κατὰ μετάπτωσιν orgaſino, quem ciet reliquiarum calor, tenuitas, & amplificatio.

3. Et dolorum cauſæ. Nomine ἀλγημάτων utrumque denotatur.

4. Vitio partium lumbis adjacentium, quarum nec plethora nec cacochymia evacuatur, exortis.

5. Cui occaſionem & cauſam tempeſtas hyberna, tepida, pluvia, & auſtrina, quam ver frigidum, ſiccum & aquilonium, excepit, dedit. Caput pituita putri & ſalſa hyeme repletur; quæ vere ſpongiæ inſtar madefactæ expreſſa, ad partes, continendo & nutriendo fœtui dicatas, confluit.

6. Tum propter fatiſcentis naturæ infirmitatem, materiæ contumaciam, vaſorum anguſtiam; tum propter oris uterini ex abortu contumaciam, aut cervicis perverſionem.

7. Humoris indomiti feritate, partiumque vitalium officiis interceptis: idque tum alias, tum ſi obortâ febre, μετάστασιν novam ad caput habuerint, ubi crudeliter convulſifico modo necant.

cant. Placet & quæ Proſper Marcianus in hanc Coacam commentatus eſt, breviter exhibere. Dicit ergò, 1: *Uterum non tam facilè ab humoribus, ut cæteras partes, lædi, niſi fortè acres ſint, vel cum inflammatione conjuncti:* tum quod, etſi uſui præſtantiſſimo dicatus, exquiſito ſenſu præditus non ſit; tum quod illi nimis frequenter ægrotandum eſſet, utpote in quem congregantur, & per quem expurgantur, omnia excrementorum genera: tum quod quotidie obſervetur, ex ſemine vel ſanguine corruptis uterum vix dolere, alias verò partes ita affici, ut inde ſpaſmi, cardialgiæ, aphoniæ, &c. oriantur. 2. *Vix dolere uterum, quia κενεῶνες, vel lumbi, laborent:* tum ob ſenſum exquiſitum, quo hæ partes imbutæ ſunt; tum ob magnum cum utero conſenſum. Illi per uteri ligamenta ei alligantur: hi per venam lumbarem quæ utero communicatur. 3. *Quia hìc ſupponitur, à puerperiis, ex abortione non ritè purgatis, non uterum, ſed κενεῶνας, dolere, ſequi exinde, materiam uterum obſidentem, non acrem, ſed frigidiorem & craſſiorem eſſe; ideoque morbum protrahi.* Et ſanè frigidi dolores diuturni: & veriſimile ſanguinem, & excrementa juſto citius ex utero dejecta, non tantum obtinere poſſe caloris. 4. *Quia ex laterum inanitate ad tenue inteſtinum, ſeu locum inter umbilicum & pubem, dolor migrat, materiam ab uteri cavitate in ejuſdem ſubſtantiam tranſlatam, & tunicas abſceſſiſſe, conjectandum eſſe.* Sanè, materia craſſa & frigida ulterius abſcedere non ſolet: &, quia uterus, excluſo fœtu, in proprium locum ſeſe contrahens, tam altè ſe non extendit, niſi magnitudine augeatur, materiam dictam in uteri tunicis tumorem excitaſſe, qui dolorem incutit, & magnitudinem auget, ut ad tenuioris inteſtini regionem de ſe ſignificationem præbeat, dicendum eſt. 5. Tu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

morem iſtum pernicioſum exinde colligi poſſe, quod à puerperii ſuppreſſione, in uteri tunicis, per abſceſſum à loco ignobiliore, cavitate nempe, ad nobiliorem, videlicet tunicas, exortus ſit.

DXVI. Τὰ ἐκ τόκου καὶ διαφθορῆς πολλὰ ὀξέως ὁρμήσαντα, ἐπιστάντα, δύσκολα. ῥῖγος ταύτῃσι πολέμιον, καὶ κοιλίης ταραχή. ἄλλως τε καὶ ὑποχονδρίου ὀδυνώδεες.

DXVI. *Quæ [1] ex [2] partu & [3] abortu copioſa [4] celeriter cum impetu feruntur, ſi [5] ſubſiſtant, [5] moleſtiam exhibent. Hujuſmodi mulieribus rigor [6] inimicus eſt, & alvi [7] perturbatio, præcipue vero ſi præcordiorum [8] dolore vexentur.*

1. Scilicet puerperia purgamenta, quæ ſunt menſtruorum, per totam graviditatem in muliebribus locis & venis repoſitorum, reliquiæ.

2. Perfecto & congruo tempore in lucem edito fœtu. Conceptus die trigeſimo quinto τύπωσιν adipiſcitur; bis tot diebus exactis, id eſt, ſeptuageſimo, movetur; bis tot ſeptuageſimo primo additis, id eſt, ter ſeptuageſimo graviditatis die, perfectus & vitalis in lucem prodit.

3. Qui ante diem pariendi legitimum, cum jam moveri cœpit, poſt ſeptuageſimum in quibuſdam, poſt nonageſimum in aliis, editur. Aborti tamen etiam ſunt, qui poſt ipſam τύπωσιν, antequam moveantur, commeatu materno defraudati prodeunt.

4. Forti naturæ conatu omnia excludere ſatagentis, ne quid reliquiarum maneat.

5. Ante tempus purgationi debitum. Viragines purgantur diebus ſedecim; mediocres, viginti quatuor;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

quatuor, molliſſimæ quadraginta. Sic enim die-
rum quibus octimeſtres reliquiæ expurgantur
multiplicatio, ineundo eorum juxta periodo
menſtruales, duorum dierum, trium, quinque
rationem; ut bis octo, ſedecim; ter octo, vigint
quatuor; quinquies octo, quadraginta compleant

5. Quia varia ſymptomata excitant, & diffi-
culter exſolvuntur.

6. Quia cohibiti ſanguinis ad diaphragma, ca-
put, vel aliud aliquod viſcus, μετάςασιν vel ἐπι-
σχέσιν oſtendit.

7. In qua liquida excrementa profuſe fluunt
abſque levamento; imo cum ſymptomatum gra-
viorum & virium infirmarum acceſſu, ob ſerum
à locis & lumbis ad hepar tranſmiſſum, inde ad
cor prorepens, ubi facit cardialgiam, hinc ad in-
teſtina. Alvi turbatio moderata, in qua nigra &
graveolentia dejiciuntur, laudantur aliquando
in his.

DXVII. Τῇσιν ἐπιφόροισι κεφαλαλγι-
καὶ καρώδεα, μετὰ βάρεος γινόμενα καὶ σπασμοῦ,
φλαῦρα ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.

DXVII. *In*[1] *utero geſtantibus capitis
dolores qui cum* [2] *ſopore, gravitate* [3] *&
convulſione,* [4] *fiunt,* [5] *utplurimum malo ſunt.*

1. Iiſque fœcundis, quæ facilè concipiunt.

2. Cum comate vigili, quod κατοχῆς τινὸς
ſub nomine cari hîc venire videtur, ex pari bilis
& pituitæ in cerebro miſtura exorto: unde κατα-
φορά τις ὑπνώδης, ſomnolenta quædam & veter-
noſa inclinatio: nec non κάρωσις νωθρὴ, ubi qui-
dem nulla phantaſiæ emiſſio, διαφθορὰ tamen τῆς
αἰσθήσεως καὶ τῆς καθ' ὁρμὴν κινήσεως.

3. Quæ

3. Quæ eſt in corpore plumbeo, cujus illa *νωθρότης* accidit madefacto nervorum principio, ſimiliter ut à tempeſtate auſtrina, quam Hippocrates, *νωθρὸν καὶ μαλθακὴν*, vocat.

4. A materia principium nervorum præſentiâ ſuâ infeſtante.

5. *Utplurimum*, inquit; quia cognoverat, hujuſmodi doloribus ſupervenientes convulſiones opem attuliſſe, ut in Prorrhet. 109 videre eſt; quod fit, quando vapor in cauſa. Ideò verò diversâ voce utitur. Nam hic *σπασμὸν* nominat, ibi τὶ *σπασμῶδες*, id eſt, motum potius convulſorium, quam perfectam & abſolutam convulſionem.

DXVIII. Ἧσιν ἐκ γυναικείων περὶ τὸ ἄνω καὶ τὸ λεπτὸν πόνοι σύντονοι, κοιλίας καθυγραίνουσιν, ὑπασώδεες. ταύτῃσι περὶ κρίσιν καταφοραὶ, καὶ ἀδυνάτοι κενεαλγικῶς, ἐφιδροῦσι καὶ περιψύχουσιν, αἱ τοιαῦται ὑποστροφαὶ τῇσι πλείστῃσι γινόμεναι μετὰ τὴν ἄφεσιν, ταχέως κτείνουσι.

DXVIII. *Quibus ex muliebribus purgamentis dolores intenſi ad ſuperiorem ventris partem & tenuius inteſtinum excitati, alvos humectant, & levem anxietatem inducunt: his ad judicationem, in ſomnum propenſiones fiunt, & impotentes ex capitis dolore cum tenuibus ſudoribus & perfrictionibus vexantur. Hujuſmodi recidivæ, plurimis poſt remiſſionem obortæ, celeriter interimunt.*

Res eſt de muliebribus purgamentis, ſive illæ men-

menſtruales, ſive puerperiales. Quia commodiſſimè per pudendum deponuntur, ideo omnis eorum ad partes alias, nobiliores inprimis, tranſlatio, ſuſpecta erit. Si ad ventriculum convertuntur, *dolor ad ſuperiorem ventris partem*, id eſt, ventriculi regionem, affligit, ſimulque ὑπασώδεες evadunt, quod os ventriculi ab acribus humoribus mordeatur. Læsâ hinc coctione *laxatur alvus*, ſine ullo ægri levamento, quòd non materia peccans, ſed cibi, ab humorum prædictorum occurſu producti, evacuentur. Unde (*Proſperi Marciani verba ſunt*), viribus collabentibus, plurimorum malorum additio fit, quæ, morbo ad vigorem producto, apparent, in hiſque non naturalis modo facultatis labes eluceſcit, ſed aliarum etiam principum facultatum, cerebri, inquam, & cordis, unde *cataphora* ſuccedit, & *virium imbecillitas* maxima, ex inanitione, quam diarrhœa facit. Hinc pariter *ſudatiunculæ*, & *perfrigerationes*, quæ ſibi invicem ſæpius ſuccedentes (id enim ſignificant verba illa, *Tales recidivæ plerumque fientes*) vires in totum exolvunt, unde *mors* opinione citius contingit. *Nota* verò, incertum eſſe, an ἄφεσις morbi remiſſionem ſignificet, prout Foëſius vertit, cum membrorum exolutionem aut reſolutionem, ac τῶν μορίων τοῦ σώματος πάρεσιν, poſſit, ut ἀδυνάτοις reſpondeat.

DXIX. Τὰ μετὰ μυχθισμοῦ ἔξω ἀναφερόμενα πνεύματα, καὶ τῆξις παράλογος, τῇσιν ἐπιφόροισιν ἐκτιτρώσκει.

DXIX. *Spirationes* [1] *ſuſpirioſæ quæ foras educuntur, ac citra rationem facta* [2] *colliquatio, in uterum gerentibus abortiones* [3] *indicant.*

1. Diffi-

1. Difficilis ſpirationis genus, quod in ea, quæ extra fertur, latione intercilum eſt, & interruptum, ac velut offenſantem & eliſum ſpiritum habens, in medioque exſpirationis curſu deficientem velut revocans, ingeminanti ſimilem facit, ut in plorabundis pueris, & iterato quodammodo ſpiritum reſarcit. πνεῦμα μυχθῶδες, & προσπταῖον ἐν τῇ ἄνω φορῇ, imo & πρόσκοπτον alias dicitur. Præſagit convulſionem, aut organorum ſpirationi deſervientium duritiem, reſiccationem, & ſpiritus animalis imbecillitatem; interdum etiam magnum intus incendium, & fuliginoſi excrementi copiam.

2. Interni alicujus viſceris vitio, aut OEconomiæ naturalis culpâ. Quod de mammis dicitur, Aphor. 37 ſ. 5, id poteſt de toto corpore dici, μᾶλλον γὰρ τὸ κατὰ λόγον συντήκεσθαι corporis imbecillitatem Hippocrati ſignificat. Contingit tamen aliquando, matres extenuari, quod fœtus multum alimenti attrahat.

3. Propter nutrimenti defectum. Spiratio ſuſpirioſa, fœtus periculum indicat, quia nonniſi magnos affectus comitatur. Ἐκτρωσμὸν Ariſtoteles appellavit ſpeciem διαφθορᾶς, ubi intra quadrageſimum diem perditur fœtus: ſed plenius ἐκτρωσμὸς, etiamſi poſtea mater abortiat.

DXX. Ὀδύνη κοιλίης μετὰ τόκον, ἐπὶ ταύτῃσι πυώδεα καθαίρει.

DXX. *Ventris dolor à partu, in his purulenta expurgat.*

Senſus eſt, fœtu excluſo, ſi dolores ad uteri regionem diu perſeverent, nec in alia parte ſui ſignificationem faciant (dolores uteri ab alia cauſa, varias corporis partes, κενεῶνας inprimis, & lumbos,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

bos infeſtare ſolent) purgamenta puerperii in cavitate detineri, indicio eſſe. Quia vero ſucceſſu temporis putreſcunt, ideo & puris naturam æmulantur. Poteſt aphoriſmus & de pituitoſis excrementis accipi, quæ ubi inteſtinis aut utero adhæreſcunt, & in flatus à calore vertuntur, tormina & tenſiones excitant: cocta vero, & calore liquata, puri ſimilia exiſtunt & repurgantur.

DXXI. Αἱ ναρκώδεες καὶ μάλιστα ἐν τῇσι κινήσεσι μετ' ἀδυναμίης κατακεκλασμέναι, περὶ κρίσιν ἐνοχληθεῖσαι, ἀσώδεες, ἐφιδροῦσι πολλῷ. κοιλίαι καθυγρανθεῖσαι ταύτῃσι, κακόν.

DXXI. *Quæ torporis* [1] *ſenſu afficiuntur, præcipueque* [2] *ad motiones impotentes & perfractæ, circa* [3] *judicationem vexatæ, anxietate* [4] *laborantes, multo & tenui* [5] *ſudore diffluunt, in his alvus* [6] *effuſa malum* [7] *denuntiat.*

1. Ita ut toto corpore ſegnes ſint.

2. Κεκλασμέναι ἐν κινήσεσι μετ' ἀδυναμίης ſunt, quæ viribus fractis & exolutis, ad motiones ineptæ aut impotentes, quales ſunt extremè languentes & membris perfractæ aut delaſſatæ, quòd humorum copia animalem facultatem opprimat, & ſpiritus vitales exſolvat. Duretus incurvas vertit, quæ velut arcuatum corpus, anuum decrepitarum more, oſtentant; putatque & ad κατάκλασιν palpebrarum referri poſſe.

3. Animo perturbatæ, ob lochiorum ad caput ἀναδρομήν.

4. Nauſeabunda, quod bilis à cerebro in ſtomachum propagetur.

5. Qua-

5. Qualis miliaris eſſe ſolet. Sudatiunculæ multæ eo planè dicuntur modo, quo ὕδατα πολλὰ in Epidemiis: minutulæ pluviæ, quia crebræ aut diuturnæ.

6. Liquidis excrementis multum & ſæpe fluens.

7. Propter cauſas quæ ex prædictis colligi poſſunt.

DXXII. Τὰ δὲ γυναικεῖα μὴ ἐπιστῆναι, χρήσιμον. ἐπιληπτικὰ ἐκ τῶν τοιούτων, οἶμαι. ἐνίοισι δὲ ὑποφοραὶ μακραὶ, ἐνίοισι δὲ αἱμοῤῥοΐδες.

DXXII. *Muliebria purgamenta non ſubſiſtere, utile. ac forte ex talibus comitiales morbi oriuntur: partim vero diuturnæ alvi ſubductiones, partim etiam ſanguinis per ora venarum profluvium.*

Poteſt quidem hic aphoriſmus & de ſuppreſſione menſtruorum ſumi; in qua, ſi valida eſt, circa quartum inprimis menſem & ſequentes talia ſymptomata affligere poſſunt: videtur tamen potius de illis quæ abortiverunt, & quas ſuperius torpidas, & κεκλασμένας, vocavit, accipi debere. Nam menſibus ſuppreſſis multa alia ſymptomata accidunt, quæ tacere conveniens non erat: & longè rationabilius videtur, alvi fluxum interceptioni puerperiorum, quàm menſtruorum, ob acrem qualitatem, ſupervenire; hæmorrhoïdarumque fluxum, tum ob nixum quem mulieres in partu adhibent; unde venæ illæ adeò turgent, ut ſemper rumpantur; tum ob naturam humoris peccantis, ſanguinis nempe nigri & craſſi, qui, tenuiore in alimentum fœtus inſumto, tempore gravidi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

graviditatis in tempore cumulatur, & cujus
cretioni iſtæ venæ dicatæ ſunt, excitari. De e
lepſia nullum eſt dubium.

DXXIII. Τῇσιν ἐπιφόροισιν ὑποχ
δρίου ἄλγημα, κακόν. καὶ κοιλίῃ ταύτῃσι ζ
ρόμβαι, κακόν. καὶ τὸ ἐπιῤῥιγοῦν ταύτῃσι κ
κόν. ὀδύνη κοιλίης ἐν τῇσι τοιαύτῃσιν ἧσ
κακὸν, ἢν ἰλυώδεα καθαίρῃ. ἧσι ῥηϊδίως
τοιούτων τίκτειν, μετὰ τόκον δυσφορέα σφόδ

DXXIII. *Uterum* [1] *gerentibus præc*
diorum [2] *dolor malum* [3] *denuntiat. hic etia*
alvi [4] *euntes, &* [5] *rigore ſubinde corripi,* [6] *m*
lo eſt. Ventris [7] *dolor, ſi limoſa* [8] *expurg*
in hujuſmodi levius [9] *malum indicat. Q*
ex his faciles [10] *partus habent, eæ poſtea* [11] *v*
hementer anguntur.

1. In quibus ſemper quod tenuiſſimum
dulciſſimum eſt in ſanguine, fœtus abſumit; qu
craſſius, in venis utero vicinis colligitur.

2. Quem humor ante partum ad hepar
fluens excitat.

3. Ob viſceris nobilitatem.

4. Ob læſam in hepate ſanguificationem.

5. Syſtrophicæ inflammationis indice, & p
nuntio.

6. Propter cauſas jam dictas.

7. Cum alvi fluore conjunctus, quem hum
acris, dum expurgatur, ciet.

8. Fuſca cum medioeri conſiſtentia. Ita
hic color habet ad nigrum ſanguinem, ut all
ad alios humores.

9. Ex ventris namque dolore colligi pot

fluxu

fluxum non eſſe à ſanguificatricis vitio: ex limoſis verò ſeu fuſcis, id eſt, inter nigra & alba mediis dejectionibus, aliquam coctionem. *Levius malum* dixit, quia nunquam tuta uterum gerentibus evacuatio. Diarrhœas doloroſas ſalubriores aliquando non doloroſis, ex hoc loco diſces.

10. Fœtu quidem tenuiore, ſed non debiliore, & partibus ad uterum pertinentibus inanitis.

11. Poſt partum nempe, tum quòd purgatio puerperiorum ſecundum naturam non procedat: tum quòd humores in contrarium, ad hepar nempe, moveantur; tum quòd facilis partus purgationem adeò non concitet, ut laborioſus.

DXXIV. Τῇσι κυούσῃσι φθινώδεσιν, ᾗσιν ἔρευθος ἐπὶ προσώπου γίνεται, αἱ ἀπὸ ῥινῶν ἀποστάξιες τοῦτο ἀποτρέπουσι γινόμεναι.

DXXIV. *Quibus prægnantibus,* [1] *tabi opportunis, faciei* [2] *rubor exoritur, hunc ſtillationes* [3] *è naribus avertunt.*

1. Propter ſanguinis per naturam tenuitatem.

2. Quòd ſanguis tenuis in capite redundet, propter menſtruæ purgationis ſuppreſſionem, primis præſertim menſibus, fœtu non tantâ copiâ alimentum trahente. In aliis tabidis frequenter genæ rubent, non à capitis repletione, ſed à pulmone affecto: ideò in his vel ſtillæ non contingunt; vel ſi contigere, ruborem non ſolvunt.

3. Quia, per ἀποσταξίας, fœtu ſimul largius nutrimentum trahente, ſanguinis in capite abundantia notabiliter imminuitur.

DXXV. Ἧισιν ἐκ τόκου λευκὰ, ἐπισταίκτων ᾖ, ἅμα πυρετῷ κώφωσις, καὶ ἐς πλευρὸν ὀδυνὴ ὀξεῖα, ἐξίστανται ὀλέθριοι.

DXXV. *Quibus à partu alba* [1] *pr*
deunt, & his ſubſiſtentibus [2] *ſurditas cu*
[3] *febre & lateris dolor* [4] *acutus excitatur, e*
in vehementem & pernicioſam [5] *mentis emo*
tionem incidunt.

1. Quæ nihil aliud ſunt, quàm humor in vaſ
uteri corruptus, & in ſaniei naturam ex corru
ptione mutatus. Alba enim purgamenta pituita
nec febrem, nec ſurditatem, nec lateris doloren
acutum, inducere ſolent.

2. Corruptis humoribus ad caput anadrome
facientibus.

3. A putredine exortâ.

4. Tunicâ coſtis intertextâ, quæ ſenſus acerri
mi, ab iiſdem obſeſsâ. Solet aliquando hîc pau
liſper ſubſiſtere, mox ad caput inflectere curſum
Unde fraudulentum levamen.

5. Proritato à corruptiſſimis humoribus cere
bro. Cujus alteratio vertitur in alienationem &
μαρασμὸν inſanabilem. Vide Prorrhet. 80, l. 1.

DXXVI. Τὰ ἐν τῆσιν ἐπιφόροισι ἁλ-
μυρώδεα, σημαίνει μετὰ τόκον δύσκολα λοχεῖ-
σιν δακνώδεσιν. αἱ τοιαῦται καθάρσιες ἀπο-
σκληρύνουσι. λὺγξ ἐπὶ τούτοισι φλαῦρον, καὶ
πλύσις ὑστερῶν, καὶ σινδεινή.

DXXVI. *Prægnantibus* [1] *ſalſugino-*
ſa, poſt partum [3] *moleſtias ex albis* [2] *mor-*
dacibus, denuntiant. Purgationes hujuſmo-
di duritiem [4] *adferunt. In his ſingultus* [5] *ma-*
lo eſt, & uterorum [6] *procidentia, quæ & u-*
nà [7] *interficit.*

1. Non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

1. Non quæ cuti, inteſtinis, utero, vel ſinui pudoris, κνησμώδεα ϗ δακνώδεα eſſe ſolent: ſed quæ palato & linguæ talia occurrunt, quod ſaliva & ſputum à pituita ſalſa & putri infecta ſint.

2. Quæ abradunt & exaſperant, ob acrimoniam & tenacitatem.

3. Dum abſumpto frugi in fœtus commeatum ſanguine, τὰ περιασδύματα foras cum ſalſugine non ſat ſecundo curſu prorumpunt.

4. Dum exaſperando, concurrentibus eò humoribus, partes tumefaciunt. Perſeverante fluxu augetur durities, vel excitata in parte inflammatione, vel humoribus ipſis in parte conculcatis, & exſiccatis. Unde ſcirrhus aliquando, & cancer.

5. Adducto in uteri ſympathiam διὰ τὴν ὁμοεθνίαν ventriculo; vel facta eo humoris ab utero ἐπιῤῥυέντος.

6. Ita ut pro πλίσις, quod conſtanter exemplaria legunt, legas πλῶσις, quam calamitoſa mordacium & acrium purgamentorum effluxio cauſatur, unde forte locorum duritas & diſtentio. Poteſt & πλύασις, aut πλύξις, legi, & prò uteri cervicis complicatione aut reduplicatione ſumi, quam σύντασις diſtentio & perverſio duritieſque locorum ſequatur.

7. Quia vel inflammationem letalem movet, cum fruſtra ab exhauſto ſuſcipitur; vel ab humore nimium glutinoſo, & effero: unde concuſſio irrita, in phlegmonem convulſificam vertitur. Alii legunt συντείνῃ, ut corrugatum & complicatum uteri oſculum, ut modò dictum, contractio aut contenſio conſequatur.

DXXVII. Ἐς πόδας ϗ ἐς ὀσφὺν συντάσιες ἐκ γυναικείων ἐκπυητικὸν, καὶ τὰ ἀπὸ κοιλίης γλίσχρα, δυσώδεα ἐπιπόνως ἰόντα.

πνιγμοὶ ἐπὶ τοῖσι προγεγραμμένοισιν, ἐ
πυηκόν.

DXXVII. *Ex purgamentis* [1] *muli-bribus ad* [2] *pedes & * [3] *lumbos pertingent tenſiones, ſuppurationes* [4] *indicant, & v[i]ſcoſa graveolentia ex alvo cum dolore* [5] *pro[ce]deuntia. Ex præſcriptis quoque* [6] *ſuffocatio[n]nes, ſuppurationes denuntiant.*

1. Suppreſſis vel inhibitis.

2. Affectione propriâ, quas infert muliebriu[m] propagatio, vel ipſa contractio ex vitio alieno quod eſt in locis & partibus, ubi mulierum natu-ralia continentur.

3. Seu propter venarum lumbarium à ſangu[i]ne ibi collecto repletionem; ſeu propter ipſorum à muliebribus contractionem.

4. Quæ exactis duobus aut tribus à ſuppreſſio-ne menſibus ſe produnt, inprimis, ſi menſtru[a] æſtu febrili incanduere. Dolor tum hypogaſtr[ii] prægrandis, venarum micantium pulſus mole-ſti, &c.

5. Quorum è lumbis in alvum effluxu, cum ibi pauliſper hæſere, excretio dyſenterica facil[e] excitatur.

6. Uteri ſtrangulatus, in quibus quaſi fauce[s] laqueo præcluduntur, ex iiſdem cauſis oborti.

7. Corruptam putrilaginem evolvunt, & ſup-purationes faciunt. Duretus *duplicem* hic *excre-tionem* ponit. *Unam*, purulentorum muliebrium quæ è locis per ſinum pudoris, cum vel ſine ulce-re manant. *Alteram*, purulenti humoris per al-vum, pituitâ, caloris nativi & ſolidarum partium virtute, puriformi redditâ, & bile quodammodo pituiteſcente.

DXXVIII.

DXXVIII. Τὰ ὑστερικὰ ἐν κοιλίῃσι σκληρύσματα ἐπώδυνα, ὀξέως ὀλέθριον.

DXXVIII. *Uterinæ* [2] *ventris* [1] *duritates cum* [3] *dolore, celerem* [4] *perniciem denuntiant.*

1. Ab uteri inflammatione profectæ.

2. Totius ventris capacitatis & alvei, quæ ab imo ſterno ad pubem uſque deſcribitur. (Ventroſi homines γαστέρες· & fœminæ gravidæ ἐν γαστρὶ ἔχειν dicuntur) propter inflammati uteri viciniam & ſocietatem.

3. Diſtento multum utero, ſenſus acerrimi, ac proritato ſanguinis glutinoſi, firmiter illic infarcti, nimiâ abundantiâ. Solenne Hippocrati σκληρύσματι ἐπώδυνα, tumores duros & dolentes, dicere, quæ οἰδήματα σκληρὰ καὶ ἐπώδυνα vocantur in Prognoſticis. In ſcirrho eſt tumor indolens.

4. Propter menſtruorum ad partes nobiliores refluxum, urinæ, propter veſicæ cum utero inflammationem, ſubſtillum, ſævi doloris in toto corpore cruciatum, delirium, febrem acutam, &c.

DXXIX. Τῇσιν ἐπιφόροισιν ἤδη ἀφθώδεα ῥεύματα ἐπώδυνα, πονηρόν. αἱμοῤῥοῒς ταύτῃσι κάκιστον.

DXXIX. *In uterum* [1] *jam gerentibus, fluxiones,* [2] *ſerpentia oris ulcera cum* [3] *dolore excitantes, malum* [4] *denuntiant. In his ſanguinis* [5] *per ora venarum profluvium* [6] *peſſimum.*

1. Partui inprimis vicinis.

2. Διὰ τὴν ξύσιν καὶ τραχυσμὸν διαβρωτικόν, *abradendo & exaſperando erodentia*, ſeu à pituita pu-

tri & ſalſa, quæ ibi è capite colligitur; ſeu à v
ſcerum & hepatitis vel jecorariæ venæ impurita
cum capitis vitio conjuncta; ſeu à diuturna Au
ſtrina & pluvia tempeſtate, quam Aquilonia e
cipit.

3. Quem malignus & efferus humor cum pa
tis obſeſſæ putredine infert.

4. Tum quia cibi faſtidia inducunt, unde in
ediâ marceſcunt; tum quia propter vinculorum
uteri laxitatem fœtum gerendi; propter com
meatus ex alvo profluvio, qui inſequitur, nu
triendi, commoditatem adimunt: tum quia ta
bem minantur.

5. Per ſuperiora à feritate catarrhi in pulmon
exeſarum. Poteſt tamen αἱμοῤῥοῖς quamcunqu
ſanguinis profuſionem ſignificare.

6. Quia poſitâ craſſarum venarum rupturâ, &
catarrhi è capite feritate, maximus phthiſeos metus eſt.

DXXX. Ἧσι κοιλίης ἐπαρθείσης ἐς αἰδοῖον ἔρευθος ἦλθε, γυναικείων λευκῶν ὑγρῶν κατελθόντων ἐξαπίνης, ἐν μακροῖσι πυρετοῖσι τελευτῶσι.

DXXX. *Quibus, in tumorem ſublato* [1] *ventre, pudendum rubor* [2] *occupavit, muliebribus purgamentis* [3] *albis humidis ſubito* [4] *procedentibus, diuturnis* [5] *febribus* [6] *intereunt.*

1. Parte totius abdominis imâ, quæ hypogaſtrium nominatur, ſive κοιλία νειαρὴ, tum in lumbis & ilibus, ubi mulierum genitalia continentur. Tumidum evadit ab utero inflammato, propter humorum illic cohærentium nimiam abun-

abundantiam, & quæ, quia à calore innato devinci non poteſt, putreſcit.

2. Saturato nempe coloratus, ſanguinis ad inflammationem vi concitati index; & qui eo κατ' ἶξιν, partis vicinæ & ſociæ continuitate, producitur. Futuri illac exitus materiæ purulentæ ſignum eſſet, ſi phlegmonodes phyma, coctione miteſceret, & domitâ feritate, in pus album æquale, minimum graveolens, & quod liberum exitum haberet, verteretur.

3. Albis & tenuibus excrementis, quæ putrilagine erumpente prodeunt. Poſſunt & διάπυα καταμήνια intelligi, quæ mixtione puris albeſcunt.

4. Ἄνευ προφάσιος, inopinatò, quod tam citò veniant, ut ægrotum ferè incautum nec opinantem opprimant. Magnam hoc & confertam purgamentorum putrilaginem denotat.

5. Quæ νωθρῶς, καὶ βληχρῶς, ἢ χλιαρῶς, in calore lento & tepido, quod nullum naturæ ἐρεθισμὸν inferant, moventur. Foventur ab ulceribus in utero excitatis.

6. Quædam poſtridiè, cum nigra prodiere, λαθραίως διαλεγόμεναι, differendo nec opinantes, propter virium in macie tabifica exolutionem.

DXXXI. Σπασμοὶ, γυναικείων ἐν ἀρχῇσι φανέντων, πυρετοῦ μὴ ἐπιγινομένου, λύσις.

DXXXI. [1]*Convulſionem* [2]*muliebria, ſi circa* [3]*initia appareant, neque febris* [4]*acceſſerit,* [5]*ſolvunt.*

1. Ob nervi ab humore crudo & craſſo, vel inflammatione, diſtentionem.

2. Menſtrua. Phaëtuſæ cum ob exilium mariti mœſtitia exhauſtæ menſes ſubſtitiſſent, non

potuit impoſterum γυναικωθῆναι, ad eam mu-
liebritatem, quæ eſt, in menſtruis redire.

3. Seu initium ſumas ſtatim à convulſion-
ſeu pro prima menſtrua purgatione. Nam & pu-
rilis epilepſiæ ſanatio eſt in pubertate.

4. Quæ & inflammationi inimica eſt, &, u-
ut, humore crudo & craſſo abſumto, diſtentionem
nervorum depellat: redintegratis tamen, ſiccan-
do vim infert.

5. Evacuato convulſifico humore, quo libe-
rati nervi non amplius nobis invitis diſtendun-
tur. Sic Thaſia liberata eſt, cui tertio à convulſio-
ne die, liberalis menſtruorum purgatio obvenit.

DXXXII. Οὖρα λεπτὰ ὑπονεφέλα ἐν μέσῳ ἐρδύμενα, ῥίγεος σημαίνει.

DXXXII. *Urinæ tenues, nubeculam quandam in medio aſſumentes, rigorem denuntiant.*

Foëſius, & Commentatores Galli, aphoriſmum hunc negligunt. Marcianus præfatis annectendum eſſe putat. Dixit ſuperius, muliebria, ſi circa initia appareant, nec febris accedat, convulſionem ſolvere: jam ſubjungit, ſi in his urinæ fuerint tenues, cum quadam in medio nubecula, rigorem fieri, à quo nempe convulſio ſolvatur. Præfatæ ſcilicet urinæ tenuium & calidorum humorum præſentiam teſtantur, quibus adeò dominatur natura, ut evacuatio expectanda ſit. Cum verò prior, tanquam craſſior, & circa uterum conſiſtens, per uterum & muliebria purgata ſit: hanc, tanquam tenuem & in venis abundantem, per cutem, velut locum commodum, mediante rigore, evacuatam iri, ita ut hujuſmodi urinæ, convulſionis ſolutionem, mediante rigore, denuntient.

DXXXIII. Ἢν ἀπὸ τῆς τετράδος αἵματος ῥύσις γένηται, χρόνια σημαίνει, καὶ κοιλίη καταῤῥήγνυται, καὶ σκελέων οἰδήματα.

DXXXIII. *Sanguinis fluxus, ſi quarto die oriatur, diuturnitatem indicat, & alvus effunditur, cruraque intumeſcunt.*

Connectendus & hic ſuperioribus videtur. Docet enim quid, ſi non ſtatim menſes erumpant, ſed temporis progreſſu, expectandum ſit: nempe, ſi ſanguinis fluxus die quarto oriatur, vel poſt, expectandam morbi diuturnitatem, alvi καταῤῥήγνυσιν, & crurum œdemata. Scilicet: Removetur facilè inter initia materia, quia in motu, nec particulæ alicui infixa, temporis progreſſu aucta, & nervoſis partibus inculcata, non facilè diſſipatur: imò per ἄδηλον διαπνοὴν, vel concoctionem, in totum non poteſt. Vel ergò expurgari debebit per alvum, vel decumbere ad crura, unde tumor. Triplici ergò modo menſtruorum eruptio convulſionem ſolvere poteſt: 1. Si cum urinis & craſſis à principio convulſionis contingat. 2. Mediante rigore ſi urinæ tenues fuerint, cum contento nebuloſo, in medio pendente. 3. Si temporis tractu, id eſt, poſt quartum diem, menſes erumpant; quo tamen caſu, & alvi fluorem, & crurum tumorem, ſimul ad ſolutionem concurrere neceſſe eſt.

DXXXIV. Τῇσιν ἐπιφόροισι κεφαλαλγικὰ καρώδεα μετὰ βάρεος γινόμενα, φλαῦρα, ἴσως δὲ ταύτῃσι καὶ ἅμα σπασμῶδές τι ὠφελέει.

DXXXIV. *In uterum gerentibus capitis dolores cum ſopore & gravitate, malo*

ſunt: forteque hujuſmodi naturæ una etia convulſionibus quibuſdam ſunt obnoxiæ.

Vide Coacam 517.

DXXXV. Αἱ περιαλγήσασαι τρόπ χολερώδεα περὶ τῶν τόκων, τίκτουσι μὲν ῥηϊδίω πυρέξασαι δὲ, κακοήθεες, ἄλλως τε κ᾽ ἢν τι φάρυγγα ὀχλῇ, ἤ τι τῶν ἐν πυρετῷ κακοήθ ἐπιφονῇ σημεῖον.

DXXXV. *Quæ ante partionem modum* [1] *choleræ morbi affliguntur, fac les* [2] *quidem partus edunt. Febre* [3] *aute tentatæ, maligne* [4] *habent, tum verò pr cipue, ſi quid fauces* [5] *vexet, aut in feb* [6] *maligni aliquid appareat.*

1. In quo immoderatè ſurſum deorſumque cum vehementi perturbatione & violentia hu mor pravus excernitur. Per τρόπον tamen pertu batio alvi χολερώδης, quæ proritatâ potius, quàr exolutâ, cietur, intelligenda eſt. Ipſa enim ἁπλῶ ὀνομαζομένη cholera, non daret prægnanti, qu ſupervenire à partu debent, expectandi ſpatium.

2. Seu quòd fluente alvo graviditatis vincul laxentur; ſeu quòd forti naturæ contentione ex cutiatur fœtus.

3. Poſt partum nempe.

4. Quia pravam febris ſubeſſe cacochymiam oſtendit; quæ quia à prægreſſa valida evacuatio ne in totum pelli non potuit, cauſam à qua fo veatur, ſupereſſe, indicio eſt. Sed & derivatâ ad alvum puerperii materiâ, purgatio retinetur; re tenta, cacochymiæ malignitatem conciliat.

5. Ex alvo, interioris tunicæ beneficio propa gatum.

6. Quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

6. Quod ex qualitatibus corporis, actionibus & excrementis, noſcitur, ſi nimis longè ab iis, quæ fiunt, quæq; apparent, συνήθως κατὰ λόγον· aut febris fuerit τερμώδης, λιγγώδης, γνώμης ἀπτόμενος, &c.

DXXXVI. Τὰ περὶ τοῦ τόκων ῥηγνύμενα ὑδατώδεα, φλαῦρα.

DXXXVI. *Erumpentia ante partus aquoſa, mala.*

Vide Coacam 513.

DXXXVII. Τῇσιν ἐπιφόροισι κατὰ φάρυγγα ἁλμυρώδεες ῥύσιες, πονηρόν.

DXXXVII. *In uterum gerentibus ſalſuginoſæ ad fauces fluxiones malum denuntiant.*

Conſule Coacam 526, ex qua iſta explicari poteſt. Salſuginoſæ defluxiones fiunt, vel à tempeſtate Auſtrina & pluvia; vel à diæta, unde cacochymia putris & ſalſa ſuccreſcit; vel viſcerum, capitis & venarum, vitio. *Malum denuntiat*, quia facilis inde abortus.

DXXXVIII. Τὸ περὶ τοῦ τόκων ἐπιρρίγουν, καὶ τὸ ἀνοδυνέως τικτόμενα, κινδυνώδεα.

DXXXVIII. *Ante partus ſubinde rigore corripi, & citra dolorem parere, periculum indicat.*

Rigor ſubinde ante partum corripiens, materiam agitari, & ad nervos, vel ſuperiora, tranſmitti, indicat. Quia verò exinde, vel mens ita ægrotat, ut rem moleſtam non ſentiat; vel ſenſus ipſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

occupatur; ideò citra dolorem parere, peric-
lum indicat. Proſper Marcianus de humoris, q
partes laxiores redduntur, ut facilius excludat
fœtus, abundantia ſumit, qui ſi in utero etia
peccet, & inde tempore partus feratur, cujus ſ
gnum rigor ante fœtus egreſſum, mala erit εὐτ-
κία, quia, totum corpus ſeroſis ſcatere humor
bus, qui agitati plurium malorum cauſa eſſe po
ſunt, indicabit.

DXXXIX. Τῇσιν ἐπιφόροισι τὰ ἀφθώδεα ῥεύματα, πονηρόν· σπασθεῖσαι, ἐκλυθεῖσαι, μετὰ ταῦτα ψυχθεῖσαι, ἐκθερμαίνονται ὀξέως. καὶ μέντοι καὶ δύσκολα ἀποβαίνει τῇσιν ἐπιφόροισι τὰ περὶ τὸ λεπτὸν οἰδήματα, οἷα τὰ περὶ τὰς ὀσχίας γίνεται, ἀπολαμβανόμενα ὀρθοπνοίῃσιν. ἆρα τὰ τοιαῦτα οἰδήματα διδυμοτοκεῖ; ἆρα καὶ σπασμώδεις τὰ τοιαῦτα οἰδήματα ποιέει;

DXXXIX. *Prægnantibus fluxiones cum ſerpentibus oris ulceribus, malo [1] ſunt. Hæ [2] convulſionibus, [3] exolutionibus, poſtea [4] perfrictionibus tentatæ, celeriter [5] caleſiunt. Quinetiam prægnantibus moleſtiam exhibent, qui circa tenue inteſtinum [6] contingunt tumores, quales circa extremas uteri [7] oſculi oras, cum erectæ cervicis ſpirationis difficultate, [8] eveniunt. Quinetiam fortaſſis hujuſmodi tumores [9] gemellorum partum prænuntiant, aut forte [10] convulſiones tumores hujuſmodi indicant.*

1. Quia

1. Quia tabem, dyſenteriam, lienteriam, &c. inducere ſolent.

2. Laceſſitis acerrimæ fluxionis morſu nervis. Eſt convulſio quodammodo σπασμοξομῶδες.

3. Cardialgia, quam acris ad ventriculum fluxus cum cibi faſtidio excitat. Sed & poteſt hujus ἐκλύσεως cauſa eſſe, multum & ſæpe citata liquidis excrementis κακοήθεα τρόπον alvus.

4. Toto corporis habitu, vel extimis artubus, idque morbi vel naturæ merito.

5. Caloris febrilis, ut flammæ cujuſdam, è viſceribus incendio conflagrantibus, appulſu.

6. Prout ſuperius oſtenſum eſt, Coaca 515.

7. Vel, *quales in ſcroto contingunt*, magnitudine nempe inſignes, ob partis laxitatem & ad extenſionem aptitudinem, aut propter inflammationem, aut propter fœtum ipſum, qui, dum à naturali figura in globum efformata recedit, caput aut membrum aliquod extollendo, in tumorem partes ſub umbilico inter utramque inanitatem elevat.

8. Quod tumor ille inſigniter magnus ſeptum tranſverſum comprimat. Excluduntur hic muſculorum abdominis tumores, qui orthopnœam non inferunt.

9. Si tumor fit à fœtus motu. Cum enim redacto in proprium locum membro, citò evaneſcere debuiſſet, ſi diutius perſeverat, neceſſe eſt, fœtum, elevatum membrum in ſuum locum, propter violentam coarctationem & anguſtiam, cujus alter fœtus cauſa eſſe poteſt, reducere non poſſe.

10. Si inflammatio in cauſa, cujus febris indicium erit. Foëſius per ὀσχέας, non ſcrotum, ſed τὴν περὶ τὸ στόμα τῆς μήτρας ἑλικοειδῆ ἐπανάστασιν, flexuoſam & pampiniformem circa os uteri emi-

 nentiam,

nentiam, quæ & *ἀμφίδεον*, & *τὰ λέγνα*, Hippo-
crati: videturque ſubindicari tumores, qui i
longa tuſſi & magna ſpirandi difficultate ad geni-
tales partes, velut, teſtes, aut ſcrotum, judicationi
quâdam lege decumbunt. Nota namque ſatis tho-
racis cum partibus genitalibus communitas, &
ὄρχις οἰδήσιας ἀπὸ βηχέων.

DXL. Τὰ μυχθώδεα ἐξαναφέροντα πνεῦ-
μα ἐν πυρετοῖσιν, ἐκτιτρώσκουσι.

DXL. *Quæ ſuſpirioſæ ſpirationes fora*
educuntur in febribus, abortionis periculun
afferunt.

Per *ſuſpirioſas ſpirationes* quid intelligatur, Coa-
ca 519 dictum eſt: *Abortionis periculum in febri-*
bus afferunt, quod, cum illæ à magno interius
concepto incendio ortum habeant, fœtus tum à
caloris vehementia, tum à craſſorum vaporum
copiâ ſuffocetur.

DXLI. Φρικώδεσι, κοπιώδεσι, καρη-
βαρικοῖσι, γυναικεῖα καταῤῥήγνυται.

DXLI. *Horrore* 1 *ſubinde tentatis*, 2 *laſ-*
ſitudine & capitis 3 *gravitate conflictatis*,
muliebres 4 *purgationes erumpunt.*

1. Propter cacochymiæ è vaſis egreſſum, quam
concepta in locis muliebrium abundantia fundit:
ita ut horror ille ἐξ ἰσφύος καὶ διὰ νώτου ἐς κεφαλὴν,
è lumbis per dorſum ad caput, progrediatur.

2. Ultro oborta, quam tenſionis, ulceris, in-
flammationis ſenſio comitatur.

3. Ob cacochymiæ horrificæ ad caput *μετά-*
στασιν· quæ negato exitu, proritando ac diſten-
dendo καρηβαρίαν infert.

4. Naturâ

4. Naturâ impetu ſibi quacunque ratione exitum moliente.

DXLII. Αἱ πρὸς χεῖρα νωθραὶ, καταξήροι, ἄδιψοι, γυναικεῖα πολλὰ χαλῶσαι, ἐκπυητικαί.

DXLII. *Quæ ad manus contactum torpeſcunt, peraridæ, ſitis expertes, muliebria multa profundentes, pus intro colligunt.*

Res eſt de mulieribus per diuturnas & immodicas uteri purgationes conſumptis. *Torpeſcunt ad manus contactum*, quod cutis, proximum tactus inſtrumentum, immodicè exſiccata, ſenſum diminutum contraxerit. *Sunt peraridæ* ob eandem rationem, *ſitis expertes*, quia extenuatio illa non à calida & ſicca intemperie, ſed ex nutrimenti defectu, & ab exhauſto, provenit. *Pus intro colligunt*, in utero nempe; vel quia menſes, ob ejuſdem imbecillitatem retenti, ad ſuppurationem deveniunt: vel quia illi humores ulcera in tranſitu excitant, à quibus pus emiſſum ſuppurationis ſpeciem præbet: in extenuatis inprimis, in quibus humores propter extenuationem acres & mordaces redduntur.

DXLIII. Τὰ ἐξαίφνης λευκὰ κατατρέχοντα ἐπὶ τρωσμῷ, ἤν τι ῥιγῇ, καὶ ἐς μηρὸν ὁρμαὶ, τρόμος δύσκολον.

DXLIII. *Ex abortione ubi* [1] *alba de repente percurrunt, ſi rigor* [2] *aliquis corripiat, & ad femur* [3] *impetus fiat,* [4] *tremor moleſtus ſubit.*

1. Ubi

1. Ubi mucoſa vel purulenta, quæ antea int
hærebant & abortus cauſa erant, prodeunt.

2. Vel tantillum. Unde colligas ſurſum tran
mitti materiam.

3. Per decubitum. Unde graviſſima mala. M
lignus ſiquidem doloris à femore excurſus.

4. Cacochymia à venis ad nervos, indeque a
cerebrum, tranſmiſſa: hinc delirium.

DXLIV. Τὰ ἀφθώδεα στόματα τῇσι ἐπιφόροισι κοιλίας καθυγραίνει.

DXLIV. *Serpentia oris ulcera in uterum gerentibus alvos humectant.*

Vide Coacam 514, & 539.

DXLV. Αἱ δὲ τῶν κυουσέων προνοσέουσα περὶ τὸν τόκον, ἐπιρριγοῦσι.

DXLV. *Quæ prægnantes ante partus* [1] *laborarunt, ſubinde rigore* [2] *corrip ſolent.*

1. Febre ab acrium & ſeroſorum humorum, qui graviditatis tempore in venis accumulantur, copia.

2. Febre adhuc perſeverante, quòd humores illi partu adventante verſus uterum moveantur, per ipſum expurgandi. A motu *rigor*, qui in febrientibus maximè apparet, quia partes, febrili calore excalefactæ, frigoris à motu humoris excitati ſenſum magis perſentiſcunt, quam dum ſunt in naturali diſpoſitione.

DXLVI. Αἱ καρκινώδεες ἐκλύσιες, δύσκολοι μὲν ἐκ τῶν τόκων ἀποβαίνουσι καὶ παρα-

κρουστι-

κρουστικαὶ, οὐ μήν τοι ὀλέθριοι. αὐτὰρ καὶ πλήθος γυναικείων προσημαίνουσιν.

DXLVI. *Quæ ex partionibus contingunt ¹ exolutiones cum ² torpore, moleſtiam ³ quidem exhibent, & mentem ⁴ emovent, nullam ⁵ tamen perniciem afferunt. Verum etiam purgamentorum muliebrium ⁶ abundantiam denuntiant.*

1. Quæ ἐν τῇ δυσκινησίᾳ, ſeu difficultate movendi & convertendi ſe in alterum latus, conſiſtunt, & vitio oppreſſionis, cui excrementi ſuppreſſio præivit, oboriuntur.

2. Segnitie partium in obeundo ſuo officio, vel hebetudine in percipiendo ſenſilium appulſu, à materiæ ſuppreſſæ ad motus & ſenſus inſtrumenta, in toto corpore & artubus μεταστάσει.

3. Propter ſymptomatum acceſſum.

4. Leviter & fugaciter, κατὰ τὴν ἐπιγένεσιν malorum quæ cerebrum in conſenſum rapiunt.

5. Quod nec torpor tantus ſit, nec delirium.

6. Exonerante ſe tantâ ſaburrâ per venas uteri toto corpore; ita ut πλημμυρεὶς tranſeat in ἄμπωτιν.

DXLVII. Αἱ ἐν τόκῳ καρδίην περιαλγήσασαι, ὀλίγῳ ὕστερον ἀποβάλλουσι.

DXLVII. *Quæ in partu oris ventriculi dolorem antea ſenſere, paulò poſt fœtus deponunt.*

Oris ventriculi in partu dolor, jam jam egreſſuri fœtus indicium eſt: quia contractionem viſcerum ad interiora facit, ex qua uterus deorſum pellitur;

pellitur; quo ad pudendum deſcendente, part[...] fit. Propter eandem viſcerum in dolore ventric[...] li contractionem, quæ quotidiè obſervatur, coſ[...] mendoſæ naturali fulcimento deſtitutæ conc[...] dunt, & dependentes magis dolent.

DXLVIII. Τὰ φρικώδεα, κοπιώ-δεα, καρηβαρικὰ, τραχήλου ὀδυνώδεα, γυ-ναικεῖα καταρρήγνυσι. περὶ κρίσιν τὸ τοιοῦτ[...] γινόμενον μετὰ βηχίου ἐπιρριγεῖ.

DXLVIII. *Horroris & laſſitudin[...] ſenſus, capitis gravitas cum cervicis dolor[...] muliebres purgationes dejiciunt. Quod [...] quid hujuſmodi circa judicationem cum tuſ[...] ſicula contingat, ſubinde rigorem adfert.*

Omnia hæc ſymptomata plenitudinem & agi[...] tationem humorum atteſtantur; & ſupervenir[...] ſolent, vel quando menſes inſtant: tum enim copia humorum adeſt, ad motumque concitan[...] tur: vel quando critica evacuatio imminet, quam *rigor* movente ſe ad excretionem materiâ præcedit, *tuſſiculaque* excitatur, ſeu quia pars dictæ materiæ dum à capite deſcendit, ad trachæam arteriam ruit; ſeu quia excitata in humorum motu vaporum copia, partes ſpirituales irritando, tuſſiculas movet, prout & in febre ardente fieri ſolet.

DXLIX. Ἧσι κόρῃσιν ὀρθοπνοῖ καὶ συμβαίνῃ, ἐν τῇσιν ἐπιφόροισι, τιθοὺς ἐκπυοῦνται. γυναικεῖα ἐπιφαίνεσθαι ἐν ἀρχῇ, καλόν.

DXLIX. *Quæ [1] puellæ erectæ cervicis ſpiratione [2] vexantur, iis uterum [3] ferentibus mammæ [4] pus colligunt. Muliebria*

purga-

purgamenta circa initia apparere, 5 malum.

1. Viro quidem maturæ, ſed quibus adhuc γυναικωθῆναι non contigit, ſeu γυναικεῖα paſſæ non ſunt.

2. A multum oppreſſo pulmone, diſtentiſque ſanguine illuc affuſo, mammis. Sublimem quandam reſpirationem innuit, ubi nonniſi reſidendo ægri ſpirant, quod Hippocrati eſt ἀνακαθίζειν καὶ ἀνέλκεσθαι.

3. Trimeſtrem, quadrimeſtrem, aut eo majorem fœtum, cum materiæ menſtruæ reliquiarum copia eſt.

4. Tum per idiopathiam, tranſmiſſis eo in graviditate menſtruis; tum per ſympathiam pulmonis, niſi in lac mutetur, vel inſaniam inducat.

5. Malum enim, naturam à cauſis morbificis morbi initio, quo omnia, aliorum temporum reſpectu, leviora eſſe ſolent, opprimi.

DL. Τὰ μανικὰ πυρετοὺς ὀξεῖς ταραχώδεας ἀχόλῳ καρδιαλγικῷ λύουσι.

DL. *Febres* 1 *acutas cum mentis* 2 *perturbatione, in oris ventriculi dolore* 3 *non bilioſo, inſania* 4 *ſolvit.*

1. Quæ celerrimè & cum vehementia moventur.

2. In quibus ægri ſunt turbulenti & ſine ratione, mentis perturbatione vexantur.

3. In cardialgia, quam non bilioſi humores, ſed acres ab utero eo delati vapores morſu excitarunt. Frequentiſſimè ab utero affici ventriculus poteſt; tum quia maximus inter utrumque conſenſus; tum quia ab illo, tanquam proluviei excrementorum dedito, frequentiſſime vapores maligni exhalent.

4. Quia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

4. Quia deſinentibus febribus ſuccedit, hum-
re qui febrem accendebat, fervore extincto, i-
cerebrum delato, ibidemque firmato. Sic Metho-
deliravit. Letale non erit, quia ſine febre.

DLI. Τῇσιν ἀτίκτεσιν αἵματος ἔμετος
πρὸς τὸ συλλαβεῖν ὠφελεῖ.

DLI. *His quæ* [1] *non pariunt, ad conce-
ptum ſanguinis* [2] *vomitus* [3] *prodeſt.*

1. Suo nempe vitio, quòd ſemen virile nec ex-
cipere, nec continere, non concipere poſſint.
2. Quem ſanguinis è locis ad ventriculum ve-
pulmonem ἀναδρομὴ ciet, inſequente levamento
3. Ad concipiendum, cum aliquo partium in-
commodo & ægrotantis periculo. Hippocrates
περὶ ἐπικυήσιος, ad conceptum, ſanguinem bis i-
anno ex manibus & tibiis detrahere jubet.

DLII. Τὰ ἀχλυώδεα γυναικείων συ-
χνῶν ἐπιφανέντων λύεται.

DLII. *Oculorum* [1] *caligines, crebris* [2] *ap-
parentibus menſibus,* [3] *ſolvuntur.*

1. Ab impuritate ſpiritus viſifici, & humorum
nebulâ craſſiores, nube tenuiores.
2. Quarum ſuppreſſio per ἀναθυμίασιν ἀχλυώ-
δη caligines excitabat.
3. Et quidem οἰκείως, per revulſionem.

DLIII. Ὅσῃσι γυναιξὶν ἐν πυρετοῖ-
ἄλγημα τιτθῶν γίγνεται πτύσις αἱμάλωπος ἢ
τρυγώδης γινομένη, λύει τοὺς πόνους.

DLIII. *Quæcunque* [1] *mammarum* [2]
dolore ex [3] *febribus vexantur, eas ſangui-*

ni-

nis [4] *concreti ſpuitio non* [5] *fæculenta dolore* [6] *liberat.*

1. Maturæ viro, tam innuptæ, quàm nuptæ, aut viduæ.

2. A muliebrium eo curſum ſuum inflectentium, tum propter ipſarum & uteri συμπαθείαν, tum propter per vaſa communia ſocietatem, concitatione.

3. Acutis maximè, & intermiſſionis expertibus.

4. Et meri, nullo ſputo albo permixti, ut præ ſe ferat humoris morbifici, alteratione & omni pepaſmo carentis, ideam.

5. Ἀνακάθαρσις, quæ mammis ad ſui purgationem propter facilem humorum abinde in thoracem tranſitum, ob partium, in vaſorum vicinitate, & mutua officiorum communicatione, ſocietatem, πλύσις αἱμάλωπος, idem, quod πλύσις αἱματώδους aut αἱμαλώδους, ſignificat, cum propriè αἱμαλὼψ, apud Erotianum, in oculis ſuggillationem indicet.

6. Qualis eſſe ſolet ſanguinis corrupti, & ſuo vel partis obſeſſæ vitio in empyema mutati. Alioqui magna ſanguinis concreti & fæculenti copia rejecta, inſigne vaſorum ulcus indicare poteſt.

7. Citâ & legitimâ humoris dolorem moventis expurgatione, quem menſium proruptio per revulſionem non expugnaſſet.

DLIV. Οἱ ἐν ὑστερικῇσιν ἀπύροισι σπασμοὶ εὐχερέες, οἷον καὶ Δορκάδι.

DLIV. *In mulieribus quæ uteri* [1] *ſuffocationibus tentantur, idque ſine* [2] *febre, faciles ſunt* [3] *convulſiones, quale quid etiam Dorcadi contigit.*

1. Seu

1. Seu à ſemine corrupto, ſeu à menſium ſu
ſiſtentia, ſeu ab humoribus vitioſis: unde ma
gna & tot ſymptomata invehens aura.

2. Sine ulla ſuſpicione inflammationis.

3. Quia & facilè tolerantur, & facilè, qu
cauſa fugax, exſolvuntur. Sic convulſiones δυσχ
ρεῖς dixit, quomodo ἐνελκεῖς aut δυσελκεῖς, quo
rum ulcera facilè aut difficulter ſaneſcunt. Vid
Prorrhet. 119.

DLV. Ἧισιν ἐκ ῥίγεος πυρετὸς κοπιώδης γυναικεῖα καταρέχει. τράχηλος ἐν τούτοισιν ὀδυνώδης, αἱμοῤῥαγικόν.

DLV. *Quibus ex* [1] *rigore* [2] *febris cum laſſitudinis* [3] *ſenſu adeſt, in his muliebrium* [4] *profluvium expectare oportet. Quod ſi cervicis* [5] *dolor prehenderit, ſanguinis è naribus* [6] *eruptionem fore ſpes eſt.*

1. Quem menſium ſuppreſſorum τὸ πλῆθος καὶ πάθος, è venis expreſſum, in lumbis primò, dein in dorſo & cervice, expreſſit.

2. Quæ continenter introrſum movetur, quamvis rigorem prævium habeat.

3. Suâ ſponte obortæ, quam tenſionis, ulceris, & inflammationis ſenſus comitatur; illa, propter repletionem; iſta, propter cacochymiam; hæc, propter utrumque.

4. Muliebria viam per naturam quærunt ad uterum; rigor concuſſione ciet; febris calidâ intemperie, acredine & tenuitate ſubſtantiæ inductâ præparat.

5. Propter menſium à rigore fruſtra oborto ad cervicem ἀναδρομὴν, unde ejus venæ diſtenduntur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

6. Ita namque calidi qui ad caput feruntur humores, evacuari ſolent. Vide Prorrhet. 142.

TITULUS XXXII.

De Vomit.bus.

DLVI. Ἔμετος δὲ ἀλυπότατος φλέγματος καὶ χολῆς συμμεμιγμένος. μὴ πολὺς δὲ κάρτα ἐμείσθω. τὰ δὲ ἀκρητέστερα τῶν ἐμουμένων κακίω. πρασοειδὴς δὲ ἔμετος, καὶ μέλας, καὶ πελιὸς, πονηρόν. εἰ δὲ καὶ πάντα τὰ χρώματα ὁ αὐτὸς ἐμέοι, ὀλέθριον. τάχιστον δὲ θάνατον σημαίνει ὁ πελιὸς καὶ κακώδης. ἔστι δὲ θανάσιμος ὁ ἐρυθρὸς ἔμετος, καὶ μάλιστα εἰ μετ' ἀνάγκης ἐμέοιτο ἐπωδύνως.

DLVI. *Vomitio autem maxime eſt* [1] *innoxia, quæ pituita & bile permixta eſt, dum ne admodum* [2] *copioſa ſit. At ſinceriores* [3] *vomitiones* [4] *deteriores ſunt. Viridis* [5] *quoque vomitus, &* [6] *niger,* [7] *& lividus, vitioſus* [8] *eſt. Quod ſi omnes colores idem vomat, exitiale* [9] *eſt. Celerrimum autem exitium indicat lividus & mali odoris. Mortem quoque adfert ruber* [10] *vomitus, iſque præcipue ſi cum majore* [11] *conatu & dolore contingat.*

1. Innoxia eſt, tum quia pepaſmum oſtendit; hoc enim bilis πῶς φλεγματοῦται, *quodammodo pituiteſcit*; tum quia in ventriculum effuſa, particeps eſt dominantis in eo humoris; tum quia exquiſita

exquiſita utriuſque humoris permixtio, caloris i
tivi & partis integritatem oſtendit. In Progno
co ὠφελιμώτατον dixit, quia, cum vomitus
ſymptomatum genere cenſeatur, ille perqua
utilis eſſe cenſendus eſt, qui maximè eſt inn
xius.

2. Nota, nec valdè *copioſum*, nec valdè, ut
Prognoſtico additur, *craſſum* eſſe debere. *Ill*
quia crebra ventriculi concuſſione, quâ ſæpe
parum, aut ſæpe & multum, per os rejicitur, ve
triculo inflammatio, ægro infirmitas, inferri p
teſt. *Hoc*, quia ita libertas exitus facilè imped
poſſet.

3. Seu partium excrementis, unde ducunt
impermixtæ; ſeu nimis vel à calore coctæ & e
hauſtæ, vel à frigore compactæ.

4. Et proprio vitio, & quòd ægrius vomitu c
turbentur.

5. Porraceus, foliorum porri virore æmul
non vitio ciborum, ſed bilis e viſceribus in alvu
defluentis.

6. A mera bile quæ nigra evaſit.

7. Ita ut partem quoque lividam oſtendat,
unde affluit, vel ubi excipitur.

8. Non porraceus, & ſuccum ex quo natus e
& morbum, inſigniter innuit: niger, porracea
bilem, in pejorem ſuccum abiviſſe, unde ac
morſus, dyſenteria letalis, & implacabilis cance
lividus, partem emortuam.

9. Quia plures partes affici, nec naturam n
ſcellæ domandæ ſuffecturam, colligi poteſt.

10. Sive ille rubor ſit bilis è flava colorat
mera enim eſt, quia ſero ſuo deſtituta, nec alt
permixta: ſive ſanguinis meri, & naturali ſ
humiditate, ab incendio quo conflagravit, e
hauſti.

11. Qu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

11. Quia venæ alicujus eroſionem innuit. Vide Prognoſtica.

DLVII. Οἱ ἀσώδεες ἀνεμέτως παροξυνόμενοι, κακὸν, καὶ οἱ σπαρασσόμενοι ἀνεμέτως.

DLVII. *Corporis æſtuatione & inquieta jactatione* [1] *conflictati, citra* [2] *vomitum ingraveſcentes, male* [3] *habent, atque etiam qui vellicantur* [4] *citra vomitum.*

1. Ita ut nullo ſtatu quieſcant, ſed omnes figuras mutent.
2. Qui futuræ evacuationis criticæ prænuntius eſſe potuiſſet.
3. Quia virtus oppreſſa gravatur à corpore.
4. Qui ore ventriculi morſu pravorum humorum lancinantur. Vide Prorrhet. 76.

DLVIII. Τὰ μικρὰ ἐμέσματα, χολώδεα, ἄλλως τε κἢν ἀγρυπνέωσιν.

DLVIII. *Vomitiones* [1] *exiguæ,* [2] *bilioſæ, malum* [3] *denuntiant, tum vero præcipue, ſi pervigilio* [4] *conflictentur ægri.*

1. Crebræ & parcæ, quæque ægrè prodeunt.
2. A bile in alvum ex hepate affluente, coloribus, flavo, æruginoſo, nigro diſtinctâ.
3. Tum quia vomitu illo malum non lenitur, bile à candeſcenti hepate perpetuò ſubmiſsâ; tum quia ventriculus labefactatur, & inflammationem letalem contrahit.
4. Nam, ut incremento febris vomitus excitantur, & febris adaucta vomitibus bilioſis crebreſcit: ſic vigiliarum & bilis viciſſitudo, mutuam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

utriuſque parit acceſſionem. Vigiliæ gignunt bilem, & ruſum à bile gignuntur. Vide Prorhet. 79.

DLIX. Ἐπὶ μελάνων ἐμέτων κώφωσις οὐ βλαπτική.

DLIX. *Ex nigris* [1] *vomitibus oborta* [2] *ſurditas, noxia* [3] *non eſt.*

1. Ex atra bile, quam æruginoſa ex flava procedens, exortis.

2. Ut τῶν ἀκουστῶν appulſus non percipiatur.

3. At ſurditas à vomitu æruginoſo mox nigro exorta, accedentibus vigiliis, conjunctam habet κεφαλαλγίαν· & quia hic per bilioſi, æruginoſi & nigri humoris fit ἀναδρομὴν, in febre alvum ſiſtit. Foëſio hîc *non nocere* idem eſt, ac non augere ſigni malitiam in comparatione ad vomitum æruginoſum cum ſurditate: quod vomitus æruginoſus ſemper ingens viſcerum incendium præſupponat; niger vero ſæpe à melancholia naturali, æruginoſa bile longè benigniore oriatur, cujus vomitum ſurditas excipere poteſt, non quod transferatur in caput; ſed quod craſſi vapores in ipſa vomitione ad caput eleventur. Fit etiam aliquando ſurditas ob ſuccorum naturalium in cerebro abundantiam, qui, vomitu accedente, nigro inprimis, qui laborioſus, agitati, ad meatus auditorios devolvuntur.

DLX. Οἱ κατὰ μικρὰ ταχεῖς, χολώδεες, ἄκρητοι ἔμετοι, κακὸν ἐν ἀποφορῇ πλείονι καὶ ὀσφύος ἀλγήματι συντόνῳ.

DLX. *Vomitus parvi & frequenter repetentes, bilioſi, ſinceri, mali* [1] *ſunt in copioſiore*

pioſiore ventris ſubductione & intenſo lumborum dolore.

1. Nam, quia inteſtina acrimoniâ ſuâ lancinant, & lumbis dolorem inferunt, facilè colligi poteſt, magnam bilis & corruptelæ eſſe copiam; non ſecus, ac ἐν χολώδεσι ἀκρήτοισι διαχωρήμασι ὀσφύος ὀδύνην, in Prorrhetico, ponit.

DLXI. Τὰ ἐξ ἐμέτων ἀσώδεα, κλαγγώδεα, ὄμματα ἐπιχνοῦν ἔχοντα, μανικά· ὀξέως μανέντες θνήσκουσιν ἄφωνοι.

DLXI. *Ubi ex vomitu* [1] *anxietudo occupat, vox* [2] *ſtridula eſt, oculi* [3] *pulvere obſiti, inſania* [4] *portenditur: ac tales vehementi inſaniâ correpti, voce* [5] *defecti intereunt.*

1. Quòd, efferveſcentibus circa ventriculum bilioſis, acribus ac putridis humoribus, & inprimis venis circa hypochondria exæſtuantibus, accedente ſimul cerebri inflammatione, ſtomachus vellicetur.

2. Ob arteriæ vocalis, nimia ſiccitate ſqualentis, quam membranarum cerebri inflammatio infert, aſperitatem.

3. Squalidi & pulvere, velut lanugine, obſiti, quod iter facientibus per nimium æſtum præ ſiccitate accidere ſolet. Fiunt tales vel ab humore proprio qui exareſcit; vel ab eo qui ex cerebro inflammato exſudat.

4. Vehemens & furioſa.

5. Propter nervorum & muſculorum vocalium à convulſione tenſionem.

DLXII. Ἐν ἐμέτῳ διψώδεα ἐόντα, ἄδιψον γενέσθαι, κακόν.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

DLXII. *In [1] vomitu, eum, qui ſiti [2] pr*[…] *matur, ſitis [3] expertem eſſe, malum [4] eſt.*

1. Bilioſo, quem ſubinde nauſeabunda faſ[…] dia excipiunt.

2. A perenni bilis, vel à cerebro, vel à vici[…] hepate, in ventriculum affluxu.

3. Non ſentire ſitim.

4. Quia mentem laborare ſignificat.

DLXIII. Ἐν ἀσώδεσιν ἀγρύπνοις τ[…] παρ' ὦς μάλιστα.

DLXIII. *In [1] angore & [2] pervigil*[…] *vexatis, ad aures [3] abſceſſus maxime obve*[…] *niunt.*

1. Quem καῦμα ἰσχυρὸν περὶ τὴν κοιλίην κ[…] καρδιωγμὸν, propter bilem ibidem ſtabulanten[…] infert.

2. Ita ut dormire non poſſint, cum neceſſe eſ[…]

3. Converſis ad caput humoribus, qui cu[…] exitum per hæmorrhagiam moliantur, nec to[…] erumpere poſſint, convertuntur in abſceſſum ſu[…] auribus. Addit μάλιστα, quia nec ſemper, nec ne[…] ceſſariò ex iſta hypotheſi tumor ille aſſurgit. So[…] let enim aliquando & phrenitidem inferre. Vid[…] Prorrhet. 157.

DLXIV. Τοῖς ἀσώδεσι κοιλίης ταρα[…] χώδης ἐπίστασις, διὰ ταχέων ἐξανθεῖ οἷα κω[…] νώπων κεντήματα, καὶ ἐς ὄμματα δακρυώδη[…] ἀπόστασις ἔρχεται.

DLXIV. *In [1] anxietate laborantibus*[…] *cum alvi turbulenta [2] ſuppreſſione, celerite*[…] *velut culicum [3] punctura in cutem erum-* *punt,*

punt, & ad oculos [4] lacrymoſus abſceſſus procedit.

1. De qua præcedentibus duabus Coacis actum.

2. Ita ut alvus, quæ paulò ante mordacibus excrementis liberaliter ferebatur, repentè, vel intus cohibitis excrementis, vel intrò retractis, vel ſurſum tranſmiſſis, cohibeatur.

3. Papulæ bullatæ, quæ alibi ἀναδήγματα vocantur, alvo ſuppreſſa, & materiâ acri & craſſa ob fervorem ebulliente, introque exagitata, itâ ut per venas diffundatur, & κατ' ὦσιν ad venulas cuti affixas exprimatur, cutim quodammodo circumtendunt, & ſigna cachexiæ incipiunt.

4. A capite propagatur, vel illuc tranſlato ichore, vel concepto, quod in ecthymatis & exanthematis fieri ſolet.

DLXV. Ἐπὶ ἀκρήτοις ἐμέτοις λυγμὸς, κακόν. κακὸν δὲ καὶ σπασμός. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τῇσιν ὑπερκαθάρσεσι, τῇσιν ἐκ τῶν φαρμακείων.

DLXV. *Ex ſinceris [1] vomitionibus ſingultus [2] malus eſt: mala quoque [3] convulſio. Quinetiam idem exiſtimandum eſt in [4] immodicis purgationibus, quæ ex medicamentorum potionibus fiunt.*

1. Quæ humiditatis tam propriæ, quàm alienæ, expertes ſunt, quales ſunt bilis flavæ, æruginoſæ, & nigræ.

2. Si non tam ventriculi concuſſione, quàm convulſione quâdam, accidit.

3. Qualis fit ab helleboriſmo, vel in vomentibus æruginoſa, ex conſenſu cerebri.

4. Vide Aphor. 4 ſ. 5, & 47 ſ.7.

DLXVI. Οἱ μέλλοντες ἐμεῖν, πτυαλ ζουσιν ἔμπροσθεν.

DLXVI. *Qui vomituri ſunt, iis an tea os crebra ſalivatione impletur.*

Sententia eſt per ſe evidens. Portio quædam t nuior ex ventriculo, ubi ſtagnabat, ad ſtomachum & inde ad fauces, per interioris tunicæ illius & ha rum communis κοινωνίαν.

DLXVII. Ἐπὶ ἐλλεβόρῳ σπασμὸς, ὀ λέθριον.

DLXVII. *Ex epoto veratro convulſi exitium adfert.*

Vide Aphoriſm. 1 ſ. 5.

DLXVIII. Ἐπὶ πάσῃ καθάρσει πλεο-ναζούσῃ, ψύξις μεθ' ἱδρῶτος, ὀλέθριον, καὶ οἱ ἐπανεμέοντες διψώδεες ἐν τούτοισι κακόν. οἱ ἀσώδεες ὀσφυαλγέες, κοιλίην καθυγραίνονται.

DLXVIII. *In omni ſuperflua purgatione, frigus* [1] *cum ſudore exitiale. Et inter hæc qui ſubinde* [2] *vomunt, & ſiticuloſi ſunt, male habent. Qui verò* [3] *anxietate laborant cum lumborum dolore, iis alvus humectatur.*

1. Frigus namque, caloris vivifici, quo partes ſolidæ vegetantur, extinctionem indicat: his collapſis, frigida ſudatiuncula oboritur; hinc mors.

2. Subinde ſine levamento vomere, cauſæ perennitatem ſignificat: ſiticuloſum eſſe, roridæ ſubſtantiæ exhauſtum.

3. Vide

3. Vide aphoriſm. 20 ſ. 4. Poſſunt hæc verba etiam per ſe intelligi, & de his accipi, quibus acri humorum vitio & malignitate vellicatur ventriculi os, cujus per inteſtina depoſitu, morſus, lumborum vellicatio, & dolor, ſentitur.

DLXIX. Αἱ ἐξερύθρων, μελάνων, ὑπὸ ἐλλεβόρου καθάρσιες, πονηραί. καὶ ἔκλυσις δὲ μετὰ τοιούτων, κακόν.

DLXIX. *Ex epoto* [1] *veratro* [2] *prærubrorum & nigrorum purgationes,* [3] *vitioſæ. Virium exolutio cum talibus* [4] *mala eſt.*

1. Albo ſcilicet.

2. Rubedinis intenſæ & ad nigrum tendentis, quem rubrum obſcurum vulgus vocat, quales colores ſanguinis craſſioris & nigri admixtione fiunt.

3. Quia ſanguis craſſior per vomitum excerni non poteſt, niſi vel aliqua nobilis vena circa viſcera diſrupta ſit; vel facultas retentrix à maligna medicamenti qualitate ita exoluta, ut ipſi reſiſtere non poſſit.

4. Quia reparari non poteſt.

DLXX. Ἀπὸ ἐλλεβόρου ἐμέσαι ἐρυθρὰ, ἀφρώδεα, ὀλίγα, ὠφελέει. ποιέει μέντοι σκληρύσματα, καὶ ἐμπυήσιας μεγάλας ἀφίστησιν. εἰσὶ δὲ οἱ τοιοῦτοι ἐμέοντες ἄλλως τε καὶ στῆθος ἐπόδυνοι, καὶ ἐν τοῖς ῥίγεσιν ἐφιδροῦντες, καὶ ὄρχιας ἐπαίρονται. τούτου προσγινομένου, ἐπιρρίγουσι καὶ ἰσχναίνονται.

DLXX. *Epoto veratro* [1] *rubra, ſpumantia, pauca, vomitione rejicere,* [2] *juvat. Duritias* [3] *tamen facit, & magnas puris* [4]

intro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

intro collectiones eximit. Qui verò talia v mitione refundunt, pectoris præcipue [5] dolo conflictantur, & in rigoribus crebro & t nuiter [6] exudant, teſtes in tumorem [7] ſub latos habent. Quo in caſu ſubinde rigent, & graciles evadunt.

1. Sanguinem intellige tenuiorem, qui à non nullis rubra bilis vocatur, & facilè in ſpuman elevatur, ut in venæ ſectionibus apparet.

2. Quia ſine læſione internarum partium, re ſeratis venarum orificiis, vel per poroſitates exſu dando egreditur.

3. Duros tumores, eductâ ab helleboriſmo te nui materiâ, & relictâ craſsâ.

4. Avertit. Magnæ puris collectiones calor egent. At hic ſanguine per vomitum excreto quod reliquum humoris, refrigeratur.

5. Quia ſanguis ille tenuior, naturâ acris, & cordis viciniâ calidior redditus, dum huc & illuc ſe movet, dolorem excitat, & tantò majorem, quanto eæ partes aliis ſunt ſenſibiliores.

6. Quia ſeroſus ſanguis ob tenuitatem facilè alteratur & agitatur: agitatus rigorem facit, & à rigore incaleſcit: excalefactus, quia naturâ ſeroſus, in ſudorem liqueſcit.

7. Quia ſanguinis ſeroſitas partes inferiores gravitate petens, ſcrotum replet, & hernias aquoſas cauſatur.

DLXXI. Αἱ πυκναὶ διὰ τῶν αὐτῶν ὑποστροφαὶ ἐμετώδεες περὶ κρίσιν μέλανα ἐμέειν ποιέουσι. γίνονται δὲ καὶ τρομώδεες.

DLXXI. *Crebro repetentes, iiſdem perſeverantibus caſibus, vomitiones, ad judica-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

tionem nigra vomitione refundunt. Quin-etiam tremulos ægros faciunt.

Vide Coacam 122.

TITULUS XXXIII.

De Sudoribus.

DLXXII. Ἱδρὼς ἄριστος μὲν ὁ λύων τὸν πυρετὸν ἐν ἡμέρῃ κρισίμῳ. χρήσιμος δὲ καὶ ὁ κουφίζων. ὁ δὲ ψυχρὸς καὶ μοῦνον περὶ κεφαλὴν καὶ τράχηλον γινόμενος, φλαῦρος. καὶ γὰρ χρόνον καὶ κίνδυνον σημαίνει.

DLXXII. *Sudor optimus ſane qui febrem die [1] judicatorio [2] tollit. Utilis [3] autem & qui [4] allevat. Malus vero, [5] frigidus, & ubi caput duntaxat & cervix inſudat. Nam & temporis [6] diuturnitatem, & periculum, [7] denuntiat.*

1. Qui ſuum indicem prænuntium habuit, cum perfecto pepaſmo, & qui in quaternariæ & ſeptenariæ periodi paroxyſmum cadit, triumphante naturâ, tum in humoris morbifici pepaſmo, tum in meatuum libertate.

2. Τελείως τὸν πυρετὸν ἀπαλλάσσει, *in totum febrem excludit.*

3. Non tamen omni ex parte, nec ut prior, bonus.

4. Qualis eſt, qui qualitate, copiâ, & excernendi modo, reſpondet, ſed die critico non effluxit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

5. Vel æſtus in viſceribus nimii aut lipyriæ bris, unde caloris vivifici paupertas, & frigidoru excrementorum proventus, index: vel crudi tis, cum febre, aſſiduâ illâ quidem, ſed remiſſ nis participe, nec vehementiâ & celeritate acu nec viſcerum inflammatione ardente, nec lip riâ. Hippocrates eam vocat πρηΰτερον πυρε comparatione ſuperioris.

6. Si vires ſunt validæ, ſpes eſt, mitificatum caloris nativi ope crudum humorem.

7. Quia eum plerumque ſyncope inſequitur

DLXXIII. Ἱδρὼς δὲ ψυχρὸς ἐν ὀξ μὲν πυρετῷ, θανάσιμος, ἐν πρηϋτέρῳ δὲ χρόνον σημαίνει.

DLXXIII. *Sudor autem frigidus cum acuta quidem febre, exitium; cum mitiore vero, diuturnum fore morbum, ſignificat.*

Vide Aphoriſm. 37 ſ. 4.

DLXXIV. Ἱδρὼς ἅμα πυρετῷ γινόμενος ἐν ὀξεῖ, φλαῦρον.

DLXXIV. *Sudor unà cum* [1] *febre, acuto* [2] *morbo urgente,* [3] *malus.*

1. Qui ſtatim obortâ febre effluit.

2. Qui celerrimè cum magnâ ſymptomatum vehementiâ movetur.

3. Et *ſigno*, quia febris quæ initio mitis eſſe debebat, ardorem ſignificat: & *causâ*, quia citò vires exolvit.

TITU-

TITULUS XXXIV.

De Vrinis.

DLXXV. Οὖρον ἐν πυρετῷ λευκὴν ἔχον καὶ λείην ὑπόστασιν ἱδρυμένην, ταχεῖαν ἄφεσιν σημαίνει. ταχεῖαν δὲ καὶ τὸ ἐξ ἀκρέτου λίπος ἴσχον τι ἐξυδατούμενον. τὸ δὲ ὑπέρυθρον, καὶ τὴν ὑπόστασιν ἔχον ὑπέρυθρόν τε καὶ λείην, πρὸ μὲν τῆς ἑβδόμης γινόμενον, ἑβδομαῖον ἀπολύει. μετὰ δὲ τὴν ἑβδόμην, χρονιώτερον, ἢ πάντως χρόνιον. τό,τε ἐν τετάρτῃ λαβὸν ἐπινέφελον ὑπέρυθρον, ἑβδομαῖον ἀπολύει, τῶν λοιπῶν κατὰ λόγον ἐχόντων. τὸ δὲ λεπτὸν καὶ χολῶδες, καὶ τὸ μόλις γλίσχρον, ἔχον, ὑπόστασιν καὶ τὸ μεταβάλλον ἐπὶ τὸ βέλτιον, καὶ χεῖρον, χρόνιον. ἐπιπλεῖον δὲ τοῦτο ἐπακολουθοῦν, ἢ περὶ κρίσιν χρόνων γινομένων, οὐκ ἀκίνδυνον.

DLXXV. *Urina in* 1 *febre album & leve depoſitum habens ſedimentum, celerem* 2 *liberationem denuntiat. Celerem* 5 *quoque qua* 3 *diluta indiſcretam quandam habet* 4 *pinguedinem. Qua vero aliquantulum* 6 *rubet, ſubrubrum habet* 7 *ſedimentum & leve, ſi quidem ante* 8 *ſeptimum diem appareat, ſeptimo* 9 *die ſolutionem fore deſignat, poſt ſeptimum autem, tardiorem, aut plane diuturnam. Et qua quarto* 10 *die ſubrubram*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

nubeculam capit, ſeptimo die liberat, du reliqua pro ratione habeant. Tenuis [11] *au tem & bilioſa, & ægre lentum habens ſed mentum, & quæ in melius ac deterius com mutatur, temporis diuturnitatem poſtula Quod ſi iſtud diutius perſeverat, aut ad ju dicationem temporis longinquitas requiratur periculo* [12] *non vacat.*

1. Cujus focus in venis, ab humorum colle ctorum putredine & incendio.

2. Nam album & læve ſedimentum, & mate riæ pepaſmum non renuentis, & partium ſolida rum integritatis, index eſt. Ita dominatur natura ut omnia adſint, quæ per naturam adeſſe debebant. At πεπασμοὶ ταχύτητα κρίσεως καὶ ἀσφάλειαν ὑγιείην σημαίνουσι. Vide Herophontis, Cleonactidis & Melidæ hiſtoriam.

3. Confuſa quidem & indiſcreta, ſed aqueſcens & clareſcens.

4. Non eam quæ in guttas diſperſa per urinæ ſuperficiem conſpicitur, ſed, qualis in diutius aſſervatis urinis videtur, rugoſá, veluti in vetulis, quadam cutis ſuperficie.

5. Quia morbi acumen & vehementia naturam dominantem ita ſtimulat, ut eam diu ferre non poſſit.

6. Ob ſeri in ſanguine nondum planè confecti abundantiam; vel bilis jam manſuefactæ in venis paucitatem.

7. Cujus materia id, quod in ſanguinis confectione vim naturæ evaſit.

8. Quarto, cujus prima laus ad indicandum.

9. Præſente pepaſmi bonitate & naturæ ἐρεθισμῷ, & præſuppoſito bono colore. Nā urina, ubi coctio-

nis

nis ſigna præ ſe ferre incipit, primò in colore, poſt, procedente coctione, in ſubſtantia, craſſitie nempe & tenuitate, tandem in contentis, mutari incipit.

10. Vide Aphor. 71 ſect. 4.

11. Disjunctim hæ urinarum conditiones accipiendæ. *Tenuis*, & *bilioſa*, morbi longitudinem ſignificat, quatenus quia cruda longum tempus ad coctionem requirit. Quia verò urina tenuis aliquando mortem, ſi nigra ſimul; aliquando criſin, ſi copioſa mingitur, indicat: ideò addidit *bilioſa*, quia talis ſemper cruda eſt. *Vrina* pariter, *quæ tenue & modicum ſedimentum habet*, diuturna eſt, quia naturam toti humori non dominari, ita ut, unâ parte concocta, alterâ cruditatis adhuc particeps ſit, & eo modo plures partes affectas, pluresque morbi mineras eſſe, quibus citò à natura ſuccurri non poteſt, oſtendit. *Vrina* denique *quæ frequenter in melius & deterius mutatur*, mala eſt, quia morbi inconſtantiam & naturæ inſtabilitatem ſignificat, modò unâ, modò alterâ, vincente.

12. *Sive in hac viciſſitudine diutius perſeveret*, quia partis affectæ difficilem curationem & infirmitatem innuit: *ſive ad judicationem temporis longinquitas requiratur*, quia naturæ ſegnitiem arguit; quod tum evenire ſolet, cum natura morbum non exactè eo tempore, quo ad criſin concitatur, ſuperavit.

DLXXVI. Ὑδατώδεες δὲ καὶ λευκὸν διατελέως ἐν χρονίοισι, δύσκριτον γίνεται, καὶ οὐκ ἀσφαλές.

DLXXVI. *Diluta vero* [1] *& alba in diuturnis morbis* [2] *perſeverans, difficilem* [3] *& non ſecuram judicationem facit.*

1. Quæ aquam tenuitate & ſplendore æmula-

 tur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

tur, pellucida & aquoſa, nullâqueylioſâ tinctur[a] infecta eſt.

2. Ita ut nulla ſuſpicio ſit, tranſlatæ ad cerebrum vel inteſtina bilis.

3. Tum propter humoris crudi abundantiam, tum pepaſmi, ob effœtas naturæ vires, difficultatem.

DLXXVII. Νεφέλαι δὲ ἐν οὔροισι, λευκαὶ μὲν, καὶ κάτω, λυσιτελέες· ἐρυθραὶ δὲ καὶ μέλαιναι, καὶ πελιαὶ, δύσκολοι.

DLXXVII. *In urinis nubeculæ, albæ quidem, & quæ infimum locum tenent, utiles ſunt: rubræ* [1] *vero,* [2] *nigræ ac* [3] *lividæ, moleſtiam* [4] *exhibent.*

1. A multa bile, vel iis quæ liqueſcunt.

2. Ab incendio ſanguinis: niſi fortè mulier à ſuppreſſione menſtruorum laboret.

3. Partium emortuarum index.

4. Imò funeſtæ ſunt, propter jam dicta.

DLXXVIII. Κινδυνῶδες τῶν οὔρων ἐστὶ τὸ χολῶδες, μὴ ὑπέρυθρον, ἐν τοῖσιν ὀξέσι, καὶ τὸ κριμνῶδες, λευκὰς ἔχον ὑποστάσιας, καὶ τὸ ποικίλον χροιῇ καὶ ὑποστάσει. καὶ μάλιστα τοῖσιν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ῥευματιζομένοισι. κινδυνῶδες δὲ καὶ τὸ ἐκ μέλανος μεθιστάμενον ἐς λεπτὸν χολῶδες, καὶ τὸ ἐξ ὑποστάσιος διεσπασμένον, καὶ τὸ ἐκ τροφιώδεος ὑπόστασιν ἴσχον ὑποπέλιον, ἰλυώδεα. ἆρα ἐκ τοιούτων ὑποχόνδριον ὀδυνῶνται; δοκέω δεξιόν. οἱ δὲ χολώδεες γίνονται, καὶ τὰ παρ' οὓς ὀδυνώδεες. τούτοισιν ἐπὶ βραχὺ κοιλίη καταῤῥαγεῖσα ὀλέθριον.

DLXXVIII. *In præcipitibus morbis periculum*[4] *denuntiat urina*[1] *linoſa, neque aliquantulum rubra, & quæ hordei toſti non exacte moliti craſſioribus fruſtulis ſimilia habet ſedimenta*,[2] *alba, & quæ colore ac ſedimento*[3] *variat, præcipueque in iis quæ ex capite fiunt*,[5] *defluxionibus. Perniciem etiam præ ſe fert, quæ ex nigra*[6] *in linoſam tenuem tranſit, & quæ ſedimentum habet*[7] *divulſum, quæque, ex his quæ denſata*[8] *per urinam feruntur, quod ſubſidet, habet aliquantulum*[9] *liveſcens & limoſum. Ac fortaſſe ex his quidem præcordia dextra*[10] *dolor occupat, aut ex virore*[11] *palleſcunt, aut abſceſſus*[12] *ad aures cum dolore excitantur. In his paulo poſt effuſa*[13] *alvus periculum denuntiat.*

1. Multâ bile, ex ardore τοῦ ἥπατος, vel in hepate, vel in venis, tinctâ.

2. Propter partium ab incendio febrili liquefactionem.

3. Sive illa coloris & ſedimenti variatio ſit diducta, ſive permixta.

4. Nam illud immitis morbi, τὸ ἰκμάλεον καὶ τὴν ἰκμάδα corrumpentis, indicium eſt: iſtud, nimii febris incendii: hoc, multarum affectionum, inæqualitatis materiæ, & in pepaſmo difficultatis.

5. Propter febris & catarrhi è capite mutuam συντιμωρίαν.

6. Quæ depoſitâ priore ideâ, quam in liquoris colore & conſiſtentiâ exhibebat, mutatur. Quia febrem invictam, nec miteſcentem adhuc, cum

naturæ

naturæ infirmitate oſtendit, paris periculi cu nigra index eſt.

7. Propter naturæ à flatuoſo ſpiritu turbati nem, qui naturam diſtrahit, & materiæ continu tatem diſſipat. Unde ſæpe urinæ nigræ & tenu cum contentis divulſis, phrenitidem & deliriu denuntiant.

8. Τετρεῶδες οὖρον, videtur eſſe urina, quæ co tenta denſata & compacta quædam innatantia h bet, & veluti quædam ſublimamenta grumo conferta & denſa, quo materiam craſſam, flat lentam, agitatione & incendio commotam, ſu ſumque ſubvectam, denotant. Nigreſcunt pl rumque tales urinæ ex incendio, viſcerumque r ſolutionem quandam ſignificant.

9. Ob exaſſationem & torrefactionem.

10. Propter hepatis inflammationem.

11. Ex magna viſcerum impuritate & humo rum vitio χλοιώδεες dicuntur, ὅσοι ἐκχλοιοῦνται χλωραίνονται.

12. Per ἀναδρομὴν ſanguinis bilioſi ad caput.

13. Per hepatis ἀτονίαν, quam diuturna inflam matio intulit.

DLXXIX. Οὖρα ἐξαίφνης παραλό γως ἐπ' ὀλίγον πεπαινόμενα, φλαῦρα. καὶ ὅλω τὸ παραλόγως πέπον ἐν ὀξεῖ, φλαῦρον. φλαῦ ρον δὲ καὶ τὸ ἐξέρυθρον ἐκ τούτων ἐπάνθισμα ἰῶ- δες καθεζόμενον. λευκὸν δὲ, καὶ καταχεόμενον δια- φανὲς, οὖρον, πονηρόν. μάλιστα ἐν φρενιτικοῖ- σιν ἐπιφαίνεται. πονηρὸν δὲ καὶ τὸ μετὰ πόνων τα- χέως διορούμενον, καὶ μάλιστα πλευριτικοῖσι καὶ περιπλευμονικοῖσι. πονηρὸν δὲ καὶ τὸ περὶ ῥί- γους ἐλαιῶδες οὐρούμενον. πονηρὸν δ' ἐν τοῖσιν ὀξέσι

ὀξέσι καὶ τὰ χλοιώδεα μὴ ἐπὶ χροιῇ ἐόντα.

DLXXIX. *Urinæ derepente præter [1] rationem parum [2] concoctæ, vitioſæ [3] ſunt. Ac in totum quæ in morbo acuto urina præter rationem cocta eſt, vitium [4] denotat. In his quoque malo eſt prærubra [5] efflorescentia contenta atque æruginoſa. Alba vero [6] effuſa & [7] perſpicua urina, mala [8] eſt, præcipue [9] in phreniticis apparens. Mala quoque quæ poſt potionem celeriter [10] meitur, præſertimque in lateris doloribus & pulmonis inflammationibus. Mala etiam, quæ ante [11] rigorem oleoſa [12] redditur. Mala quoque & in acutis [13] morbis, & quæ ex [14] viridi palleſcunt, nec in colore perſiſtunt.*

1. Non domito humore morbifico, cujus cruditatem modo denuntiabat. οἱ περιεργασμοὶ ἐκ τῶν χρόνων.

2. Propter exiguitatem temporis, funduntur mox crudæ & inflammatæ, prout & antehac erant.

3. Quia morbum invaleſcere, naturam fatiſcere, indicant.

4. Non quidem coctionis vitio, quæ mala eſſe nequit: ſed quod fugax & in priſtinam cruditatem verſa, virtutis coctricis collapſum, & humoris morbifici ſuccreſcentis perennitatem, arguat.

5. Urinas intellige valdè rubentes, permixta multa ſanguinis incocti copiâ, in quibus bilioſa quædam ſupereminent, & velut in ambitu ſpumantes efflorescentiæ ex bile incendioſa & prærubra enatant. Mala eſt, quia incendium denotat, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

tat, & ideò in viſcerum, hepatis inprimis, infla-
mationibus occurrit. Poteſt & naturalis facult
renumque ſummam imbecillitatem indicare.

6. Quæ ſtatim ac excernitur, talis eſt. Ni
quæ micta ſtatim lucida non apparet, ſi pol
clareſcit, inter bonas cenſetur.

7. Conjunctim cum alba ſumenda. hæc ſi
pliciter ita ſumpta cruditatem duntaxat mo
innuit.

8. Quia humorum crudorum colliquatione
indicat.

9. Quia bilioſi humoris, imò omnium ſucc
rum, ἀναδρομὴν ad caput arguit.

10. Ita ut colorem aſſumti potus oſtendat, pr
pter vehemens renum incendium rapta, & id
incocta.

11. Seu is ſudorem moveat, ſeu fruſtra cie
tur. Illius critici inprimis, prænuntia ferè urin
ſuppreſſio: hæc μετάστασιν ad caput & diaphr
gma facit.

12. Sive ea oleoſa, lævis, & de liquefacto adi
pinguis; ſive colore & conſiſtentia, à febrili i
cendio oleum referens.

13. In acutis febribus.

14. Ex bilis incendio. Eſt ad nigrum tranſitu
& via.

DLXXX. Ὀλέθριον δ' ἐστὶν τῶν οὔρων τ
τε μέλαιναν τὴν ὑπόστασιν ἔχον, καὶ τὸ μέλαν
μᾶλλον δ' ἐν τοῖσι παισὶ τὸ λεπτὸν τοῦ πα-
χέος. τοῖσι δὲ λεπτοῖσι τὸ ἀνάπαλιν τοῖσ
συνεστραμμένοις, ἢ τὸ χαλαζῶδες γονοειδὲ
διαχεόμενον. τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐπίπονον. ὀλέ-
θριον δ' ἐστὶ καὶ πᾶν τὸ λαθραίως οὐρούμενον. πε-
ριπλευμονικοῖσι δ' ἐστὶν ὀλέθριον καὶ τὸ ἐν ἀρ-

χ

χῇ μὲν πέπον, μετὰ δὲ τὴν τετράδα λεπτυνόμενον.

DLXXX. *Perniciem vero indicat urina, in qua* [1] *nigrum eſt quod ſubſidet, & quæ nigra eſt. In pueris etiam* [2] *tenuis potius, quam craſſa. (In tenuibus autem contra quam in* [3] *commutatis urinis accidit.) Et quæ grandinem* [4] *refert & genituræ ſimilis effunditur, itemque* [5] *dolorem exhibet. Perniciosa quoque eſt quæcunque inſcio* [6] *ægro redditur. At in pulmonum inflammationibus periculum indicat,* [7] *quæ initio coctionem habet, verum poſt quartum diem tenuis evadit.*

1. Id eſt, quæ ſubſtantiâ & contento nigra eſt; quia humoris per exuſtionem nigri, ſeu atræ bilis à natura non devictæ, ſed crudæ, præſentiam indicat. Aliàs, mulierem illam moroſam cum urinis ſervatam eſſe nigris, in Epidemiis legimus: imò per urinas nigras non rarò quartanæ judicantur. Si urina fuerit nigra, & contentum ſubnigrum, ſignum eſt, humorem, nigrum aliquid coctionis contraxiſſe: ſi verò urina non fuerit nigra, ſed contentum duntaxat, humorem nigrum non eſſe atram bilem exuſtione genitam, ſed humorem melancholicum propriè dictum.

2. Nigra ſcilicet ſi fuerit. Nam quia urinæ nigræ & tenues evadunt, vel propter copiam ſeroſitatis; vel propter partis denſitatem, in qua materia morbifica continetur; vel ob caloris vehementiam, à quo humores quoquo pacto ſublimantur: hæc verò omnia à puerorum temperamento vehemen-

hementer recedunt: ideò facilè colligi poteſt a
fortiſſima & vehementiſſima cauſa procedere.

3. Senſus ex Prognoſtico eſſe debet, craſſam
viris & mulieribus eſſe deteriorem, & quidem
cauſas prædictis contrarias. Vide Marcianum.

4. Id eſt, quæ poſtquam excreta eſt, cont
tum genituræ ſimile habet, ubi ſubſtitit, grandi
ſum, ſeu in albas ſphærulas, grandinis inſtar, co
cretum: quod à caloris, materiam pituitoſam
aſſantis, vehementia provenit. Obſervata t
urina in Philiſco.

5. Acrimoniâ à nimio calore contractâ. Co
ſule de hoc loco & Foëſium.

6. Quia delirium & mentis alienationem,
partium urinæ diſtinatarum exolutionem
notat.

7. Vide titulum de Peripneumonia.

DLXXXI. Πλευριτικοῖσιν οὖρον α
ματῶδες, ζοφῶδες, μεθ' ὑποστάσιος ποικίλ
ἀδιακρίτου, θανάσιμον ἐν δ' καὶ ι' ἡμέρῃσιν,
ἐπὶ τὸ πολύ. θανάσιμον δὲ ἐν τοῖσι πλευρι
κοῖσι συντόμως, καὶ τὸ πρασοειδὲς μέλαιν
ἔχον ὑπόστασιν, ἢ πιτυρώδεα. καυσώδεσι
κατόχως, κάκιστον οὖρόν ἐστι τὸ ἔκλευκον.

DLXXXI. *In laterum [1] doloribus u*
rina [2] cruenta, [3] obſcura, cum eo quod ſub
ſidet [4] vario & [5] indiſcreto, utplurimum
quatuordecim [6] diebus mortem [7] adfert. La
terum quoque dolore affectis in propinqu
[8] mortem eſſe ſignificat, quæ viridis nigru
habet ſedimentum, aut furfuribus ſimil
Febri vero ardente cum alto [9] ſtupore (que
cato

catochum dicunt) detentis, exalbida urina
10 peſſima eſt.

1. Ab inflammatione tunicæ coſtis intertextæ exortis.

2. Sanguinis inſtar colorata, ex ſero inflammato, vel bile ſincera.

3. Craſſa, prærubra & valdè turbulenta urina: cujus craſſitudine ſpiritus ipſi, & lucidus humorum ſplendor extinguitur.

4. Unde variorum affectuum argumentum colligas.

5. Unde fit ἀκατάστατος· qualis eſt θρομβώδης, à flatulento ſpiritu & ſummâ caloris nativi infirmitate.

6. Termino acutis ſueto.

7. Quia ingentem interni incendii exæſtuationem & humorum exagitationem, cui compeſcendæ natura par non eſt, indicat.

8. Urina namque viridis fit à bile æruginoſa; πιτυρώδης hypoſtaſis totius corporis colliquationem indicat; nigra, ſanguinis ab incendio perustionem.

9. Poteſt κατόχως, & de febri pertinaciter inhærente graviterque affligente, ſumi; & de ſtupore febri adjuncto, quo correpti, catochorum more, palpebris nunquam connivent, oculoſque oſtentant firmiter fixos & immobiles.

10. Tum quòd morbi naturæ repugnet; tum quòd naturalium facultatum imbecillitatem præ ſe ferat.

DLXXXII. Οὖρον δὲ ὡ μὲν πλεῖον χρόνον γινόμενον, τῶν ἄλλων σωτηρίων ἐόντων, ἀπόστασιν καὶ πόνον σημαίνει, καὶ μᾶλλον ἐν τοῖσιν ὑπὸ φρένα. ἀλγημάτων δὲ ἐν ὀσφύϊ πλαζομένων,

νωμένων, ἐς ἰσχίον, καὶ ἐν πυρετῷ, καὶ ἄνευ πυ-
ρετοῦ. τὸ δὲ ἐκπεμπόμενον λίπος ἴσχον οὖ
ὑπόστασιν, σημαίνει πυρετόν. τὸ δὲ αἱματῶδ
ἐν ἀρχῇ οὐρηθὲν, χρόνιον. τὸ δ' ἀναταρασ
γμένον μεθ' ἱδρῶτος ὑποτροπήν. τὸ δὲ λευκ
οἷον τῶν ὑποζυγίων, κεφαλαλγίην. τὸ δ' ὑμενώ
δες, σπασμόν. τὸ δὲ πτυαλώδεας ἔχον ὑποστα
σιας οὖρον, ἢ ἰλυώδεας, ῥῖγος δηλωτικόν.
δὲ ἀραχνιῶδες, συντήξιος. τὰ δ' ἐν πλα
νώδεσι πυρετοῖσι μέλανα νεφέλια, τεταρταῖ
τὰ δ' ἄχροα μέλασιν ἐνεωρεύμενα μετὰ ἀγρυ
πνίης καὶ ταραχῆς, φρενιτικά. τὰ δὲ κονιώ
δεα μετὰ δυσπνοίης, ὑδατώδεα.

DLXXXII. *Urina* [1] *cruda, quæ ſi diu perſeverat, ut reliqua ſigna ſalutari* [2] *ſint, abſceſſum* [3] *& dolorem, præcipueque infra ſeptum tranſverſum, denuntiat. Doloribus vero ad lumbos* [4] *oberrantibus, ad* [6] *coxam, idque in* [5] *febre & ſine febre. At quæ emittitur urina, in qua quod ſubſidet,* [7] *pinguedinem habet, febrem* [8] *ſignificat. Cruenta vero circa initia reddita, morbi* [9] *diuturnitatem. Returbida* [10] *quoque* [11] *cum ſudore, morbi* [12] *reverſionem. Alba autem qualis in veterino genere redditur, capitis* [13] *dolorem: membranoſa,* [14] *convulſionem. Quæ vero ſputo* [15] *ſimilia habet ſedimenta, aut limoſa, rigorem denuntiat; quæ araneorum telis ſimilia quædam habet, colliquationem. At*

in er-

n errantibus [16] *febribus nigræ* [17] *nubeculæ* *quartanam* [18] *denuntiant, decolores* [19] *autem urinæ ſuſpenſa* [20] *quædam in medio nigra habentes, cum pervigilio & perturbatione,* [21] *phrenitidem; cineritiæ* [22] *verò cum ſpirandi* [23] *difficultate, aquam* [24] *intercutem.*

1. Pepaſmi expers, propter facultatis coctricis oppreſſionem.

2. Actionibus, excretis, & qualitatibus corporis, non multum à naturali ſtatu abeuntibus.

3. Detruſa tandem materiâ, quæ longum ad coctionem, quia multa & frigida, tempus requirit, ad articulos.

4. Ut oberrandi cauſa in lumbis poſita eſſe videatur, nec aliunde profecta.

5. Sive eò catarrhus ſimplex prolapſus ſit; ſive humoris morbifici facta μετάςασις.

6. Tanquam ad partem quæ lumbis continetur, ſi neque per veſicam, neque per alvum, expurgetur materia.

7. Ἐπίςασιν potius, quàm ὑπόςασιν, legendum eſt: tum quod pinguedines innatare ſoleant; tum quod ipſe Hippocrates in Progn. τὰς ἐπιςαμθύας ἄνω λιπαρότητας ponat, & in Aphoriſmis ἐπίςασιν λιπαρlώ. Quod ſi hypoſtaſis intelligenda eſt, ſumenda erit de κριμνώδεϊ aut πιτυρώδεϊ, tabitudinis & colliquationis indice.

8. Illamque deürentem & cum colliquatione. Duretus de ſolutione febris ſumit.

9. Quia imbecillitatem facultatis coctricis oſtendit; quibus enim urinæ cruentæ ſunt, illis venæ laborant. At morbi coctione mediante terminantur. *Circa initia* addit, ut alias cauſas, quæ tali colore

colore ſueverunt tingere: e. g., ſanguinis aduſt
nem & colliquationem, quæ in morbi princip
in quo leviora omnia, apparere non poſſunt,
cludant.

10. Quæ craſſitudinem confuſam habet.

11. Quo mediante febris ſoluta eſt.

12. Quod, excretis per ſudorem tenuibus h
moribus, craſſi, quorum abundantiam talis ur
arguit, poſt judicationem intus remanſerint.

13. *Jumentorum ſimilis*, ſeu craſſa, & adeò c
turbata, ut nihil deponat, cujuſcunque coloris
humoris, multi, craſſi, crudi, flatuoſo ſpiritu p
mixti, & qui à calidioribus ſuccis exagitatur, fu
ditur, & muſti inſtar fervet, & caput petit,
dex eſt. *Alba*, pituitoſorum humorum copia
atteſtatur, qui agitati, ad caput, tanquam ſuu
fontem, feruntur.

14. Quæ vel pelliculoſa & membranacea qu
dam continet; vel crudam, viſcidam & frigid
materiam, membranis ſimilem, nervis affixam,
cuat. Unde nervorum diſtentio, aut nervoſi g
neris promta conſumtio.

15. Πεταλώδεας fortè, *laminis ſimiles*, hypoſ
ſes, quales nervoſum genus ac vaſorum tunic
unde etiam rigor ortum ducit, impeti oſtendu
Alii ὑαλώδεις, *albumineas*, legunt. Poſſunt tam
& πιυαλώδεες ſubſidentiæ dici, quæ craſſam, i
flatam, aut tumentem habent materiam, qua
ſæpe ſunt craſſioris pituitæ ſputa. Cujuſmodi m
teria tandem incendio & uſtione, fæcem, &
mum, refert, & nobilium potius viſcerum reſ
lutionem, quàm rigorem, indicat.

16. Quarum incerti ſunt paroxyſmi, & ip
periodi typi expertes, ob multiplicem cacoch
miam, & variam partium affectionem.

17. A melancholici humoris in venis domini

18. Qu

18. Quæ ortus principia ducit ex nigro humore, quem genuit bilioſus & varius febris erraticæ intermittentis, fit id præcipuè propinquo autumno.

19. Coloris expertes, aquoſæ, quòd tincturâ quam bilis intulerat, ob ejus in caput raptum, ſpoliatæ ſint.

20. Ab humore nigro, quem ardor febrilis in ſanguine torrefacto, vel in corporibus, quæ ab eo colliquantur, genuit.

21. Excitatá ibi inflammatione.

22. Vel potius lixivio ſimiles, facto ex lixe, quam Græci κόνιον vocant. Non facilè reſident, & oriuntur à perturbatione, ſeu in venis à ſpiritu flatulento & febrili ardore. Poſſunt & σποδοειδέες intelligi, cinerei nempe coloris & velut pulverulentæ aut quodammodo calce perfuſæ & exalbeſcentes, quæ inſignes vaſorum obſtructiones ex pituitoſæ & craſſæ materiæ copiá teſtantur.

23. Quam oppreſſum ab inflammato hepate diaphragma infert.

24. Cujus cauſa hepar, per μαρασμὸν παρεγχυμῆ alienatum, cum extinctione caloris ſanguifici: unde perennis aquarum generatio, quæ per lienem in omentum depoſitæ, tranſeunt in alvi amplitudinem.

DLXXXIII. Οὖρον ὑδατῶδες ἢ τεταραγμένον ψαφερῇ τρηχύτητι, κοιλίην ὑγρὴν ἐσομένην σημαίνει. τὸ δὲ ἔκλεπτον οὖρον δασυνόμενον, ἄρα ἱδρῶτα μέλλοντα δηλοῖ· γεγονημένον δὲ, ἀφρῶδες ἐπ' αὐτῷ ἐφιστάμενον.

DLXXXIII. *Urina* [1] *diluta aut* [2] *arenidâ & facile diſſolubili aſperitate returbata,*

liquidam fore alvum [3] *denuntiat. Quæ ve rò admodum tenuis ſpiſſa* [4] *evadit, fortaſſe eruptūrum ſudorem indicat, jam autem e rupiſſe, quæ ſpumam* [6] *in ſeipſam inſidente habet.*

1. Aquoſa & colore & tenuitate.

2. Quæ poſt ſeparationem contenti turbida ad huc remanet, quæ contentum habet inæquale & aſperum in ſuperficie, ejuſque conſiſtentia ade friabilis eſt, ut commotâ vel leviſſimè urinâ, ſta tim per eam diffundatur; idque propter partium ſanguificationi deſtinatarum imbecillitatem. Ex perientia enim demonſtrat, eos qui viſcerum im becillitate laborant, adeò laxum generare ſan guinem, ut è vena eductus non coëat, vel facil diſſolubilem conſiſtentiam contrahat.

3. Eadem ferè ratione, quâ, quibus per febre ſanguinis undecunque eruperit copia, iis cum re ficiuntur, ventres humectantur.

4. Naturâ ſuccorum concoctionem aggre diente.

5. Excipiente concoctionem excretione. A benſina, urinas quæ quarto die tinguntur, & ſe ptimo craſſitudinem accipiunt, ſudorem prædice re ſcribit.

6. Propter materiæ per ſudorem erumpentis, ſ tenax & glutinoſa, agitationem.

DLXXXIV. Τὰ δ᾽ ἐν τριταίοισι μετὰ φρίκης οἷα νεφέλια μέλανα, φρίκης ἀκατα στάτου δηλωτικά. καὶ ὑμενώδεες ἐρήσιες, καὶ α μετὰ φρίκης ὑφιστάμεναι, σπασμώδεες.

DLXXXIV. *In tertianis* [1] *cum hor rore nubeculis* [2] *nigris ſimilia, inconſtanten*

3 *hor-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

horrorem indicant. Membranoſæ[4] *quoque mictiones, & quæ cum horrore*[5] *ſubſidunt, convulſiones prædicunt.*

1. In tertianis nothis, quarum materia eſt bilis & pituita permixtæ: qui humores cum non ſint quoad collectionem, corruptionem & motum, ὁμοιότροποι, paroxyſmos incertos pariunt.

2. Vide præterita.

3. Vel potius ἀτάκτου ἢ τεταγμένου. Nam ex incertis paroxyſmis, unde ſunt febres erraticæ, naſcuntur certæ quartanæ, quarum etiam eſt certa ἐπισημασία, periodicus horror ac typicus; ut exactarum tertianarum rigor. Foëſius biliosi humoris exaſſationem per nigras nubeculas indicari opinatur, unde fiat tranſmutatio, & quidam in quartanarium circuitum tranſitus: idque quodammodo inconſtantem horrorem ſubindicare, quod à præſtituta ſibi forma aberret, neque eandem, aut debitum tempus ac numerum, obſervet.

4. De membranaceis urinis vide ſuperius.

5. Cum horrore ἐφιστάμεναι (ſic potius legendum, quam ὑφιστάμεναι) ſubſiſtentes, convulſionem inferunt intrò raptæ, & inde ad caput tranſmiſſæ.

DLXXXV. Οὖρον χρηστὴν ἔχον ὑπόστασιν, ἐξαπίνης μὴ ἔχον, πόνον καὶ μεταβολὴν σημαίνει. τὸ δὲ ὑπόστασιν ἔχον ἐπιταραχθὲν καθιστάμενον, ῥῖγος περὶ κρίσιν. τάχα δὲ καὶ ἐς τριταῖον ἢ τεταρταῖον μεθίστασιν.

DLXXXV. *Urina, in qua quod ſubſidet, bonum eſt, & derepente evaneſcit, dolorem ac mutationem*[1] *denuntiat. At quæ*

ſedimentum [3] habet, [2] returbida, reſiden-
rigorem [4] circa judicationem, forte etiam &
in [5] tertianam aut [6] quartanam tranſitum.

1. Morbum invaleſcere, humorem morbif-cum increſcere, & naturam ſub affectus onere fa-tiſcere, indicat.

2. Quæ turbulenta emiſſa eſt, nec tamen i[n] mixtione humoris cum ſero confunditur, ut e[o] ſtatu maneat nec ſegregari poſſit.

3. Quæ ſuam veluti fæcem deponit, ut vinum in cella vinaria, quod agitatum in dolio priu[s] turbatum fuerat.

4. Expreſsâ cacochymiâ febrili ex vaſis ad cu-tim, unde rigor criticus die critico, poſtquam tur-batæ primò, mox reſidentis, urinæ inchoata con-coctio, in manifeſtam abit.

5. Excuſsâ bilioſæ materiæ in meſenterica vaſ[a] portione, ibique putreſcente.

6. Interventu febris erraticæ.

DLXXXVI. Ἐν πλευριτικοῖσιν οὖ-ρον ὑπέρυθρον, ἔχον λείην ὑπόστασιν, ἀσφα-λέα κρίσιν σημαίνει· τὸ δ' ὑπόχλωρον διαν-θὲς, λευκὴν ἔχον ὑπόστασιν, καὶ παχεῖαν. τὸ ἐρυθρὸν σφόδρα καὶ διανθὲς, ὑπόστασιν χλω-ρὴν ἔχον λείην, εἰλικρινέα, πολυχρόνιον σφόδρα ταραχώδεα νοῦσον μεταβαλλοῦσαν ἐ[ς] ἄλλην, οὐ μὴν ὀλέθριον. τὸ δὲ λευκὸν, ὑδα-τῶδες, κριμνώδεα, πυρρὴν ἔχον ὑπόστασιν, πό-νον τε κίνδυνον σημαίνει. καὶ τὸ χλωρὸν, πυρρὴν ἔχον ὑπόστασιν, κριμνώδεα, χρόνον τε κίνδυνον σημαίνει.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

DLXXXVI. *Laterum dolore affectis urina aliquantulum rubra, lævem habens ſubſidentiam, ſecuram* [1] *judicationem prænuntiat. Quæ verò aliquantulum* [2] *pallida, bene* [3] *florulenta eſt, & albam habet* [4] *ſubſidentiam, celerem* [5] *quoque. At quæ admodum* [6] *rubra & bene* [7] *florulenta, ſedimentum* [8] *pallidum, leve* [9] *ac purum habet, diuturnum* [10] *valdeque turbulentum morbum fore, & in alium* [11] *tranſiturum, non tamen* [12] *pernicioſum. Alba vero,* [13] *diluta, hordei toſti non exacte moliti craſſioribus fruſtulis* [14] *ſimile habens ſedimentum, fulvum, dolorem* [15] *& periculum denuntiat. At quæ* [16] *pallida, fulvum* [17] *habet ſedimentum, hordei toſti non exacte moliti craſſioribus fruſtulis ſimile, diuturnitatem* [18] *ac periculum indicat.*

1. Quæ tum naturæ mitificantis ope, tum pari operâ thoracis ſuſcipitur, per liberam & liberalem ſputi boni anacatharſin.

2. Subviridis Dureto, & quæ inſtar ſucci herbarum in ſuperficie vireſcit: qualis vocatur χλοιώδης ἐν χροιῇ. Toto liquore quæ vireſcit à bile eſt in vena magna, & arteria aorta incenſa.

3. Quæ χλωέρασμα οὐκ ἔχει λαμπρὸν, quæ tantummodo ſubvireſcens ἐπάνθισμα habet.

4. Pepaſini indicem.

5. Quod vix verum eſſe, ſi ita intelligi debet, videtur. Ideò alii per *florulentam urinam* intelligunt pellucidam & puram, quæ ad naturalem urinæ colorem prope accedit, quæque pellucido

 colore

colore floreat, & parum ſuperiore parte rub ſcat, qualis ob ſanguinis motum ſecurum & br ve judicium interdum indicare poteſt. Foëſ florulenta urina eſt illa, quæ effloreſcentias qua dam ſpumeas extantes, & veluti flores ſuperem nentes, habet; qualis in magno bilis fervore, ſanguinis efferveſcentiâ, funditur. Hinc præce ac celer morbi motus.

6. Multâ bile, quam ardor febrilis genuit, ſa turata.

7. Qualem Foëſius jam dixit.

8. Χλοιῶδες, bile flavâ per incendium febri in viridem migrante.

9. Quod non à calore nativo, ſed febrili, habe Rerum malarum æqualitas pejor eſt, quàm ina qualitas.

10. Propter humoris morbifici δυσπεψίαν, visceris ab æſtu incandeſcentiam.

11. Κατὰ μετάπλωσιν καὶ ἐπιχύεσιν.

12. Quod incertum eſt. Nam μεταπλώσει prava μετάστασις eſſe ſolet, ut bona διαδοχή. ἐπι χύεσις ſemper multum periculo ſuperadjicit Proſpero Marciano *urina admodum rubra & ben florulenta*, à ſanguinis ſeroſitate, cum haud con temnendâ bilis copiâ conjuncta, quæ *ſedimentum cum pallore viride, læve & purum*, redolet. *Hoc*, qui à ſanguine ſeroſo, utpote tenui, nec ſubſidentiam faciente, infici non poteſt. *Iſtud*, quia natura ip dominatur. Innuit & *morbum diuturnum*, qui ſanguinis ſeroſitas à ſanguificatricis imbecillitate hac præſente, tarda coctio: & *turbulentum*, tum quia ſeroſitas dum incaleſcit, evaporat, & capu petit; bilis verò hujuſmodi morbos naturalite producit: & *qui in alium tranſmutatur*, tum ob materiæ morbificæ tenuitatem, à qua facili motus; tum humorum diverſitatem, unde unus

alteri

alteri cedit. Et diverſa hinc morborum genera.

13. Propter bilis quâ fucabatur, ad alvum vel caput tranſmiſſionem.

14. Ex hepatis vel renum colliquamento. Datur tale & in diabete renum.

15. Propter bilis migrationem.

16. Viridis Dureto, non ſuperficie ſolum, ſed totâ ſubſtantiâ.

17. Viſcerum, quæ ab eadem febre colliquantur, argumento: unde bilis flava in viridem mutatur.

18. Imò mox affuturam mortem ſignificat. Proſpero, ſedimentum hordeo toſto ſimile ab exuſtione procedit; àlba & diluta cum tali urina, ab exuſtione, tum illâ quâ humores per venoſum genus transfluentes incendium contrahunt; tum illâ quâ humores in aliqua parte concluſi ſummo flagrant incendio. *Hoc modo*, parte inflammatâ & humoribus fortiter infixis, veriſimile eſt, tenuiores partes vi caloris extrahi, & cum urina excretas *albam & dilutam* facere: quemadmodum deſtillati liquores utplurimum colorem eorum ex quibus extrahuntur, non retinent. *Dolor excitatur*, quia pars inflammata eſt. *Periculum denuntiatur*, quia nunquam talis inflammatio periculo vacat. *Illo modo, urina, ex virore palleſcens*, exoritur; & quia pars craſſior quaſi exuſta, in particulas quaſdam parvas incraſſatur, eæque cum urina excernuntur, ideo *ſedimentum eſt hordei toſti fruſtulis ſimile. Diuturnitas* ſignificatur; quia non tam cito humores per venoſum genus diſcurrentes concoquuntur, ac qui in parte conculcati ſunt. Concoctio enim quietem exigit.

DLXXXVII. Οὖρα τοῖσι πυρ' ὦτα.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

ταχὺ καὶ ἐπ᾽ ὀλίγον πεπαινόμενα, φλαῦρον. τὸ καταψύχθαι ὧδε, πονηρόν.

DLXXXVII. *In his quæ circa aur abſcedunt, urinæ quæ celeriter & parvo tem pore concoquuntur, damno ſunt. Quin & perſrigerari, itidem malum eſt.*

Vide Coacam 206, & Prorrhet. 113.

DLXXXVIII. Κύστις ἀποληφθεῖσα ἄλλως τε καὶ μετὰ κεφαλαλγίης, ἔχει τι σπα σμῶδες. τὰ ναρκώδεα ἐν τοιούτοισιν ἐκλυόμε να, δύσηλα, ὀλέθρια. ἆρά τι καὶ παρα κρούουσι;

DLXXXVIII. *Veſica* [1] *intercept maximeque* [2] *cum capitis dolore convulſio nem* [3] *quandam minatur. Quæ in his cum torporis ſenſu* [4] *exolvuntur, moleſtiam, non perniciem, afferunt. Ac forte etiam aliquantulum* [5] *deſipiunt.*

1. In morbis acutis.

2. Qui humorum ad caput tranſlationem faciliorem reddit.

3. Sive enim veſica fuerit in cauſa, quæ, quia nervoſa eſt, trahit nervorum principium in conſenſum: ſive renes, qui, quia ad partem poſteriorem quæ nervis magis participat, ſiti ſunt; & quia ſpinali medullæ adjacent, facilè nervoſo generi affectionem communicant. Unde ſymptomata convulſoria.

4. A lumborum & cervicis oppreſſione, ob venarum & arteriarum diſtentionem ab humoris ad caput tendentis ἀναδρομῇ.

5. Mate-

5. Materiâ, ſimul atque appulit, paraphorica ſymptomata edente. Vide Prorrhet. 120.

DLXXXIX. Νεφρῶν ἐξαπίναιον ἄλγημα, μετ᾽ οὔρου ἐπισχέσιος, λιθιδίων οὔρησιν, ἢ παχέων οὔρων, σημαίνει.

DLXXXIX. *Derepente obortus renum [1] dolor cum urinæ [2] ſuppreſſione, calculorum [3] aut urinæ [4] craſſæ [5] mictionem indicat.*

1. De dolore acuto, ex improviſo, à movente ſe calculo, oborto, res eſt, dolent aliquando iſti viciſſitudine quâdam permutari.

2. Vel quod ren alteruter à calculo interceptus ſit, vel quod inflammatione vexetur. Magna eſt ſympathiæ in officii ſocietate vis.

3. In renibus coagmentatorum.

4. Mixtione ſucci mucilaginoſi, limoſi, tartarei, cui vis λιθοποιητική.

5. Ideò diureticis purgandum, levandum, attenuandum.

DXC. Τρομώδεα πρεσβυτέροισιν ἐν πυρετῷ, καὶ οὕτως ἐπιφαινόμενα λιθίδια τοῦ διουρέει.

DXC. *Tremores [1] ſenioribus in febre contingentes ubi apparent, calculi [2] fortaſſe per urinas excluduntur.*

1. Concuſſiones membrorum, quæ in magnis rigoribus apparent, & à bilis copiâ virtutiſque robore dependent, βρασμὸν ὡς ἀπὸ ῥίγεος, vocat Aretæus.

2. Qui ureterem tranſeuntes, vehementius irritando, talem tremorem inducunt. Nec bilis

copia, nec virtutis robur, ſenili ætati conveniu
Major verò calculorum ſuſpicio, ſi renum do
& urinæ ſuppreſſio præceſſerunt.

DXCI. Οὔρου ἀπόληψις καὶ βάρος
νειαίρῃ, σημαίνει ὡς τὰ πολλὰ στραγγουρίην
ἔσεσθαι. εἰ δὲ μὴ, ἄλλην ἀρρωστίην τῶν ἔσω
ἀρρωστεῖν.

DXCI. *Urina* [1] *intercepta, & ad imu* [2] *ventrem* [3] *pondus, utplurimum futuru urinæ* [4] *ſtillicidium denuntiat: ſin minus alium aliquem* [6] *morbum ex conſuetudine a fligentem.*

1. Ab occupatâ vel exolutâ veſicâ.

2. Ad hypogaſtrium.

3. Quòd ſemper ibi cauſam ipſius ſubeſſe ſtatur, ubi percipitur.

4. Idque morbo veſicæ, non autem ſymp mate.

5. Manente interim hypochondrii gravitate, urinæ interceptione.

6. Dyſuriam nempe, & iſchuriam, quoru cauſa eſt aut grumus aut calculus, aut ulcus, ab ceſſus, aut phlegmone. Veſica difficiliores mo tiferoſque magis habet dolores, ſi per ſe labora incipit. Quandoquidem toti corpori, & nerv & menti, labem traducere valentiſſimè poteſt.

DXCII. Ἐν χολώδεσιν οὔρου ἀπόληψ
κτείνει συντόμως.

DXCII. *In bilioſis urina intercept mortem brevi affore ſignificat.*

Sive renum vitio, *inquit Foëſius*, ſive veſicæ a
fect

fectu, urina ſupprimatur, periculum minatur & citam mortem: ἡ γὰρ ἐπίσχεσις τῶν οὔρων θανατώδης Aretæo. Συντόμως verò, aut ſymptomatum vehementiam & intenſionem, aut periculi celeritatem, indicat. *In bilioſis* addidit, quia ubi humor hic prædominatur, acutos & letales ex ſe morbos producit: ἢν τὸ οὖρον δριμὺ καὶ δακνῶδες ἐγγένηται, ψύξιες, τρόμοι, σπασμοὶ, διατάσιες καὶ πληρώσιες τῶν ὑποχονδρίων. Duretus εἰλεώδεσιν legit: frequens quippe ſtranguriæ & ilei adinvicem tranſitus eſt, cum ſcilicet pituitæ illabentis in utrumque alveum propagatio eſt, aut pariter in utroque cumulata congeries.

DXCIII. Οὖρον ἐν πυρετῷ δάσυς ἔχον διεσπασμένον, ὑποστροφικὸν, ἢ ἱδρῶδες.

DXCIII. *Febricitanti urina denſitatem habens divulſam, morbi reverſionem aut ſudorem portendit.*

Senſus eſt, urinam *ſpiſſam*, quædam continentem divulſa, magnam adhuc ſupereſſe agitationem in corpore, nec planè confectas morbi reliquias oſtendere. Inde *ſudoris*, ex materiæ cruditate, & naturæ oppreſſione, *copia*; & *recidivæ* metus, quod natura totam ſimul materiam coquere non poſſit.

DXCIV. Ἐν μακροῖσι πυρετοῖσι, λεπτοῖσι, πλανώδεσι, λεπτῶν οὔρων οὐρήσιες, μηνύουσι.

DXCIV. *In febribus* [1] *longis, parvis, vagis, tenuium urinarum ejectiones, lienis* [2] *affectionem denuntiant.*

 1. Qua-

1. Quarum humores varii, & variè diſpoſit[...] meatuum anguſtia, & magna oppreſſio.

2. Quia ſigno lienis, qui cœpit jam pridem du[...]reſcere, ac tandem κατάῤῥοπος factus eſt, appa[...]rent. Sunt lienoſis tales, tum per ſe, debili ſan[...]guifico hepatis calore, à tumore lienis, unde & hydropes aſſurgunt; tum ex eventu in talibus, u[...] hîc poſitum, febribus.

DXCV. Ἐν πυρετῷ ἄλλοτε ἀλλοίων ὀ[ῦ]ρήσιες, μηκιῦνουσι.

DXCV. *In febre variarum interdum urinarum mictiones, morbum producunt.*

Illa demum urina, *inquit Duretus*, longi eſ[...] morbi, quæ certis quibuſdam vel omnibus ſu[...] partibus, variorum humorum variarumque affe-ctionum eſt index: ex quibus difficilis eſt redin-tegratio, difficilis item pepaſmus. Nam difficul-tas redintegrandi partes è natura egreſſas, & con-coquendi humorem, morbos inde natos facit partim ἀκρίτους, partim δυσλύτους, partim letales.

DXCVI. Τὰ οὐρήματα μὴ ὑπομνησθέν-των, ἄλλως ἢ ὀλέθρια. ἆρα τούτοισιν οὐρεῖται οἷον εἰ τὴν ὑπόστασιν ταράξειας.

DXCVI. *Urinæ quæ non* [1] *ſentienti-bus effluunt, alias perniciem* [2] *denuntiant. Animadvertendum num tales his reddantur, quales fiunt* [3] *ubi ſubſidentiam conturba-veris.*

1. Sive iis mens laboret; ſive partes ſint exo-lutæ.

2. Quia magnos morbos indicant.

3. Quales ſunt illæ quæ jumentorum ſimiles.

Nam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

Nam ſi hoc acceſſerit, deſperata ſalus eſt. Vide Prorrhet. 29.

DXCVII. Οἷσιν οὖρα ὀλίγα, θρομβώδεα, οὐκ ἀπυρέτοις, πλῆθος ἐκ τούτων ἐλθὸν λεπτῶν, ὠφελεῖ. ἔρχεται δὲ τοιούτοις ἐξ ἀρχῆς, ἢ διὰ ταχέων ὑπόστασιν ἔχει.

DXCVII. *Quibus urinæ [2] paucæ, [3] grumoſæ, non [1] ſine febre, ſi ab iis tenues [4] & copioſæ prodierint, [5] juvat. Talibus autem circa initia [6] procedunt, aut non multo poſt ſedimentum habent.*

1. Eâque continuâ, nec ad ἀπυρεξίαν veniente.

2. Quia in via ſubſiſtunt, quòd fortè vis renum, propter ſeri craſſô humore perfuſi contumaciam, in ſecernendo peccet.

3. Quæ de confuſis & perturbatis, partim liquorem purum oſtentant; partim humorem craſſum liquori appenſum, quo antea confuſæ ſpiſſabantur: ſpiritus flatulentus in cauſa, & inchoatus pepaſmus, qui humoris contumaciam nondum domuit.

4. Pepaſmo ab inchoato ad perfectum tranſeunte. Unde humoris mitigatio, meatuum libertas, & naturæ robur.

5. Ad ſalutarem criſin. Non tantum febre urina talis liberat, ſed & abſceſſus infernarum partium metu.

6. Scilicet urinæ craſſæ, quæ ſtatim circa initia, gravitatis materiæ ratione, ſedimentum accipiunt. Si de tenuibus ſumatur, mediocriter craſſæ, & comparatè tenues, intelligendæ ſunt.

DXCVIII. Οἷσιν οὖρα ταχέως ὑπόστασιν ἴσχει, ταχέως οὗτοι κρίνονται.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

DXCVIII. *Quibus in urinis cito al*
quid ſubſidet, hi brevi judicantur.

Brevi judicantur, ſeu ad ſalutem, ſi id quod ſu
ſidet, eſt læve, æquale, album; unde caloris na
vi, æqualiter ſeſe in omnes partes inſinuantis, r
bur, materiæ bonitatem, & ſolidarum partiu
virtutem, colligas: πεπασμοὶ ταχύτητα κρίσι
καὶ ἀσφαλείην ὑγείην σημαίνουσιν· (vide Aph
riſm. 71 ſ. 4.) ſeu ad mortem, ſi hypoſtaſis eſt n
gra, aſpera, diſſipata, vel concreta: quod ab a
doris febrilis violentia, morbifici ſucci corrupti
ne, & naturæ imbecillitate, proficiſcitur.

DXCIX. Ἐπιληπτικοῖς οὖρα λεπτὰ
ἄπεπτα παρὰ τὸ ἔθος ἄνευ πλησμονῆς, ἐπι
ληψιν σημαίνει, ἄλλως τε κἢν τις ἐς ἀκρ
μιον, ἢ τράχηλον, ἢ μετάφρενον πόνος,
σπασμὸς ἐμπεπλώκῃ, ἢ νάρκη περιγίνητ
τοῦ σώματος, ἢ ταραχῶδες ἐνύπνιον ἑωράκῃ.

DXCIX. *Urinæ præter conſuetudine*
tenues & crudæ, abſque repletione, mo
bo [1] *comitiali obnoxiis, morbi* [2] *inſultum d*
nuntiant, idque præcipue ſi in ſummum h
merum, aut cervicem, aut dorſum, [3] *do*
aut convulſio incidat, aut torpor [4] *totu*
corpus occupet, aut turbulentum [5] *inſomniu*
viſum fuerit.

1. Epileptica ſymptomata jam expertis.

2. Vel tranſlata bilis ad cerebrum urinam ti
ctura deſtituit; vel, ventriculo inter ſtagnandu
debilitato, concoqui ineptam, tenuem vel cruda
dimitt

dimittit: quod tamen non omninò neceſſarium eſt, niſi ſequentia ſymptomata acceſſerint.

3. Læſo rhomboïdis muſculi, à cervice, ad octavam dorſi vertebram rectâ lineâ, ad acromium obliquâ, deducti, exortu.

4. Ut ægrè moveatur & ſentiat, cerebro jam vapore offuſo.

5. Ex eadem cauſa.

DC. Τὸ μικρὰ ἐπιφαίνεσθαι, οἷον στάξιας, καὶ οὖρον, καὶ ἔμετον, καὶ διαχωρήματα, κακὸν μὲν πάντως. κάκιστον δὲ, ἐγγὺς ἀλλήλων ἰόντα.

DC. *Quæ parva copia apparent, velut ſtillæ ſanguinis, urinæ, vomitiones, & dejectiones, malum quidem penitus denuntiant: peſſimum verò, ſi exiguis intervallis ſeſe conſequantur.*

Senſus eſt: μοχθηρῶν εἶναι σημείων ἀποκρίνεσθαι σμικρά. Nihil enim paucum κρίσιμον. Inprimis verò, ſi exiguis intervallis ſeſe dejectiones conſequantur. Nam tunc fatiſcentis naturæ vires meritò ſuſpectamus, ubi pluribus excretionibus tentatis nihil planè erumpit, ſed omnia intrò ſubſiſtunt: ἐγγὺς ἀλλήλων idem eſt, quod οὐ μετὰ πολλὺ χρόνον.

TITULUS XXXV.

De Dejectionibus.

DCI. Διαχώρημα κοιλίης βέλτιστον, μαλθακὸν, συνεστηκὸς ὑπόπυῤῥον, μὴ σφόδρα δυσῶδες, διαχωρέον τὴν εἰθισμένην ὥρην.

ὥρην. πλῆθος δὲ πρὸς λόγον τῶν εἰσιόντων. πα
χυνέσθω δὲ πρὸς τὴν κρίσιν. χρήσιμον δὲ
ἕλμινθας στρογγύλας διεξιέναι, πρὸς κρίσ
περὶ στεῖρον.

DCI. *Alvi recrementum optimum e* [1] *molle*, [2] *conſtans, aliquatenus* [3] *fulvum nec admodum* [4] *graveolens, eoque tempo quo per ſecundam valetudinem dejici ſolet* [5] *excretum: copia vero ingeſtis cibis reſponden Craſſum* [6] *autem fieri oportet in* [7] *judicatio nem eunte morbo. Utile* [9] *quoque quod lum bricos* [8] *teretes ad judicationem exire cogit.*

1. Quod neque ſubſidit neque circumfluit inter durum & liquidum medium.

2. Quod non diffluit, ſed ſuis terminis conti netur. Celſus *figuratum* dixit.

3. Ob bilis ſubrufæ, quæ ſtimuli loco eſt, cum pituitâ permiſtionem.

4. Ideoque putredinis expers.

5. Quod firmiſſimum ſecundæ valetudinis a gumentum.

6. Quod humidum primò fuit, & quaſi ἄπε πτον, unde ſolidarum partium robur in excremen ti pepaſmo ſeſe exerere colligas.

7. Ad ſalutem.

8. Quorum ortus & domicilium in tenuibu inteſtinis.

9. Propter cauſam n. 6 dictam. *Nota* verò poſſe dejectiones in ſanis & varii coloris, & odo ris gravis, ab aſſumtis eſſe, idque egeſtionibu firmari. In ægris, quia talibus cibis non utuntur ſi tales obveniant, à præternaturali cauſa obve niſſe cenſendum.

DCII

DCII. Ἐν ὀξέσι τὸ ἀφρῶδες, περίχολον διαχώρημα, κακόν. κακὸν δὲ καὶ τὸ ἔκλευκον. ἔτι δὲ καὶ κάκιον τὸ ἀλητοειδὲς, κοπρῶδες. κάρος ἐπὶ τούτοισι κακὸν, καὶ αἱματώδης διαχώρησις, καὶ κενεαγγίη παράλογος.

DCII. *In præcipitibus* [1] *malis ſpumans* [2] *&* [3] *circumbilioſum alvi recrementum, malo* [4] *eſt. Malum* [6] *quoque &* [5] *exactè candicans. Adhuc verò* [7] *deterius farinæ molitæ inſtar, &* [8] *ſtercoroſum. Præter hæc* [9] *ſopor malo* [12] *eſt, & cruenta alvi* [10] *dejectio, ac immoderata vaſorum* [11] *inanitio.*

1. In acutis morbis, qui utplurimum à bile naſcuntur.

2. Bullis minimis in ſuperficie obſitum, tum à flatu, tum à calore præternaturali eximio.

3. Περίχολα διαχωρήματα dicuntur. De *lumbricis* verò tenendum, malum eſſe ſigno, ſi à materiæ ipſis infenſa pravitate expelluntur: Bonum in fine ſigno & cauſa, ſi naturæ principatum obtinentis impulſu, idque etiam tum, cum non generati ſunt in eo morbo, in quo apparuere, ſed diutius ante in inteſtinis latitantes, ſuperveniente morbo excernuntur. In ipſo verò morbo vermes produci, in adultis inprimis malum quidem, quia chyloſæ ſubſtantiæ putredinem indicat, ſed non pernicioſum, ſeu locum, ſeu materiam, ſeu gradum putredinis, attendas. Galeno τὰ χολώδεα, ἢ τὰ πέριξ αὐτῶν ἔχοντα χολὴν τῇ συστάσει λεπτὴν, circumbilioſæ egeſtiones, quæ in ambitu colorantur & bile obducuntur.

4. Quia effervefcentis caloris copiam, quæ difficulter domatur, ſignificat.

5. Nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

5. Nec ab aſſumtis tale, ut pulte ex farina
lacte, vel lacte ipſo, quale Apollonio cuidam
uſu lactis caprilli fuit; ſed quod bilis tinctu
careat.

6. Ictericorum quippe talis, phreniticorum
liquando.

7. Quod farinam molendo ſubactam ref
tum candore, tum lævore aut conſiſtentiâ; a
quod velut pultaceum eſt, ac ſtatim depoſitu
errat ac diſſolvitur.

8. Quale icterici obſtructo aut ſcirrhoſo jec
dejiciunt.

9. Nam *illud* in magnis viſcerum & tot
meſenterii obſtructionibus, aut tenuioris inte
ni inflammationibus, cernitur: *hoc* ſummam
trilaginem & corruptionem ſignificat.

9. Carus ob nimiam cerebri refrigeration
exortus.

10. Ab hepatis ἀτονίᾳ profecta.

11. Per quam etiam id quod prodeſt, evacuat

12. Propter evidentes cauſas. Quo plures
vitio ſunt facultates, eo res ægri pejore ſunt lo

DCIII. Κοιλίης ἀπόληψις μικρὴ, μ
λαινα, πυραθώδεα, πρὸς ἀνάγκην χαλῶ
μυκτὴρ τούτοισι ῥηγνύμενος, κακόν.

DCIII. *Ubi alvus modice intercept*
nigra, [1] *ſtercoribus caprarum ſimilia, nec*
ſi [2] *coacta demittit, hoc caſu naſus erum*
pens, malo [3] *eſt.*

1. Qualia propter ignei caloris vim dejiciu
tur; ita ut nigricie accedente, igneam planè af
ctionem intus ſubeſſe oſtendant.

2. Proritata clyſtere aut balano.

3. Quia exſiccato & imbecillo corpore, qu

vis excretio, etiam critica, haud parum ſuſpecta eſt. Talia excrementa in inteſtinis tenuioribus craſſeſcunt & indurantur: quod maximam ſiccitatem interiorum conſequitur, quæ naturaliter madeſcunt.

DCIV. Γλίσχρον, ἄκρητον, ἢ λευκὸν διαχώρημα, φλαῦρον. φλαῦρον δὲ καὶ τὸ ἄλις ἐζυμωμένον, ὑποφλεγματῶδες. πονηρὸν δὲ καὶ ἐκ τροφιωδέων ὑπόστασις ὑποπέλιος, πυώδης καὶ χολώδης.

DCIV. *Alvi recrementum glutinoſum, ſincerum, aut album, in* [1] *vitio eſt. Vitioſum* [3] *quoque quod abunde* [2] *fermentatum eſt, & aliquantulum pituitoſum. Pravum etiam, cùm ex his quæ* [4] *denſata feruntur, quod ſubſidet, aliquantulum liveſcit, purulentum ac bilioſum eſt.*

1. Nam *glutinoſum recrementum* & ſincerum, *meracum* ſimul, incendium ſummum in interioribus ſignificat, quo pituitæ humiditas abſumitur, eaque eo modo viſcoſa redditur, quo oxymel viſcoſum reddere ſputum, ſi nimis acre fuerit, Hippocrates ſcripſit. Addidit *ſincerum*, quia ſæpe pituita in inteſtinis, à ſtercore aut alio humore humiditatem ejus depaſcente, glutinoſa ſine omni noxa redditur. *Album* in vitio eſt, quia, ſi *à pituita* tale, calorem internum, dum humiditatem ejus abſumere non potuit, ita eam corrupiſſe indicio eſt, ut, per corruptionem, & ſplendorem & lentorem amiſerit, albedinemque intenſiorem contraxerit: ſi *abſque pituita*, humores omnes, qui fæces colorare ſolent, ad partem aliquam principem receſſiſſe, ſignificabit.

2. Vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

2. Vel quod, cum molle ſit, bullis quibuſd
fere inſenſibilibus per totam ſubſtantiam re
tum eſt, quæ id in majorem molem attollu
vel quod plurimam bilem atram retorridam c
tinet, quæ in terram effuſa, eam abradit, & p
tes omnes in altum attollit. Eſt enim ζύμω
Platoni τῆς γεώδους οὐσίας ὁμοῦ κίνησις καὶ ἀέρωσις

3. Quia, ſi priore modo tale eſt, à calore v
hementi, dum ſuccos crudos agitat, oritur; ſi p
ſteriore, à bile atra.

4. Τρυγώδεα διαχωρήματα etſi intelligi p
ſint, quæ concreta quædam fruſtulatim diſcer
feruntur, videtur tamen cum Foëſio germa
propè lectio, ſi ἐκ σποδωδέων ὑπόστασις ὑπόπελι
ἰλυώδης ex Prorrhetico legatur. Atque ea liqu
alvo optimè convenire videntur, quæ cum t
minibus ſæpe effundi ſolet, cum humorum c
ruptione, ex viſcerum vitio. Unde ejuſmodi ſ
livida & purulenta materia educitur. Quid; ſi
interioris tuberculi ruptura innuitur, unde p
color lividus? Erotianus per σποδοειδῆ explic
cinerea nempe, quæ veluti exaſſantur & to
fiunt. ὑπόστασιν in dejectionibus poni novu
non eſt. Quod ſi aliquid *bilioſi* adfuerit, majus
periculum, ut in Prognoſt. 73 l. 11 videre eſt.

DCV. *Αἷμα λαμπρὸν διαχωρέειν, κ*
κόν, ἄλλως τε κἢν τις ὀδύνη παρῇ.

DCV. *Sanguis ſplendidus* 1 *alvo per*
ceſſum rejectus, malo 2 *eſt, præſertimque*
dolor aliquis adſit.

1. A ruptâ, exeſâ, vel apertâ, in alvo venâ. I
tur & dyſenteria ſanguinolenta, peculiaris i
qui altero crure mutilati plethoram contrahun

2. Qu

2. Quia ſtatâ periodo, duce naturâ, λαυρῶς καὶ χυρῶς κατὰ τὴν διέξωσίαν τοῦ ἥπατος non cietur.

3. Aut hypochondriorum, aut abdominis, qui viſceris alicuius vitium aut ulcus prodit. Inſeritur & venis meſaræi exeſis.

DCVI. Τὸ ἀφρῶδες περίχολον διαχώρημα, φλαῦρον, καὶ ἰκτερῶνται δὲ ἐκ τοιούτων.

DCVI. *Spumans & bile* [1] *obductum alvi recrementum, vitio* [2] *eſt. Quin & inde morbus* [3] *regius contrahitur.*

1. Quod nempe ſpuma non obſtante, quæ ad albedinem ſemper tendere videtur, in totum flavo colore ſuffuſum eſt.

2. Quia tale non à flatuum copia ſpumam elevante, ſed ab internorum incendio, oritur. Ideo ſaturato colore ſpuma inficitur.

3. Inprimis ſi hepar inflammetur. Vide Prorrhet. 53.

DCVII. Ἐπὶ τοῖσι χολώδεσι τὸ ἀφρῶδες ἐπάνθισμα, κακόν. μάλιστα δὲ ὀσφὺν πεπονηκότι, καὶ παρενεχθέντι. ἆρα δὲ τούτοισι τὰ ἀλγήματα;

DCVII. *In bilioſis dejectionibus ſpumoſa efflorescentia, malo eſt, iis verò præcipuè quos antea lumborum dolor aut deſipientia vexarit. Forteque etiam dolores iis adſunt.*

Bilioſa dejectio, *inquit Duretus*, in bilioſis pejor eſt ſpuma rutila, quæ ab incendio viſcerum effloreſcit. Tum exudante cacochymia in alvum è lumbis dolentibus; vel eâ demiſsâ è cerebro in

æſtu dementiæ; bilioſa & ſpumans dejectio in
nata, non illud adimit quod intus lædit, ſed il
ipſum magis læſurum oſtendit, quo ipſa pejor
paret. Non minus etiam calamitoſa eſt inte
nis & ſedi exulcerando, quàm cerebri, lumb
rum, & hepatis, unde venit. Fortè ex humoris
lioſi per inteſtina delati fervore & acrimonia,
num dolores perſeverare indicat. Vide Prorrh
21, & 22.

DCVIII. Λεπτὸν ἔπαφρον διαχώρ
μα, ὑδατέχλοον ἴσχον ὑπόστασιν, πονηρόν. π
νηρὸν δὲ καὶ τὸ πυῶδες, καὶ τὸ μέλαν αἱματῶ
πονηρὸν σὺν πυρετῷ, καὶ ἄλλως. καὶ τὸ ποικ
λον κατακορὲς διαχώρημα, φλαῦρον. καὶ χ
ρον ὅσῳ φοβερώτερον τῇ χροιῇ, πλὴν ἐν φα
μακείῃσιν. ἐν δὲ ταύτῃσιν ἀκίνδυνον μὴ πλ
θει ὑπερβάλλον. καὶ τὸ ψαφαρὸν μαλθακὸν
πυρετῷ διαχώρημα. φλαῦρον δὲ καὶ τὸ ξηρ
ψαθυρὸν, ἄχλοον, καὶ ἄλλως. καὶ ἢν κοιλί
καθυγραίνῃ. μελάνων δὲ προδιελθόντων, κλεῖ

*DCVIII. Tenue [1] alvi excrementu
& [2] ſpumans, in quo quod ſubſidet [3] aqueu
eſt & ex pallido [4] vireſcens, malo [5] eſt: m
lum quoque, [6] purulentum. Nigrum etia
[7] cruentum malum, [8] cum febre, atque
l ias. Vitioſum [10] quoque varium [9] abun
coloratum alvi excrementum, eoque det
rius [11] quo colore formidandum magis, pr
terquam in medicamenti potione. Tunc nam
que [12] periculo vacat, copia non [13] exup
ran*

ans. Friabilis [14] *quoque mollis* [15] *in febre*
lvi ſeceſſus, vitio [16] *eſt. Vitioſus quoque*
ccus, [17] *qui facile diſſolvitur, nec cohæret,*
ecolor, idque præcipuè ſi alvum [18] *humectet:*
talis [19] *verò, ſi nigra antea prodierint.*

1. Cruditatis indicium διὰ τ̀ στέρησιν τῆς πέ-
ψεως, vel quod prærepta ſit occaſio coquendi, vel
uod virtus collapſa. Adeſt ſeroſorum humorum
opia.

2. Spumam habens æqualem à ſpiritu flatu-
nto, qui in ſpumantis materiæ partes omnes æ-
ualiter à calore febrili movetur.

3. A cruditate & circumfluo ſero.

4. Bilioſum, incendii interni index.

5. In morbis nempe acutis, quia ſignificat na-
ræ à febrili æſtu infractionem.

6. Inprimis ſi cœnoſum eſt & fœdi odoris, quia
ſceris unde manat, corruptionem induit. Al-
um, æquale & minimè graveolens, partes per
uas tranſit, ſæpe offendit.

7. Ὁκοῖον αἷμα μέλαν, ut Aphor. 21 ſ. 4.

8. Quia tale inſanabili exolutorum viſcerum
epatis & lienis vitio tranſmittitur: idque tum
febre, à tempeſtate peſtifera, unde viſcera li-
uantur; tum aliàs & ſine febre illatâ viſceribus
τονία.

9. Ποικίλον καλακορὲς, admodum & impenſe
rium; vel quod ſincerum & impermixtum
geritur. Tale eſt abradens, bilioſum, cruenta-
m, porraceum, nigrum.

10. Propter dictam cauſam.

11. Nam, ſi bilis flava ſincera appareat nigra,
gnificat & ad ultimam viſcerum incendio con-
agrantiam ventum eſſe; & inteſtinis neceſſa-
o vim inferri.

12. Quia

12. Quia id quod lædit, & læſurum impo
rum erat, excluditur.

13. Ut fieri ſolet in ὑπερκαθάρσει.

14. Arenida, non cohærens, qualis eorum
panicum, milium aut hordeaceos panes, eſitaru
ψαθαρὸν, ſeu ψαθυρὸν, eſt τὸ εὐδιάλυτον καὶ μη
μίαν ἕνωσιν ἔχον.

15. Cujus calor putredinalis eſt.

16. Quia ex viſcerum corruptione & co
quatione procedit.

17. Fruſtillatim divulſus, & qui coïre non
teſt, quod humorem ardor febrilis exhauſe
vel de viſceribus quodammodo jam emori
exudans ichor diſſolverit. *Decolor* eſt, quia n
lum coctione colorem acquiſivit, propter ſu
mam innati caloris imbecillitatem.

18. Quod ſymptoma eſt partium calido m
bo effœtarum, & καυστικὰ excrementa, m
caprarum parva & globuloſa, ichoris, quem fi
dunt, nimiâ abundantiâ diſſolventium.

19. Quia nihil magis calorem nativum ex
guit, ac ardor febrilis, à quo iſta in fæcibus ni
cies.

DCIX. Ὑγρὸν διαχώρημα, καὶ ἀθρ
καὶ μικρὸν, κακόν. τὸ μὲν γὰρ κακὸν καὶ ἀγ
πνίην, τὸ δὲ ἔκλυσιν τάχ' ἂν ποιήσῃ.

DCIX. *Liquidum alvi [1] recrementu
& brevibus intervallis [2] cumulatum, m
eſt. Partim namque vitium [3] & inſomnia
partim verò [4] exolutionem, pariet.*

1. Quod ſui ſemper ſimile eſt, colore, liq
re, copiâ & exeundi modo; nec ullo pepa
craſſeſcit.

2. E

2. E capite nempe, viſceribus atque venis, totoque corporis habitu.

3. Crebrâ & ægrâ dejiciendi cupiditate.

4. Quia liquida alvi dejectio, ex imbecillitate naturæ orta, eandem magis deprimit, & in lipothymiam præcipitat.

DCX. Ἔνυγρον ὑπόψαφαρον διαχώρημα περιψυχομένου μὴ ἀπύρῳ, φλαῦρον. τὰ ἐπὶ τούτοισι ῥίγεα κύστιν καὶ κοιλίην ἐπιλαμβάνει. ὑδατῶδες δὲ σφόδρα διαχώρημα μὴ παυόμενον ἐν ὀξέσι, κακόν. καὶ μᾶλλον εἰ καὶ ἀδιψήσει.

DCX. *Perliquidum* [1] *& aliquantulum* [2] *friabile alvi recrementum, cum ſummi totius corporis* [3] *perfrictione, non ſine febre,* [4] *vitioſum eſt. Rigores* [5] *præterea veſicam & alvum corripiunt. Valde verò aquoſa dejectio in præcipitibus* [6] *malis non* [7] *deſinens, malo* [8] *eſt, atque eo magis ſi ſitis* [9] *vacuitatem fecerit.*

1. Ab ichoris copia, quam ventriculi & viſcerum ἀτονία, ex inveterato & lento incendio, fundit.

2. Vide Coacam 608.

3. Propter nativi caloris, qui in corde, paupertatem.

4. Tum ipſo ſymptomate, unde vigiliæ & virium temporis ſucceſſu proſtratio; tum causâ, ſeu vitio inſanabili.

5. Materiâ ad partes illas, utpote imbecilliores, tranſlatâ, unde dolores. Quod ſi inflammationem contrahunt, convulſionem ob conſenſum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

quem partes illæ cum nervorum principio ha-
bent, expectare oportet.

6. In morbis acutis, quorum naturæ contrar
eſt decolor & aquoſa, ac fortè raptæ ſurſum bil
ſignum.

7. Quæ nihil à ſe liquore, colore, copiâ, & ex
eundi modo, mutatur.

8. Invaleſcente morbo, & fatiſcente naturâ.

9. Si in cauſa ſitifera ſitim ob mentis pertur-
bationem non ſenſerit.

DCXI. Ἐξέρυθρον ἐν περιπλύσει δια-
χώρημα, φλαῦρον. φλαῦρον δὲ καὶ τὸ σφόδρ
χλωρὸν, ἢ λευκὸν, ἢ ἀφρῶδες, ἢ ὑδαρές. κ
τὸ μικρόν τε καὶ γλίσχρον, καὶ λεῖον καὶ ὑπόχλω-
ρον, κακόν. καὶ τὸ κωματώδεσι νενωθρευμένοισι
ὑγρὸν διαχώρημα, κάκιστον. θανατῶδες δὲ κ
αἱμοῤῥοεῖν αἱματῶδες πολὺ θρομβῶδες. λευ-
κόν τε καὶ ὑγρὸν μετὰ κοιλίης μετεώρου.

DCXI. *Prærubrum [2] in alvi [1] prolu-
vie excrementum [3] vitio eſt. Vitioſum etiam
admodum [4] ex viridi palleſcens, aut albi-
cans, aut ſpumans, aut aquoſum. Item ma-
lum eſt, quod exiguum, glutinoſum, læve &
ex viridi ſubpallidum. Peſſima quoque de-
jectio [5] liquida in [6] ſopore & [7] torpore deten-
tis. Letale [10] verò eſt etiam multum ſan-
guinem [8] grumoſum ex alvo effluere, item-
que [9] candidum & liquidum excrementum
cum alvi tumore.*

1. Quâ venter liquido excremento fertur.

2. A ſa-

2. A ſanioſo ſanguine quem hepatis ἀτονίᾳ
ūndit.

3. Signo & cauſa, ut hactenus dictum.

4. Prout ſæpe explicatum eſt.

5. Aquoſa, cruditatis eximiæ ſoboles, ob fa-
ultatis coctricis, partium naturalium vitio, colla-
pſum.

6. Veternoſa inclinatione ad ſomnum propter
xolutionem detentis.

7. Exolutis potius, quàm oppreſſis, ita ut præ
mbecillitate decumbendi, ſubinde prolabantur
d pedes.

8. Sive is talis proprio; ſive expultricis, quæ
anguinem diuturniore mora in inteſtinis con-
reſcere permittit, vitio.

9. Quale eſt, cum chylus, ob inflammata tenuia
nteſtina ad hepar penetrare non potis, elabitur:
nde hypochondria totumque ex continuitate
bdomen attolluntur.

10. Nam ſanguis grumoſus, ſi magnâ copiâ
unditur, aut ſanguinis vitium, aut facultatis im-
ecillitatem, indicat: chylo verò elabente fruſtra-
ur genio ſuo corpus, quod & incendium inter-
um abſumit.

DCXII. Διαχώρημα μέλαν οἷον αἷμα, ἢ σὺν πυρετῷ, καὶ ἄνευ πυρετοῦ, πονηρόν. πονηρὸν δὲ καὶ πάντα τὰ ποικίλα, καὶ τὰ κατακορέα πονηρά.

DCXII. *Alvi excrementum* [1] *nigrum velut ſanguis; & cum febre, & ſine febre, malo eſt. Mala* [4] *item quæcunque* [2] *varia, & quæ bile* [3] *abunde ſunt ſaturata.*

1. Vide Aphoriſm. 21 l. 4.

2. A varietate humorum, qui difficulter c
ctione miteſcunt.

3. Quæ quo diutius procedit, eò coloris inte
ſioris redditur.

4. Et *illa* quidem propter cauſam jam dictar
hæc verò, quia alterationem concoctioni oppo
tam, quæ nihil aliud eſt quàm corruptio, contrah

DCXIII. Τὰ ἐς ἀφρώδεα ἄκρητα τ
ελευτῶντα διαχωρήματα, παροξυντικὰ μ
πᾶσι, τοῖσι δὲ σπασμώδεσι καὶ πάνυ. ἐκ τοι
των τὰ παρ' οὖς ἀνίστανται. τὰ δὲ ἐξυγραιν
όμενα, καὶ πάλιν συνιστάμενα, ἄκρητα, κοπρω
δεα, μῆκος νούσου σημαίνει. τὸ δὲ ἐξέρυθρον ἐ
πυρετῷ, παρακοπτικόν. τὸ δὲ λευκὸν κοπρῶδε
ἰκτέρῳ δύσκολον. τὸ δὲ ὑγρὸν ἐν τῷ τεθεῖν
λαβὸν ἔρευθος.

DCXIII. *Alvi recrementa quæ*
ſpumoſa & [1] *ſincera deſinunt, omnibus qui*
dem ingraveſcentis [2] *mali ſignificationem*
præbent, convulſione verò tentatis vel [3] *ma*
ximè. In hujuſmodi caſibus ad aures [4] *tu*
bercula oriri ſolent. At quæ [5] *perliquida, a*
rurſus conſiſtentia, ſincera, ſtercoracea
morbi longitudinem denuntiant. Prærubrum
[6] *verò in febre,* [7] *delirium. Candicans autem*
ſtercoroſum, in morbo regio [8] *moleſtiam ex*
hibet: ac [9] *liquidum etiam, ubi reſederit*
ruborem adeptum.

1. Quæ cum à principio meraca non ſint, poſt
ea talia fiunt, & fluere deſinunt.

2. Qui

2. Quia ab ardoris in viſceribus concepti incremento oriuntur. Ceſſatio ipſa mala eſt, tum quia lege optimæ ſolutionis, quæ exigit ut dejectiones paulatim craſſitudinem acquirant, non fit: tum quia in ſinceris deſinit; quæ, ſi mala ſunt, dum defluunt; pejora erunt, ſi ceſſent.

3. Convulſiones, accedente novâ & malignâ ad caput materiâ exoriuntur.

4. Si pituitæ ſimul copia viget.

5. Senſus eſt: Si in febre, aut citra eam, quantum humidi venarum & alvi excrementa diluebat, tantum profluvio vacuatur, craſſiore parte remanente, quæ ſubeſt; contingit idem quod phymatis, unde tenuior pars ſuperſtite craſſa exhalavit, ut morbus diuturnus evadat.

6. Quale à bile ſummum fervorem perpeſſa proficiſcitur.

7. Capite, quod jam per febrem læſum eſt, vel à vaporibus, vel ab humore ipſo, unde inflammatio, obſeſſo.

8. Tum albedine quæ contumacis obſtructionis in poro choledocho index eſt; tum conſiſtentiâ cylindraceâ, quæ ſiccitatem ictero à febre adjunctam indicat.

9. Quia liquida hepatis imbecillitatem ſignificat; ruborem adepta fervorem, à quo bilis acrior in dies generatur. Vide Prorrh. 50, & 111.

DCXIV. Αἱμοῤῥαγέσι γλίσχρον διαχώρημα μέλασι διαποίκιλον, κακοηθὲς, μάλιστα ἢ ἐκλεύκοις.

DCXIV. *Sanguinem effundentibus glutinoſum alvi recrementum, maculis nigris diſtinctum, malignitatem denotat, præcipueque in exalbidis.*

Nullum deterius ex gravi hæmorrhagia malu[m] extinctione caloris; unde cachexia, vel mors. H[u]jus index, *excrementum viſcoſum*, quod colore[m] ab exuſto humore aliquando provenientem [con]cludit; *maculis nigris diſtinctum*, quæ ab ipſo ſa[n]guine refrigerato & corrupto contrahuntur: *pr[æ]cipueque in exalbidis*, in quibus nec exuſtus h[u]mor, nec melancholia naturalis abundare ſolet.

DCXV. Ἔκλευκον διαχώρημα ἐν πυ-ρετῷ οὐκ εὐκρινές.

DCXV. *Exactè candicans alvi recr[e]mentum in febre nullam bonam judicati[o]nem denuntiat.*

Non poteſt tale recrementum in febre bona[m] judicationem denuntiare, quia vel bilem ad c[e]rebrum tranſlatam, unde delirium & phrenit[is] facilè invadere poſſunt, ſignificat; vel in ven[as] ſuppreſſam, unde validarum obſtructionum i[n]dicium.

DCXVI. Κοιλίη ταραχώδης σμικρῇ-πυκνῇσιν ἀναστάσεσι, σιηγόνας ξυντείνει. λύει δὲ ἐπὶ προσώπου γινόμενα ἐρυθήματα.

DCXVI. *Alvus perturbata cum fre-quenti deſidendi labore, maxillas* [1] *intendi[t] rubores etiam faciei* [2] *ſolvit.*

1. Dum multos vapores verſus caput mitti[t]. Acris & tenuis materia nervos proprietate quâ[m]dam invadit, quæ quia hîc exigua, ita ut totum genus nervoſum lædere non poſſit, nervos facie[i] tantum invadit.

2. Materiâ, ruborem faciente, ad alvum dele[]gatâ.

DCXVII.

DCXVII. Κοπρώδης μετὰ τόνου διαχώρησις, κοιλίης πονηρίην σημαίνει. φλεγματώδης δὲ ὀξέως μετὰ καρδιωγμοῦ, δυσεντερίην. τάχα δὲ καὶ ὀσφυαλγίην. τοῖσι τοιούτοισι κοιλίης περίστασις πρὸς ἀνάγκην ὑγρὰ χαλῶσα ταχίον κυλλομένη, ἔχει τι σπασμῶδες. τὸ ἐπιῤῥιγοῦν τούτοισιν ὀλέθριον.

DCXVII. *Stercoracea alvi egeſtio cum* [1] *tenſione, alvum malè affectam* [2] *denuntiat. Pituitoſa verò repente, cum oris ventriculi dolore, inteſtinorum* [3] *difficultatem, & fortaſſe etiam lumborum* [4] *dolorem. In talibus alvus circumtenſa, ex neceſſitate* [5] *liquida demittens, celeriter* [6] *intumeſcens, quandam convulſionis* [7] *ſignificationem præ ſe fert. In his novus ſubinde rigor,* [8] *periculum creat.*

1. Quæ maximo nixu pe ficitur.

2. Quia vel ſtercoris durities expultrici facultati reſiſtit; vel materia viſcida & tenax inteſtinis adhærens, facultati, ad expulſionem ſtimulatæ, ob tenacitatem non facile cedit; quod ſymptoma teneſmon dicitur; vel facultas ipſa inteſtinorum laborat.

3. Quia pituita eſt acris, & calida; non per ſimplicem bilis admiſtionem, dum per inteſtina permeat; ſed & in ipſo ventriculo; quod oris ventriculi dolor innuit.

4. Dum lumbi affectioni inteſtinorum ob vicinitatem compatiuntur.

5. Non ſpontè, ſed artis auxilio.

6. Ob detentos in ventre humores, qui ſu
riora potius, quàm inferiora, petunt. ὀγκυλλομ
legendum: ὀγκύλλεσθαι enim Atticè, τὸ μέγα
ἐπηρμένα φρονεῖν.

7. Nervoſo genere, aut ſpinali medullâ, ob c
ſortium quod cum inteſtinis habent, com
tiente.

8. Vide Coacam 348.

DCXVIII. Οἷσι μέλανα διαχωρέε
ἐφιδρῶσι ψυχροῖς.

DCXVIII. *Quibus nigra per alvu
ſecedunt, ii tenuibus & frigidis ſudorib
diffluunt.*

Agitur hic de iis qui nigra egerere non de
nunt, in verbo διαχωρέει. Generationem perp
tuam vacuatio oſtendit; perpetua generatio, v
ſcerum alienationem, quam extinctio caloris n
tivi ſequitur: Unde ſudores frigidi & tenues, mo
tis rudimenta.

DCXIX. Οἷσι κοιλίη κατ' ἀρχὰς τα
ράσσεται, τὰ δὲ οὖρα μικρὰ, προαγόντων κο
λίη μὲν ξηραίνεται, τὸ δ' οὖρον πληθὺ λ
πτὸν, τούτοισιν ἀποστάσιες ἐς ἄρθρα.

DCXIX. *Quibus circa initia*[1] *alvu
turbatur, urinæ*[2] *autem paucæ ſunt, tem
poris progreſſu alvus quidem reſiccatur, uri
na verò*[3] *tenuis abundat, his abſceſſus*[4] *a
articulos fiunt.*

1. Materiâ ad alvum conversâ.

2. Seceſſus largus mictionem paucam habet
mictio noctu multa, exiguum ſeceſſum.

3. Reple

3. Repletis ab humore immodico venis, per cujus ſpiſſitudinem ut tranſcolentur, ſuam ipſæ deponunt. Si craſſiores fluerent, morbum evacuatâ materiâ ſolverent.

4. Si frigida cauſa eſt. Calida aures petit. Vide Aphoriſm. 74 ſ. 4.

DCXX. Αἱ κατὰ μικρὰ ἀναστάσιες ῥιγώδεες· καὶ οἷς φλαῦρον διαχώρημα, δυσκολώτατον τεταρταίοισιν ἀρχόμενον.

DCXX. *Frequentes deſidendi labores rigorem [1] adferunt: & quibus alvi recrementum [2] vitioſum eſt, id maximam [3] moleſtiam exhibet, ſi quarto [4] die initium fecerit.*

1. Dum tranſeuntes humores membranoſa inteſtina vellicant.

2. Tenue nempe, fœdi odoris, glutinoſum, viride, vitellinum, aut nigrum.

3. Dum vi morbi, virium imbecillitas ſupervenit.

4. In quo omnia malignitatis indicia ſuſpecta ſunt.

DCXXI. Αἱ πυκναὶ κατὰ μικρὰ ἀναστάσιες ὑπόγλισχροι, ἔχουσαι μικρὰ κοπρώδεα, μεθ' ὑποχονδρίου καὶ πλευροῦ ἀλγήματος, ἰκτερώδεες, ἆρα ἐπιστάντων οὗτοι ἐκχλοιοῦνται; οἶμαι δὲ καὶ αἱμοῤῥοεῖν τούτους. τὰ δ' ἐς ὀσφὺν ἀλγήματα ἐν τούτοισιν αἱμοῤῥοοῦσιν αἷμα διαχωρέει λαμπρόν. μετὰ κάρου καὶ κεφαλαλγίης, τὸ ἐπιχλιαίνεσθαι, ὀλέθριον.

DCXXI. *Frequentes [1] & ex parvis intervallis deſidendi labores, aliquantulum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

glutinoſa [2] *excernentes, cum paucis ſtercor*
ceis, præcordiorum & lateris [3] *dolore, mo*
bum [4] *regium prænuntiant. Animadverte*
dum autem, num ex iſtorum ſuppreſſione
cum [5] *virore palleſcant. Eos verò etiam e*
iſtimo [6] *ſanguinem profundere. Hos quoq*
lumborum dolores [7] *affligunt, & his ſangu*
nem profundentibus, ſanguis [8] *ſplendid*
prodit. Cum ſopore & capitis dolore ſubin
[9] *incaleſcere, perniciem* [10] *denuntiat.*

1. Qui naturâ validè oppreſsâ plerumque ac dunt.

2. Unde φλόγωσιν meritò ſuſpiceris.

3. Dextri hypochondrii. Sic enim hoc nome quoties abſolutè ponitur, ſumendum eſt.

4. Ex jecoris ſeu obſtructione, ſeu inflamm tione, provenientem.

5. Quod omnino affirmandum eſt. Subſiſte enim qui per inteſtina nonnullus ſolebat efflue humor, per corpus diffunditur.

6. Ex naribus, ſi ſanari debent.

7. Sanguine verſus ſuperiora iter moliente, oppreſſis ex magnæ, quæ illuc excurrit, venæ repl tione, muſculis.

8. Purus. ipſe nempe largâ copiâ cruor.

9. Ob ſummam ejus repletionem, ubi no modo interiores partes, ſed & exteriores, oppr mantur. Externis ſolis læſis non fit ſopor: inte rioribus ſolis, nullus dolor.

10. Quia materiam pituitoſam in cerebro pu treſcentem. Quia hinc lenta febris, ſuperincal ſcere dixit.

DCXXII. Τὰ γλίσχρα, χολώδεα

μᾶλλο

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

μᾶλλόν τι τὰς ἀποστάσιας παρ' οὖς ποιέει.

DCXXII. *Glutinoſæ, bilioſæ dejectiones, magis quodammodo abſceſſus juxta aures excitant.*

Hæc eſt enim vera parotidum materia. Quare, ſi hac deorſum erumpente alvus ſupprimatur, veriſimile eſt, ad caput progredi, & inde ad aures abſcedere. Subſidere, perveniente alvi fluore, ex Clazomenii hiſtoria l. 1 Epidem. videre eſt.

DCXXIII. Ὅσα κοιλίης καθυγραινομένης οἰδήματα μετεωρίζεται μετ' ἀλγημάτων, κακόν. κοιλίης δ' ἐπιστάσης, ἄλλου δέ τινος μὴ νεωτερισθέντος, ταχέως καταῤῥήγνυται, καὶ κακοηθέστερον. τὰ ἐμούμενα ἐπὶ τούτοισι πονηρὰ καὶ θηριώδεα.

DCXXIII. *Tumores* [1] *humeſcente* [2] *alvo ſublati in altum cum* [3] *doloribus, malo* [4] *ſunt, alvo verò* [5] *ſuppreſſa, dum ne quid aliud* [6] *innovetur, celeriter* [7] *rumpuntur, & maligniores ſunt. In his vomitus* [8] *pravi & maligni.*

1. Phlegmonæ ſyſtrophicæ, intus vel extra conceptæ.

2. Ita ut vel cruditatis expertia fundat, diarrhœamque ſymptomaticam, ab humore effero, impetu ſuo concitato, moveat: vel cruda; quod in lienteria ab inflammatione accidere ſolet.

3. Qui phlegmonas comitari ſolent.

4. Quia inde hydrops prænuntiatur.

5. Propter excrementorum craſſitiem, quæ, urinarum cruditate permanente, corrigi non poteſt.

 6. Seu

6. Seu humoris ad caput tranſlatione, ſeu phy-matis crudi in coctum mutatione.

7. Seu reſtitutâ virtute expellendi; ſeu excrementis pondere ſuo tandem decidentibus, accedente retentricis imbecillitate, & expultricis potentiâ.

8. Quia humorum malignitatem & feritatem denotant, qui vel ſubſtantiâ ſuâ, vel vaporibus ventriculum vellicant: quales ſunt æruginoſi & atrabilarii, qui ſulfuris in modum intra venas accenſi, tetro cuncta halitu fœdant.

DCXXIV. Οἷσιν ἐπὶ φλογώδεσι καὶ ἐξερύθροις λυομένοις, δυσῶδες, λάβρον, ὑπέρυθρον, ἐλπὶς ἐκμανῆναι.

DCXXIV. *Quibus faciei incendium & intenſus rubor* [1] *ſolvitur, & graveolens* [2] *eſt alvi egeſtio, redundans & ſubrubra, in his inſaniæ* [3] *metus eſt.*

1. Ita ut cerebrum appetat, à ſimplici venarum & arteriarum inflammatarum, quæ à viſceribus ad cerebrum aſcendunt, ſympathiâ.

2. Quia bilioſi, æſtuantes & acres ſucci, quos viſcerum incendium produxit, funduntur.

3. Tranſlatâ ad cerebrum materiâ.

DCXXV. Ὁ αὐχμώδης χρὼς σημαίνει κοιλίην πονηρευομένην. ἐπὶ τούτοισιν ἐξέρυθρα σαρκόπυα μάλιστα διέεισιν.

DCXXV. *Cutis corporis* [1] *ſqualllida & plus æquo ſicca, male affectæ* [2] *alvi index eſt. In his prærubræ* [3] *caruncula purulentæ ferè ex alvo prodeunt.*

1. Hiul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

1. Hiulca & rimis multis fiſſa, in manibus in-primis & pedibus, quod hæ partes caloris nativi, qui unicus ſanguinis corrector, pauperie laborent. Fit id vel à pituitâ ſalsâ & putri, quæ à natura aſſimilari non poteſt; vel à retorrido atrabilario ſanguine, qui ob craſſitiem in cutim nutritionis gratia inſinuari non poteſt.

2. Viſcerum alvinorum omnium, inprimis verò jecoris.

3. Ut in dyſenteria letali. Solent & interdum viſcerum vitio, & labefactatâ naturali œconomiâ, prærubra excrementa effundi, carnis teneræ & mollis colliquationem præ ſe ferentia. Χρῶς Hippocrati, quælibet pars corporis carnoſa, aut quicquid in corpore eſt carnoſum, cujus generis præcipuè ſunt cutis & muſculi.

DCXXVI. Ἐπὶ κοιλίῃ χολώδῃ μαλθακῇ, κοπρώδῃ, καύματα ἐπιφανέντα, παρ' οὖς ἔπαρμα ποιεῖ.

DCXXVI. *In biliosa alvo, molli, ſtercoracea egerente, apparentes æſtus tumorem ad aures excitant.*

Alvus biliosa & mollis, ſi ſtercoracea egerat, bilis ad caput tranſlationem indicat. Nam ut res ægrotanti benè ſuccedat, ab aquoſis & tenuibus ad craſſiores paulatim tranſitum fieri oportet. Si igitur biliosa, quæ ad caput tranſlata ſunt, delirium erit; ſi pituitoſa ſimul, κώματα (non καύματα) excitabuntur, & inde parotides. Petita hæc Coaca ex Prorrhet. 168.

DCXXVII. Χολώδεα διαχωρήματα κώφωσις παύει. κώφωσιν δὲ παύει χολῶδες διαχώρημα.

DCXXVII. *Bilioſas alvi dejection[...] ſurditas, & ſurditatem bilioſa alvi dejecti[...] ſedat.*

Vide Aphoriſm. 28 & 60 ſect. 4.

DCXXVIII. Τὰ ἑρπηστικὰ ὑπερ[...]νω βουβώνων, πρὸς κενεῶνα δὲ ἤδη γινόμεν[...] σημαίνει κοιλίην πονηρευομένην.

DCXXVIII. *Serpentia ulcera*[1] *ſ[...]pra inguina, ad laterum inanitatem & p[...] bem enata, malè affectam*[2] *alvum denu[...]tiant.*

1. Quorum cauſa humorum acrimonia & e[...] uſtio; quæ nullo modo per coctionem corri[...] poteſt. Ideo tales criticè non excernuntur.

2. Cujus ſignum liquidiora & bilioſiora, qua[...] par ſit, alvi excrementa, interioris in viſcerib[...] mali ſoboles.

DCXXIX. Ἔκλυσις ὀδύνην λύουσ[...] κοιλίην μάλα καθυγραίνει.

DCXXIX. *Virium*[1] *exolutio dol[...]rem ſolvens, alvum maximè humectam[...] reddit.*

1. Sive pro animi defectione, ſive pro mem[...]brorum impotentia quadam ſumatur.

2. Habitum enim totius corporis refrigerat &[...] humectat. Unde contingit, ut, relaxatis ventricu[...] fibris, & revocatis ſpiritibus, alvus effundatur.

DCXXX. Τὰ καθ' ἕδρην ὀδυνώδε[...] ἐκπυήματα, κοιλίην ἐπιταράσσει.

DCXXX[...]

DCXXX. *Quæ circa ſedem cum dolore ſuppurant*, [1] *alvum conturbant.*

1. Doloris ratione, inquit Foëſius, fit attractio, & puris acrimoniâ alvus etiam irritatur.

DCXXXI. Θανατώδεά ἐστι τῶν διαχωρημάτων τὸ λιπαρὸν, καὶ τὸ μέλαν, καὶ τὸ πελιὸν μετὰ δυσωδίης, καὶ τὸ χολῶδες ἔχον ἐν ἑωυτῷ φακῶν ἢ ἐρεβίνθων ἐρείγμασι παραπλήσια, ἢ οἷον θρόμβους αἵματος εὐανθεῖς, κατὰ τὴν ὀδμὴν ὅμοιον τῷ τῶν νηπίων, καὶ τὸ ποικίλον, τὸ δ' αὐτὸ καὶ χρόνιον. γίνοιτο δ' ἂν τοιοῦτον αἱματῶδες, ξυσματῶδες, χολῶδες, μέλαν, πρασοειδὲς, καὶ ὁμοῦ, καὶ ἐναλλάξ. θανατῶδες δὲ καὶ πᾶν ἐστι τὸ ἀναισθήτως διεξιόν.

DCXXXI. *Exitialis eſt dejectio* [1] *pinguis & nigra*, [2] *ac livida cum odoris gravitate, itemque bilioſa ſimile quiddam lentium aut cicerum lomento* [3] *continens, aut veluti bene florulentos* [4] *ſanguinis grumos, & infantium egeſtionem* [5] *odore referens, ac varia, eademque diu perſeverans. Talis etiam fuerit* [6] *cruenta, ſtrigmentoſa, bilioſa, nigra, viridis, & ſimul, & per vices excreta. Exitialis quoque quæcunque prodeundo ſenſum* [7] *ægri fallit.*

1. Quia colliquationis index eſt.

2. Quia ab atra bile & ingenti incendio proficiſcitur.

3. Quia ingentem humoris bilioſi, in anguſtis venæ

venæ portæ ad hepar anfractibus diu contenti
peraſſationem ſignificat.

4. Interſperſas ſanguinis floridi notas, quæ m
leſtam & exitialem dyſenteriam minantur.

5. Quia à conditione ætatis & morbi plu
mum abhorrent. Exprimitur hic quod in Pr
gnoſtico ἡ ἰώδεα καὶ κάκοδμα.

6. Quia à ſumma humorum pravitate & i
genti calore febrili proficiſcuntur.

7. Quia mentem laborare, vel reſolutione
inteſtinorum, innuunt.

DCXXXII. Ποτὸν χαλεπῶς κατα
βρονχίζοντι πνεύματι βηχῶδει, ἐρυγμὸς ὑπο
σπώμενος, εἴσω κατειλούμενος, σημαίνει πο
νον κοιλίης. πονηρὸν δὲ ἐξέρυθρα ἰώδεα τεταρ
ταίοισι, καὶ αἱ τοιαῦται αἱμόρροιαι κωματώ
δεες. ἐκ τούτων σπασμῷ τελευτῶσι, μελάνων
προδιελθόντων.

DCXXXII. *Potum ægrè deglutien cum ſpiritu*[1] *tuſſiculoſo, eructatio quodam modo revulſa,*[2] *intro convoluta, ventris do lorem*[3] *denuntiat. Vitioſæ*[4] *etiam ſunt præ rubræ dejectiones, æruginoſæ, quarto die ap parentes, ac ejuſmodi ſanguinis profluvia ſo porem inducunt. In his caſibus ex convul ſione moriuntur, nigris ante prodeuntibus.*

1. A flatulento ſpiritu, qui humore glutinoſ
toto à ventriculo ad œſophagum & laryngem du
ctu includitur & continetur, laryngem irritante
exorto.

2. Cum exitum ſibi per os molitur, nec ob
tinet.

3. Qu

3. Qui à cruditate & nimiâ humoris ventriculo innatantis abundantiâ exoritur. ὑποσπώμενος ἐρυγμὸς, eſt ſubtracta & ſubducta eructatio, qualis eſt iis, qui erumpentem ventriculi flatum verecundè continent, & retrahunt, qui intus convolutus diſſipatur.

4. Vide Coacam 331. Ex ſyndrome iſta pendent.

DCXXXIII. Οἷσι μέλανα διαχωρέει, ἐφιδροῦσι ψυχροῖς.

DCXXXIII. *Quibus nigra per alvum ſecedunt, ii tenuibus & frigidis ſudoribus diffluunt.*

Vide Coacam 334.

DCXXXIV. Αἱ ἐξαίφνης παράλογοι ἐκλύσιες κοιλίης, ἐν τοῖσι τετηκόσι χρονίοισιν, ἅμα ἀφωνίῃ τρομώδει, ὀλέθριοι.

DCXXXIV. *In iis qui longo tempore conſumti ſunt, temerariæ, & quæ præter rationem finiunt, alvi exolutiones, unà cum vocis defectione tremula, perniciem denuntiant.*

Perniciem denuntiant, quia *alvus ſine ratione effuſa*, à naturalis facultatis extinctione; *vocis cum tremore defectio*, à ſpiritus animalis conſumtione, proficiſcitur.

DCXXXV. Αἱ λεπταὶ μελάνων διαχωρήσιες αἱ φελκώδεες, βελτίους τοῖσι τοιούτοισιν. αἱ τοιαῦται ὠφελοῦσι μάλιστα κατὰ τὴν ἡλικίην ἢ παρακμάζουσι.

DCXXXV.

DCXXXV. *Tenues* [1] *nigrorum d*
jectiones, horrorem inducentes, in talibus [2] *m*
liores. Tales præcipuè juvant ætatem q
[3] *vigorem antecedit.*

1. Ab humore melancholico in corpore d
minante.

2. Excretiones enim omnes, etiamſi peſſim
ſint conditionis, ſalutares aliquando eſſe poſſu
ſi cum virium tolerantia contingant.

3. Seu iſta juventus, ſeu ea quæ nondum t
ceſimum annum attigit, in qua ob ætatis rob
& calorem exſuperantem, humorum tenuitas
acrimonia major ineſt; ſanguis etiam copioſi
abundat.

DCXXXVI. Πᾶσι τὰ κνησμώδ
μελάνων διαχώρησιν σημαίνει, καὶ ἔμετον θρομ
βώδεα. καὶ τρομώδεα σὺν δηγμῷ μετὰ κεφα
λαλγίης. τὰ μέλανα διαχωρήματα περὶ
τοιούτων ἔμετος διέρχεται, καὶ ἐμέσασι συχ
τοιαῦτα προσανασπᾶται.

DCXXXVI. *Pruritus* [1] *omnibus n*
grorum [2] *ſeceſſum denuntiant, & grumos* [3] *v*
mitione refuſos. Tremulæ etiam affection
cum morſu ac [4] *capitis dolore, nigras* [5] *dej*
ctiones prædicunt. Tales verò præcedit [6] *v*
mitus, & ubi vomuerint, talia multa pr
terea revelluntur.

1. In iis qui ex morbo extenuati ſunt, & i
quibus duplex humor prædominari ſolet: pitu
toſus nempe ob calidi innati penuriam, viſc
rumque imbecillitatem; & melancholicus

tenui

tenuioris ſanguinis conſumptione, inſtar fæcis cujuſdam in venoſo genere congeſtus. Acrimoniam utrumque contraxiſſe, & pituitoſum attenuatum, ſalſedinïſque participem, tenuiore parte ad cutim abſcedere.

2. Parte ſucci pituitoſi craſſiore, unà cum melancholico ſucco, naturam ſtimulando, ad alvum prorumpente. Unde egeſtio nigra.

3. Portione melancholici humoris ſuperiores partes petente. *Vomitum* facit propter levitatem; *grumoſum*, id eſt, ſanguinis in grumos concreti, quia hic humor naturæ ſanguinis eſt, & à venis procedit, ſed ob ſpirituum defectum grumeſcit. Addidit particulam *omnibus*, ut ſententiam in omnibus ætatibus verificari noris.

4. Quæ omnia ab humore in ventriculo agitato, & ſupernas partes petente, proveniunt. Et tremor quidem plerumque ab humore nigro, qui maximè nervoſis partibus infenſus eſt.

5. Craſſiore parte ob gravitatem deorſum tendente.

6. Per quem levior pars expurgetur.

DCXXXVII. Οἷσι δὲ ἐπὶ ταραχῆς κοιλίης παροξύνεται περὶ κρίσιν, κάτω μέλανα διέρχεται.

DCXXXVII. *Quibus* [1] *autem cum alvi perturbatione ſub judicationem morbus* [2] *ingraveſcit, iis nigra* [3] *per alvum prodeunt.*

1. Nempe, ex conſumtis in morbo.

2. Cum alias fluxu perſeverante remittere debeat, etiamſi ex virium exſolutione contingat.

3. Novo deterioris conditionis humore commoto; & quidem paulò ante mortem.

DCXXXVIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

purulentum malum, 608. *ſiccum* quod facilè diſſolvitur; nec cohæret, decolor, vitioſum, idque præcipuè, ſi alvum humectet; letale verò, ſi nigra antea prodierint, 608. *ſpumans* & circumbilioſum, malo eſt, 602. quin & morbus regius inde contrahitur, 606. in quo quod ſubſidet, aqueum eſt, malo eſt, 608. *varium* & bile abundè ſaturatum, malum, 612.

Excrementa derepentè dejici in vehementi pulſatione, malum, 368. præter voluntatem demittuntur aliquando in vocis defectionibus, 253.

Excrementa bilioſa & graveolentia, 380. quibus ſunt, & ad pectus morſus ac amaritudo ſentitur, ii malè habere judicantur, 43. *genituræ* ſimilia, 455. *vetuſta* ſubeſſe præ ſe fert benè colorata facies cum ſudoribus diffluentibus abſque febre, 214. *viſcoſa* & graveolentia, 527. *vide* Alvus, & Dejectio.

Excretiones, quæ parvâ copiâ apparent, velut ſtillæ ſanguinis, malum quidem penitus denuntiant, peſſimum verò, ſi exiguis intervallis ſeſe conſequantur, 600.

Expergefactiones turbulentæ cum confidentia, quæ mentem emovent, malo ſunt, ac convulſiones minantur, præſertim verò ſi cum ſudore contingant, 83.

In *Extenuatis* longo tempore temerariæ, & quæ præter rationem fiunt alvi exolutiones, una cum vocis defectione tremulâ, perniciem denuntiant, 634.

F.

FAcies colorata poſt alvum aquoſa multâ bile permixta tranſmittentem, 67. benè in morbo acuto, pariter ac tetrica & ſuperciliosa, malo eſt, 213. in febribus, 128. cum ſudoribus diffluentibus abſque febre, vetuſta ſtercora

 ſubeſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

ſubeſſe aut inordinatam victus rationem præ
ſe fert, 214. *depreſſa* ex tumidâ, ac vox levior a
remiſſior evadens, ſpiritus quoque rarior a
lenior, poſterâ die remiſſionem fore denun
tiat, 211. *incenſa* cum ſudore malignitatem ſi
gnificat, 7. *incendium* faciei & intenſus rubo
quibus ſolvitur, & graveolens eſt alvi egeſtio
redundans & ſubrubra, in his inſaniæ metu
eſt, 624. *rubicunda* in lateris dolore, 423. *ru
bor* faciei cum vehementi capitis dolore in fe
bribus, 142. in prægnantibus, 524.

Faciei corruptæ notæ ſunt, oculi concavi, nares a
cutæ, collapſa tempora, frigidæ aures, contra
ctæque, cutis dura, color pallidus aut niger
Ad hæc quoque liveſcens palpebra, aut la
brum, aut naſus, mortem in propinquo eſſe ſi
gnificat, 212. *corruptela* letalis eſt, minus ta
men, ſi ob pervigilium, aut inediam, aut alv
perturbationem contingat. Nam quæ ex hi
cauſis orta eſt corruptelæ ſpecies, unà die au
nocte in integrum reſtituitur, 212.

Faſtidium cibi, 40. 302. 402. 638. cum febre i
lumborum ac tenuioris inteſtini diuturnis do
loribus, 317. in iis, quibus cum febre lateri
dolore accedente alvus aquoſa multâ bile per
mixta tranſmittens, allevationem adfert
deinde verò ſudoribus diffluunt, cum ben
coloratâ facie, ac humeſcente alvo, & dolo
aliquis oris ventriculi ſuccedit, ii diutius mor
bum trahentes, pulmonum vitiis laboran
tium more intereunt, 67. in ſoporoſis, 186
faſtidia ex lateris dolore, 423.

Fauces exaſperatæ leviter in ægris palpantibus, &
more inveſtigantium ſenſim contrectantibu
ſi increſcunt, moleſtiam exhibent, 267. *dolen
tes* vehementer, abſque tumore, cum labore &
mole

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

moleſtia, præceps exitium minantur, 265. *dolores* faucium vehementes aurium tubercula & convulſiones excitant, itemque cervicis ac colli dolores, 268. ubi *graciles* in morbis acutis ſunt, parvæ ac dolentes, atque ubi os hiarit, ſi gracile appareat, nec facilè contrahi poſſit, mentis emotionem metuere oportet, indeque ſuccedens phrenitis pernicioſa eſt, 275. *gracileſcentes* in anginâ, 369. 375. cum ſtrangulatu in præcipitibus malis,perniciem minantur, 61.

Faucium exulceratio ſi in febricitantibus, & aliud quoque ex gravioribus ſignis affuerit, periculum denuntiandum eſt, 276. *rubor* in angina, 365. *rubores* evaneſcentes, *ibid.*

ad *Fauces* quibus irritamenta fiunt, iis moderata aurium tubercula excitantur, 264.

Febris citra rigorem oborta, afferens ſanitatem in impotentiâ corporis, ex vulnere, 477. affert ſolutionem ſubortâ lippitudine; ſin minus, aut cæcitatis, aut mortis, aut utriuſque, metus eſt, 222. *bona* in ſideratis ex magnâ ſpirandi difficultate, 429. *continua* quibus diutius cum ſecuritate trahitur, ſi neque ex dolore, neq; ex inflammatione, neq; ex aliâ ullâ manifeſtâ causâ contingat, in iis abſceſſum cum dolore & tumore, præcipueque ad inferiores partes, ſperare oportet. Maximè autem in his qui trigeſimum annum ſuperarunt, 143. ducit ad ſuppurationem horrore ſubinde correptum, 422. *ingraveſcit* iis, qui æſtum ſentiunt, &, progreſſis dejectionibus, tenuibus ſudoribus diffluunt 646. *multa* cum vomitu ſanguinis, 426. *propellit* urinam, ileum ſtillicidio urinæ ſupervenientem excipiens, 475. *ſuccedens* iis, quibus jecur derepente vehementer dolet, remedio eſt, 449. ſolvit convulſiones & nervorum diſtentio-

tentiones, 354. ex *rigore* quibus cum laſſit
dinis ſenſu adeſt, in his muliebrium proflu
vium expectare oportet, 555. ex *vulnere* cer
bri utplurimum, 500. in prægnantibus, 52
quos detinet, ſi tremor abſque judicatio
conquieſcit, iis temporis ſucceſſu abſceſſ
cum dolore purulenti ad articulos decum
bunt, & veſica dolet, 141. ſi iterum repet
in vehementer & acute mente emotis, phre
nitici evadunt, 95. ſi quibus aliquando inte
miſerit, periculum abeſſe ſignificat, 117.
Febris acuta & ſpiratio magna bilioſis ex præco
diorum tumore, tubercula ad aures ſuſcita
290. in anhelatoribus & ſuſpirioſis, 107. i
bile abundantibus, 126. in pueris cum alv
ſuppreſſione & pervigilio, calces velut jactar
ac colorem mutare, & ruborem contrahere
convulſionem minatur, 109. ſuccedens ſol
vit convulſionem, quæ prius non aderat, au
ſi prius adfuit, ingraveſcens, 358. *acutam* cu
ſudore ſolvit alvi recrementum purum ſucce
dens, 649. in *acutâ* continens capitis dolo
cum gravibus aliis ſignis mortem minatur
160. aures obtuſæ vehementem inſanian
portendunt, 196. in plurimis graveolentibu
dejectionibus, præcordiorum contenſione, e
longo intervallo oborta ad aures tubercula
mortem afferunt, 201. Vocis defectiones cun
virium exolutione, ſine ſudore ſunt quiden
letales, cum ſudore verò minus, ac tempori
diuturnitas ſignificatur, 256. *acuta* in acut
auris dolore, 189. *acutas* cum mentis pertur
batione, in oris ventriculi dolore non bilioſo
inſania ſolvit, 550.
Febris ardens ex laborioſo ventris dolore, perni-
ciem minatur, 130. *ardentem* ſuccedens rigo
ſolvit,

ſolvit, 135. de *ardente* laborantibus dies quatuordecim, aut allevando, aut perimendo, decernunt, 137. ex *ardente*, niſi, qui circa aurem fit abſceſſus, ſuppuret, non admodum liberantur, 138. in *eâ* alvus affatim prorumpens, mortis periculum affert, 129. ſanguinis ex naribus fluxus quarta die obveniens, malo eſt, niſi aliud quippiam bene ceciderit. Quod ſi quinto die contingat, minus affert periculi, 133. ſi aurium ſonitus cum viſus hebetudine & ad nares gravitate accedant, niſi ſanguis ex naribus profluat, furioſa & vehemens mentis emotio metuenda eſt, 131. tumores cum ſomnolentiâ & torpore quibus obveniunt, eos lateris dolor accedens cum levi partis alicujus ſideratione necat, 60. *ardentes* quæ recurrere ſolent, quatuor diebus de ſe ſignificationem exhibent, deinde exudant. ſin minus, die ſeptimo & undecimo, 136. in *ardentibus* tremores delirio ſolvuntur, 132.

Febris diuturna in lateris dolore, 421.

Febris longa erit, ſi venæ temporum pulſent, & facies bene habita fuerit, abſque præcordiorum mollitie, quæ neque ſine liberali ſanguinis ex naribus profuſione, aut ſingultu, aut convulſione, aut coxendicum dolore, deſinet, 128. *longæ* & vehementes ſubnaſcuntur iis, quos derepentè abſque febre præcordiorum aut oris ventriculi dolor, aut crurum & inferiorum partium, affligit, 294. in *longis*, parvis, vagis, tenuium urinarum ejectiones, lienis affectionem denuntiant, 594. aut tubercula, aut ad articulos dolores, proveniunt, quos neque tamen temerè fieri exiſtimandum eſt, 118.

Febris tertiana exacta, quinto aut ſeptimo, ad ſummum nono, circuitu terminatur, 148. *tertiana* ſimi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

næ ſimilis, 305. in *tertianis* qui ingraveſcun
dolores, tertianarum naturam aſſumunt, & ſan
guinis grumos per ſeceſſum egerunt, 123. cum
horrore nubeculis nigris ſimilia inconſtantem
horrorem indicant. Membranoſæ quoque m
ctiones, & quæ cum horrore ſubſidunt, con
vulſiones prædicunt, 584.

Febris vehemens accedens ad dentis ſiderationem
cum delirio, mortem minatur. Quod ſi ſer
ventur ægri, ulcera pus colligent, & oſſa ab
cedent, 237.

Febris remiſſionem indicat linguæ biſulcum, velu
ſalivâ albâ obductum: eo quidem, quod agna
tum eſt, craſſo exiſtente, eodem die; ſi vero te
nuius fuerit, poſtridiè; perendiè quoque, ſi ad
huc tenuius fuerit. Eadem etiam ſignificatio
eſt, ſi hæc circa ſummam linguam contingant
minus tamen firma, 230.

Febri quæcunque ex adverſo reſpondent, niſi abſ
ceſſum faciant, malignitatem denuntiant
145.

cum *Febre* lumborum dolores ad os ventricul
recurſantes, 316.

in *Febre diſtractio* velut à vomitu, in exſcreatio
nem deſinens, malum portendit, 55. *rubor ocu
lorum* ortus, diuturnam alvi malignitatem præ
ſe fert, 219. urina album & læve depoſitum
habens ſedimentum, celerem liberationem de-
nuntiat. Sed & quæ dilutam indiſcretam quan-
dam habet pinguedinem. Quæ verò aliquan-
tulum rubet, ſubrubrum habet ſedimentum &
læve, ſi quidem ante ſeptimum diem appa-
reat, ſeptimo die ſolutionem fore deſignat; poſt
ſeptimum autem, tardiorem, aut planè diutur-
nam. Et quæ quarto die ſubrubram nubecu-
lam capit, ſeptimo die liberat, dum reliqua pro
ratione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

ratione habeant. Tenuis autem & bilioſa, & lentum habens ſedimentum, & quæ in melius ac deterius commutatur, temporis diuturnitatem poſtulat. Quod ſi iſtud diutius perſeverat, aut ad judicationem temporis longinquitas requiratur, periculo non vacat, 575. urinarum variarum mictiones interdum morbum producunt, 595. dolores hypochondriorum, 297. tenuiter exudantes, maligne habent, 42. livores ubi fiunt, propè affore mors ſignificatur, 66. palpitationes circa ventrem, 298. ſputi excreationes lividæ, nigræ, bilioſæ, ſubſiſtentes quidem, malæ ſunt: ſi verò pro ratione excernantur, utiles, 242. vocis defectiones, quæ convulſionis ſpeciem præ ſe ferunt, & in mentis emotionem cum ſilentio deſinunt, perniciem oſtentant, 248.

Febres ad tertianarum naturam accedentes, 26. hæ cum incontinenti corporis jactatione, malignæ ſunt, 33. itemque ubi *vagæ & errantes* in dies pares tranſierint, moleſtiam exhibent, 37. ſi deſierint alio die, quam judicatorio, recidivam metuere oportet, 80. horroris ſenſu inſignes, 302. 640. nullum ordinem ſervantes, 26. ex præcordiorum dolore obortæ, malignæ ſunt. In his profundus ac altus ſopor peſſimus, 31. cum opiſthotono urinæ genitale ſemen referentes, ſolvunt, 362. cum ſudoribus ſolventes mentis vehementem emotionem, 483.

Febres continuæ quæ tertio quoque die intenduntur, in periculum ducunt, 116. in *continuis* puſtulæ per totum corpus enatæ, letale, 114.

Febres intermittentes & quæ incerto ac vago ordine prehendunt, eæ autumno præcipuè in *quartanam* ferè tranſeunt, idque in his maximè,

qui trigeſimum annum ſuperarunt, 143. p
intermittentes qui inæqualiter incaleſcentes, a
vum habent flatibus diſtentam, pauca tran
mittentem, iis poſt judicationem lumborum
dolore ſuborto, alvi prorumpunt. Qui autem
ad manus contactum exardeſcunt, torpore, ſ
ac corporis incontinenti jactatione vexantu
ii alvo interceptâ gravati, exolvuntur. Inte
dum vero etiam prærubra in pedibus amb
ſta eadem denuntiant, 194. in non *intermi*
tentibus qui tenuiter & crebrò exudant, cu
præcordiorum diſtenſione, ii utplurimum m
lignè habent, atque in his dolores in hume
caput ac jugulum affixi, pravi ſunt, 32.

Febres lipyriæ nonniſi per choleram effusâ bi
ſolvuntur, 120. *malignæ*, 31. *vaga* & erran
tes, 37.

Febres vertiginoſæ, & cum tenuis inteſtini morb
& ſine hoc, perniciem intentant, 106.

Febrium initio ſi atra bilis ſurſum aut deorſum
prodeat, letale eſt, 68.

per *Febres* quibus alicundè ſanguis largiter efflu
xerit, iis dum ſeſe recolligunt, alvi humeſcen
tes effunduntur, 153. repentè ſtrangulari, &
devorare non poſſe citra tumorem, malum
eſt, 277.

Febribus & laſſitudinis ſenſu, cum oculorum per
verſione detineri, 221.

à *Febribus* utplurimum ex naribus fluxiones, qua
ſeptimo, nono, aut decimo quarto, die contin
gunt, ſed & bilioſus alvi fluxus, & qualis in in
teſtinorum difficultate fieri aſſolet, ac genuum
& coxendicum dolor, urinaque ſub judicatio
nem concocta, & vero in muliere menſium
profluvium, vindicant, 152.

in *Febribus* alvo à flatibus diſtentâ flatum non

erumpere, malum, 44. dolor lumborum ſuccedens præcordiorum dolori cum aliquo murmure, alvos plerumque humectat, niſi flatus eruperit, aut urinæ copia prodierit, 291. ſurditas enata, alvum remoratur & ſiſtit, 191. venæ, quæ eſt in cervice, pulſatio, & dolor, rem ad inteſtinorum difficultatem *deducit*, 124. judicationis ceſſationes, temporis quidem longinquitatem, non tamen perniciem, inducunt, 74. dolores ex glandularum tumoribus morbi diuturnitatem prænuntiant, 73. ex prægreſſo dolore rubores ad aures ſubnaſcentes, ignis ſacri in facie ſpem faciunt. Quin & convulſiones cum vocis privatione & virium exolutione ad hæc conſequi par eſt, 200. qui ad tactum nullum ardoris ſenſum præ ſe ferunt, phrenetici fiunt, idque magis, ſi ſanguis fluxerit, 228.

Febricitare incipientibus, ſanguinis ſtillationes cum ſternutatione accedentes, &, quod in urina deſidet, album quarto die viſum, ſeptimo ſolutionem afferre denuntiant, 149. noxium iis, quos derepente abſque febre, præcordiorum aut oris ventriculi dolor, aut crurum & inferiorum partium, affligit, 294. *febricitanti* urina denſitatem habens divulſam, morbi reverſionem aut ſudorem portendit; 593. *febricitantes* tenuiter circa initia, ſi ad judicationem cum capitis pulſatione & urinâ tenui ingraveſcunt, eos mentis emotione ac inſuper pervigilio corripi, nil mirandum eſt, 81.

Femoris dolor in febre, 30.

Fiſtulæ moleſtiſſimæ ſunt, quæ in cartilaginoſis aut carne vacuis locis fieri ſolent, cavæ ſunt, & longius excurrunt, aſſidueque ſanie manant, & in quarum oſculo caruncula ineſt. Facilius autem curantur, quæ in mollibus & carno-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

ſis locis, & non nervoſis, oriuntur, 511.

Flatûs eruptio in lumborum & præcordiorum dolore, 291. *flatum* abſque crepitûs ſono emitti, inter optima ſigna eſt. Præſtat tamen cum ſtrepitu prodire, quam illic revolvi. Quanquam hoc pacto prodiens, dolorem & delirium denuntiat, niſi ſuâ ſponte id æger fecerit, & flatum emiſerit, 495. *flatus* quibus adſunt, ructus, ventris ſonitus, cum inflatione, iis alvus exturbatur, 142. non erumpere in febribus, alvo à flatibus diſtentâ, malum, 44.

Fracturæ oſſium capitis cognitu difficillimæ, quæ circa ſuturas ſunt. Fiunt autem potiſſimum à gravibus ac rotundis telis, aut ex his, quæ ex oppoſito feruntur, neque ex plano. At oſſa, de quibus, fiſſa ſint, necne, ambigitur, ſic diſcernas, ſi in utramque maxillam albucum aut ferulam manducandam exhibueris, atque animum advertere juſſeris, num os aliquod ſtrepere videatur, confracta namque ſtrepere videntur. At proceſſu temporis, fiſſa quidem ſeptimo die, partim verò decimo quarto, partim etiam alias, ſui ſignificationem edunt. Nam vel caro ab oſſe abſcedit, aut os liveſcit, aut dolores ex ſaniei influxu excitantur, eaque jam remediis ægrè cedunt, 501.

Perfrictio corporis ſummi in febribus ardentibus, 134. *totius corporis* talis, ut obrigeat, perniciem affert, 3. hæc, ubi ſanguis ex naribus effluxit, cum tenuibus ſudoribus, morbi malignitatem denuntiat, 342. in corporis jactatione, 2. ex rigore, 1. cum ſudore in humectâ alvo, vitioſa, 647. *perfrictione* ex rigore detenti, cum capitis ac cervicis dolore, vocis defectione ac tenui ſudore, ubi vires reſumſerint, ac ſeſe velut recollegerint, moriuntur, 1. ex *perfrictione* metus ac

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

tus ac animi abjectio præter occaſionem, in convulſionem tendit, 4. urinarum interceptiones, peſſimæ, 5. cum *perfrictione*, crebræ in phreneticis ſputationes, nigrorum vomitionem prænuntiant, 102. in *perfrictione* corporis cum torporis ſenſu, ſanguinis detractio mala eſt, 343.

Perfrictiones cervicis, ac dorſi, convulſiones portendere videntur, ac multò magis, quæ totum corpus pervadunt, in quibus mictiones membranularum ſpeciem referunt, 83. totius corporis, & ſomni quales ſopore oppreſſis, perniciem oſtentant, 181. vehementes die judicatorio obvenientes ex ſanguinis eruptionibus, peſſimæ, 326. *perfrictionibus*, poſt liberales quinto die ſanguinis profuſiones, & ſexto novo oborto rigore, qui tentati ſeptimo celeriter recaleſcunt, iis alvi malè afficiuntur, 329. cum his tenues ſudores partium ſuperiorum, 69.

Frigus cum ſudore in purgatione ſuperfluâ, 568. partium poſteriorum convulſionem provocat, 7. *frigidum* eſſe caput, ut & pedes ac manus, ventre & lateribus calentibus, mali morbi ſignum eſt, 492. *perfrigerari* partes externas in præcipiti morbo; internas verò uri, ac ſitim urgere, malum denuntiat, 115. *perfrigerantur* quæ ex ſudoribus, ac celeriter recaleſcunt, malè habere judicantur, 52. *perfrigerati* cum jactatione corporis & abſque ſudore in diebus judicatoriis, malè habent, 38. *perfrigeſcere* & mox peruri citra judicationem, 180. qui *perfrigeſcunt* ex tenuibus ſudoribus poſt ſanguinis ex naribus eruptionem, malè habent, 38.

Frons contracta phrenitidem denuntiat, 213. *frontis dolores* in ægris palpantibus & more inveſtigantium ſenſim contrectantibus, aut dolore

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

affectis, ſi quæ ex his increſcunt, moleſtiam ex-
hibent, 267. *gravitas*, 348. circa *frontem* a
tempora dolor vehemens, 160.

G.

in GEnâ tenue, quod eſt præciſum non coale-
ſcit, 504.
Genuum dolor & coxendicum, ſeptimo, nono, au
decimo quarto die contingens, utplurimum
febribus vindicat, 152. *dolores* in febre, 30.
Gingivarum abſceſſum ſolvit dentis ſideratio, 23
abſceſſus denuntiat moderatus capitis dolo
cum inexhauſtâ ſiti aut ſudore febrem non ſo
vente, niſi alvus erumpat, 173.
Glandularum ex tumoribus in febribus *dolore*
morbi diuturnitatem prænuntiant, 73.
Graciles, 271. evadunt, qui, epoto veratro, rubr
ſpumantia, pauca, vomitione rejiciunt, & t
ſtes in tumorem ſublatos habent, 570.
Gravitas, quæ totum corpus, vel manus ac pede
premit, vitioſa eſt, 493.

H.

HÆmorrhagiæ avertunt faciei ruborem in pr
gnantibus tabi opportunis, 524.
Hæmorrhoides ſanguinem fundere ſolitæ, 346. in
deratis ſuccedentes, utiles, 478. in tabidis, 43
hæmorrhoïdum vel futurarum vel prægreſſaru
ſignum, ſi dolentibus lumbis oris ventricu
dolor acceſſerit, 312.
Hepar quibus *dolet*, cum oris ventriculi dolore, ſ
pore, rigore, alvo exturbatâ, cum corporis ex
nuatione, ciborum faſtidio, multis tenuib
ſudoribus diffluunt, & purulenta per alvu
demittunt, 448. ex *hepatis uſtione* quibus p
amurcæ ſimile prodit, letale, 451. *hepatico* c

liquat

liquatio cum raucedine malum portendit, idque præcipuè, ſi cum quadam tuſſi contingat, 447. *hepaticis* ſputum multum, cruentum, ſive intus ſubputridum, ſive ſincere bilioſum, fuerit, ſtatim perniciem denotat, 446.

Horror ubi in malis ſubinde incidit cum difficultate ſpirandi, tabes denuntiatur, 17. inconſtans in tertianis, 584. ſi poſtridie repetierit in iis, quibus ubi inhorruerint, judicatorii ſimul ſudores contingunt, & temerè pervigilent, iis fortè ſanguinem erupturum ſperare oportet, 24. *horroris* ſenſus & laſſitudinis, capitis gravitas cum cervicis dolore, muliebres purgationes dejiciunt. Quod ſi quid hujuſmodi citra judicationem cum tuſſicula contingat, ſubinde rigorem affert, 548. in modicè perfrigeratis, 111. *horrore* qui ſubinde corripiuntur, ad ſuppurationem deveniunt. Quin etiam febris talem ad ſuppurationem ducit, 422. tentati cum laſſitudine & capitis gravitate, 541. tentatis ſubinde muliebres purgationes erumpunt, 541. cum *horrore* lumborum dolores ad os ventriculi recurſantes, 316. *horrores* crebri ex dorſo ſubinde locum commutantes, graves ſunt & difficiles: laborioſam quippe urinæ ſuppreſſionem minantur. His tenuiter exudare peſſimum, 8. 46. qui *inhorreſcunt* crebrò per ſanitatem, ii ex ſanguinis fluxu purulenti evadunt, 16. ex capite laborantes, tenuiter exudantes, ii malignè habent, 12. ſubinde, ac incontinenti corporis jactatione cum laſſitudinis ſenſu & lumborum dolore conflictantur, iis alvi effunduntur, 19. & ſæpe tenui ſudore corripiuntur, difficili morbo laborant, 13.

Humor ad pus perveniens, 464. quibus ad palatum colligitur, plerumq; in pus vertitur, 238.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

Hydrops qui curationi ceſſit, ubi recurrit, ſpem tollit, 460. oritur vel à laterum inanitate, & tum pedum tumor & alvi diuturnus fluor conſequitur, qui neque ventrem emollit, neque lumborum aut ilium tumorem ſolvit, 552. vel à jecore, & ii promptè etiam tuſſi vexantur, pedes intumeſcunt, & alvus nonniſi dura & ægrè reddit, tumoreſque modo dextrâ, modo ſiniſtrâ parte ventris oriuntur, ac rurſus deſinunt, 452. ex acuto morbo moleſtiam & perniciem affert, *ibid.* quos ex aliquâ ægritudine circumvenit, iis alvi reſiccatæ caprinis ſtercoribus ſimilia dejiciunt, cum mucosâ eliquatione, neque laudabili urina, 481.

Hydrops ſiccus poſt lumborum dolorem, 304. ubi de ſe ſignificationem præbet, tormina ad tenue inteſtinum incumbentia, malum denuntiant, 458. *ſiccum* faciunt ſpirationes, quæ nonniſi erectâ cervice ducuntur, 424. in *ſicco* urina ſtillatim effluens malum denuntiat. Mala quoque eſt, quæ exigua habet ſedimenta, 453.

Hydropis vitio, cui leucophlegmatias nomen eſt, laborantes, alvi profluvium ſedat. Animi abjectiones cum ſilentio, & ab hominibus ſolitudines, ferè eos conficiunt, 482. in initio aquoſum alvi profluvium abſque cruditate exortum, morbum ſolvit, 457.

Hydropem denuntiant urinæ cineritiæ cum ſpirandi difficultate, 582. ad eum tendunt bilioſi, quibus alvus perturbata, exigua reddens, genituræ ſimilia, & mucoſa, doloremque ad imum ventrem inferentia, urinæ quoque non facilè prodeuntes, 455.

Hydrope laboranti, aquâ quæ in venis eſt, ad alvum erumpente, ſolvitur morbus, 461. ex *eo* morbus comitialis perniciem affert, 459.

Hydropico cum febre urina pauca & conturbata perniciem denotat, 456. *hydropicis* ſuccedentes morbi comitialis offenſiones perniciem adferunt, pravis invicem ſuccedentibus ſignis, & alvos humectant, 454.

Hypochondrii dolor in angina, 374. & quidem dextri, 408. 578. cum ſputo ſanguinis ſpumantis, 450. *inflammatio*, 395. ad *inflammationem* & puris dejectionem, ſub mortem nigra dejiciuntur, 288.

Hypochondria trahuntur & *tendunt* intro homini moderato, in quo ferox & audax reſponſio & vox acuta, 51. *variant* ſæpe ſopore conflictatis, 186. *dolentia*, 279. *inæqualia*, *ibid.* inflammata, *ibid.* *mollia* æqualiter eſſe oportet ſine ullo doloris ſenſu, *ibid.* *non mollia*, & facies bene habita, ſi doleant, non niſi liberali ſanguinis ex naribus profluvio, aut convulſione, aut coxendicum dolore, ſolutionem accipiunt, 296. *revulſa* in præcipiti morbo, & capitis dolor, niſi ſanguis ex naribus profluat, ad phrenitidem deveniunt, 119. *ſublata*, alvo ſubſiſtente, malum denuntiant, præcipuè verò in his, qui ex longo intervallo contabeſcunt, & quibus alvi diffluunt, 287. 301. 442. *tumida*, dura ac dolentia, ſi in univerſum ſic affecta ſunt, maximum quidem malum portendunt: ſi verò alterâ parte duntaxat, ex ſiniſtrâ minus periculum impendet, 280.

Hypochondriorum contenſio vel diſtentio, 32. 107. cum febre acutâ, & in dejectionibus graveolentibus plurimis, 201. cum ſopore & incontinenti corporis jactatione, capitis dolore vexato, tubercula ad aures excitat, 289. cum ſurditate & capitis gravitate, 195. in bile abundantibus, 126.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

Hypochondriorum dolor abſque febre derepent
cum alvi tumore corripiens, venæ ſectione au
alvi fluxu ſolvitur, 294. *in mulieribus*, quibu
quæ ex partu & abortu copioſa celeriter cum
impetu feruntur, ſi ſubſiſtant, moleſtiam exhi
bent, 516. in *prægnantibus*, 523. in *ſoporoſi*
179. ex *dolore* febres, 31. in *eo* cum aliqu
murmure ſuccedens lumborum dolor in fe
bribus alvos plerunque humectat, niſi flatu
eruperit, aut urinæ copia prodierit, 291. *dolo*
res ingruentes, cum alias pravi ſunt, tum ver
ſi alvos profundant. Deteriores autem, ſi parv
tempore fiant. Quin & inde ſuborta ad aure
tubercula, aliæque ſuppurationes malignita
tem præ ſe ferunt, 284. in *febre*, ægro fari ne
queunte, ſi abſque ſudore ſolvantur, malum
indicant. His ad coxendices dolores decum
bunt, 99. 297. quæ faciunt, ſi in pus vertun
tur, malum denotant, 216. *doloribus*, ut & ori
ventriculi, jecoris, ac earum partium, quæ ſun
circa umbilicum, qui conflictantur, cruentâ al
vi dejectione liberantur; ſecus autem, moriun
tur, 295. ex his alvus aliquantum viſcida pau
latim tranſmittens, ſtercoracea pauca effundit
ac fortaſſis ſanguinem profundit, 293.

Hypochondriorum murmur recentes præcordiorum
tumores inflammationis expertes, ac dolores
qui in ipſis fiunt, ſolvit; ſed potiſſimum qui
dem, ubi per urinas ac dejectiones elapſum fue
rit; ſin minus, ubi etiam hoc ipſum tranſmiſ
ſum fuerit. Quin etiam ad infernas ſedes de
volutum juvat, 281.

Hypochondriorum pulſus, ac oris ventriculi dolor
cum *febre*, in quâ totus corporis habitus perfri
geratur, malum denuntiant, idque præſertim
ſi cum tenuibus ſudoribus contingunt, 283

cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

cum *turbatione* mentem emovet, idque præcipuè, ſi oculi frequenter moveantur, 282.

Hypochondriorum tumores recentes, inflammationis expertes, ſolvit murmur circa præcordia exortum, 281.

circa *Hypochondria* labores in lumborum ac tenuioris inteſtini diuturnis doloribus, 317.

Hypochondriis exæſtuantibus tubercula ad aures oborta, mortem adferunt, 302. in his ex longo intervallo afflictis, & graveolente alvo, ſubnatum ad aures tuberculum, mortem adfert, 292. *vide* Præcordia.

I.

Iacere pronum ei, qui non conſuevit, delirium aut circa ventrem dolores portendit, 497. *ſupinum*, cruribus vehementer contractis ac reductis, exitioſum eſt, 497. cruribus porrectis, probari non poteſt, *ibid. jacentis* optimus ille quidem habitus, quem ſanus aliquis uſurpare conſuevit, *ibid.*

Jactatio corporis in febre intermittente, 158. cum ſomno turbulento, in præcipitibus malis, nonnullis convulſionem portendit, 82. cum vigiliis, 111.

Icterus contrahitur ex ſpumante & bile obducto alvi recremento, 606. ſi ante diem ſeptimum acceſſerit, malum ſignificat: ſeptimo autem, nono, undecimo, ac decimo quarto, judicationem adfert, dum præcordia non induret. Quod ſi ſecus contingat, res in dubium vertitur, 121. *icterum* prænuntiant frequentes & ex parvis intervallis deſidendi labores, aliquantulum glutinoſa excernentes, cum paucis ſtercoraceis, præcordiorum & lateris dolore, 621. in *hunc* incidunt, qui lumborum & lateris dolore abſ-

que

que ulla occaſione tentantur, 325. *ictero corr*
pi, malum, quibus procedente morbo ſurdita
ac urina ſubrubra, cum nullo ſedimento, ſe
cum ſublimamentis in medio innatantibus
198. *fœdati*, 36. moriuntur, qui vehement
efflant, & reflexis ſunt palpebris, ac per ſo
mnum leviter ſuſpiciunt, 64. ex *eo* fatuitas
mala, 198. in *eo* excrementum alvi candican
ac liquidum etiam, ubi reſederit, ruborem ac
eptum, moleſtiam exhibet, 613. *ictericis*, ne
admodum ſentientibus, quibus ſingultus ac
eſt, iis alvus effunditur: fortè verò etiam ſup
primitur, atque hi cum virore palleſcunt, 49
Jecur. vide Hepar. *jecoris* dolor, 295.
Ileus urinæ ſtillicidio ſuccedens, intra ſeptimum
diem interimit, niſi ſubortâ febre urina affatim
prodierit, 475. *ileo* laborantibus vomitio &
ſurditas malo ſunt, 470. *vide* Morbi tenuio
ris inteſtini.
Imbecilles qui temerè ac præter rationem, nul
exiſtente vaſorum inanitione, fiunt, ii ma
habent, 53.
Inedia faciei corruptelam infert, 211.
Inflammatio diebus quatuordecim ad ſummum
concepta, 426. *inflammationem* indicat ſpira
tio frequens & parva, 260.
Inquietudo corporis, 18. 19. 33. in hypochondrio
rum contenſione, 289. in iis, quibus adſun
ſuperiorum partium tenues ſudores cum pe
frictionibus, nec ſine febre, præceps periculum
denuntiat, 69. in ſopore detentis, 183. i
morbis, in quibus fit ſubita mentis perculſio
184. in gravibus morbis, malo eſt, 53. *inqui*
tudine, ſopore ac præcordiorum dolore, qui affl
guntur, cum frequenti & paucâ ſputatione, i
tubercula ad aures exoriuntur, ac fortaſſis ſopo
re ten

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

re tentati ad aliquam convulſionem deveniunt, 185. & corporis æſtuatione conflictati, citra vomitum ingraveſcentes, malè habent, atque etiam, qui vellicantur citra vomitum, 557. jactari in acutis, & tenues circa caput maximè ſudores oboriri, malum indicat, tum verò præcipuè pernicies intenditur, ſi iſta cum urinis nigris contigerint, & ſpiritus magnus & concitatus adfuerit, 49. *inquietudines* corporis cum perfrictione, peſſimæ, 2.

Inſania metuenda eſt in iis, qui capitis dolore, ſiti, levi pervigilio, detinentur, obſcurè loquuntur, ad motum impotentes, humeſcente alvo laſſitudine vexantur, 175. *portenditur*, ubi ex vomitu anxietudo occupat, vox ſtridula eſt, oculi pulvere obſiti: ac tales voce defecti intereunt, 561. *ſolvit* febres acutas cum mentis perturbatione, in oris ventriculi dolore non bilioſo, 550.

Inſaniæ metus eſt in his, quibus faciei incendium, & intenſus rubor ſolvitur, & graveolens eſt alvi egeſtio, redundans & ſubrubra, 624.

Inſaniam denuntiat dentium colliſio aut ſtridor præter conſuetudinem à teneris contractam, 235. faciunt ſuſpectam inteſtinorum difficultate laborantibus, aliquantulum rubræ, limoſæ & copioſæ dejectiones, in flammeo colore & prærubro perfuſis, ſolutæ, 465. metuere oportet, ubi alvus humecta eſt, ægri laſſitudine, capitis dolore, ſiti, inſomniâ torquentur, & ſi ſpirandi difficultas adfuerit, 642. portendunt vehementem in acutâ febre aures obtuſæ, 196. ſignificant promptam vomitus virulenti & æruginoſi in capitis doloribus cum ſurditate & inſomniâ, 169.

Inſaniâ vehementi detenti, tremuli, cum crebrâ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

ſputatione, metus eſt, ne phrenitici ev dant, 94.

Inſaniæ vehementes cum vocis defectione, pe niciem intentant, 254.

Inſomnia, quæ in phreniticis manifeſta apparen probanda ſunt, 90.

Inteſtini tenuis dolores ex muliebribus purgame tis, 518. in ægris una cum febre cibum faſt dientibus, eos dolor intenſus ad caput pr greſſus, non ſine convulſionis ſpecie celerit interficit, 317. ad *inteſtinum* tenue tormina i hydrope ſicco, 458. *inteſtinorum* difficultas ex pectanda, 167. in febribus poſt pulſatione venæ cervicis, 124. ex *inteſtinis* tenuibus, quod diſſectum fuerit, non coaleſcit, 503.

Judicium difficile, 15.

Juvenes tollit auris dolor intenſus, cum febre a cutâ, ac cæteris aliquanto gravioribus ſignis ſeptimo die, aut etiam celerius cum delirio ne cat, niſi puris copia ex aure, aut ſanguis ex na ribus effluat, aut aliud quoddam laudabile ſi gnum extiterit, 189.

L.

LAbrum contractum bilioſæ alvi perruptione denuntiat, 240. perverſum mortem denun tiat, 72.

Laſſitudo. laſſitudinis ſenſus cum linguâ præter ra tionem molli, 232. ex rigore in feminis, 555 in ſubinde horreſcentibus, 19. *laſſitudine* con flictati ægri, ſingultuoſi & catocho deten ti, malè habere ſignificantur, 45. laborante cum horrore, judicii modo leviter exudantes celeriter ad calorem revocati, malè habent, tum vero præſertim, ſi iſta inſuper ſanguinem è naribus ſtillarint, 36. ſopore ac ſurditat ten-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

tentatos, alvus erumpens, & ad judicationem rubra demittens, juvat, 182. vexari alvo humeſcente, 175. *delaſſati* ægri, caligine obducti, pervigiles & ſopore detenti, cum tenui ſudore recaleſcentes, malè habent, 35.

Latus tumidum ac calidius quibus, ubi in alterum latus incumbentibus, pondus quoddam ſuſpenſum eſſe videtur, iis pus unâ in parte collectum eſt, 428.

Lateris dolor cum febre, 67. in *ardente* cum levi partis alicujus ſideratione eos necat, quibus tumores cum ſomnolentia & torpore obveniunt, 60. cum *diuturnâ* puris eductionem fore denotat, 421. cum ſputo bilioſo præter rationem evaneſcens, ægros in vehementem & furioſam mentis emotionem agit, 418. ad *dolorem* inſuper accedente ſtrangulatu, ſuppurationis futuræ ſpes eſt, 113. *dolore* citra inflammationem affecti, cum turbulentis, tenuibus, moderatis, in phrenitidem labuntur, 411. & lumborum abſque ulla occaſione qui tentantur, ii in morbum regium incidunt, 325. ex *eo* quos cibi faſtidia comitantur, iis os ventriculi aliquantulum dolet, & ſudoribus diffluunt; ubi autem facies ruboribus velut effloreſcit, & alvus eſt liquidior, pus in pulmonibus collectum habent, 423. *dolores* in febribus leviter firmatos, & abſque ullâ ſignificatione, venæ ſectio lædit, ſive averſum à cibis animum, ſive ſublata præcordia æger habeat, 491. in *doloribus* urina, quæ celeriter poſt potionem meitur, mala, 579.

Lethargo aut *veterno* qui conflictantur, & manibus tremunt, ſomnolenti ſunt, malè colorati, tumidi, pulſus habent tardos & lentos, ac oculorum genas inferiores ſublatas, ſudores ſuperveniunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

veniunt, alvique ſubtumeſcunt, impotente
ſunt, ac bilioſa effundunt. Quod ſi reſiccat
fuerint urinæ, alviq; recrementa clam prodeū
urinæ quales in veterino genere redduntur, ne
que potum, neque aliud quicquam, poſtulan
Mentis vero compotes facti, de cervicis dolo
re conqueruntur, ac incertos ſonitus per aure
impetu ferri ſentiunt, 139. ex *eo* vero qui ev
dunt, magnâ ex parte pus intro colligunt, 14
Levamentum affert alvus aquoſa, multâ bile pe
mixta, 67. quæ cum malis ſignis afferun
& quæ cum bonis non remittunt, moleſ
ſunt & difficilia, 48.
Leucophlegmatia. vide Hydrops.
Lienis affectionem denuntiant in febribus longi
parvis, vagis, tenuium urinarum ejectione
594. in *tumore* ſanguis ex dextrâ parte effluen
malum, 327. *lienoſis* difficultas inteſtinoru
non longa, utilis: longa vero, mala. Ubi eni
deſinit, ſi aquæ inter cutem, aut inteſtinoru
lævitates, oriuntur, mortem afferunt, 466.
Lienteria poſt dyſenteriam in lienoſis ſi obven
rit, mortem affert, 466. *lienteriâ* laborat & o
dureſcit alvus iis, qui ſuppreſſâ alvo ſangu
nem ex naribus fundunt, & unà cum ſangu
nis profluvio ſubinde rigent, 344. laborant
longâ, unà cum ſæviſſimis ulceribus, inteſ
norum cruciatu & dolore, iis ſolutis intum
ſcunt. His inſuper exortus rigor, malo eſt. 46
laborantibus cum ſæviſſimis ulceribus, d
lores ex inteſtinorum cruciatu ſoluti, ar
culorum partes attollunt, ac ex hujuſmo
tenues ſquamæ cum rubore & puſtulis fiu
Ii poſt multos ac tenues ſudores, velut acc
ptis, ex flagris, vibicibus, rubeſcunt, 46
Lienteriæ cum ſpirandi difficultate & p

cto

ctoris morſu, ad tabem tendunt, 469.
Lingua alba tota, 400. dimidiata, *ibid. aſpera* tota, *ibid.* dimidiata, *ibid. bilioſa* in initio, 383. tertio aut quarto die, *ibid. ferens* bullam aliquanto liveſcentem, 384. *horrida* circa initia, in eodem verò colore perſeverans, procedente verò tempore ubi exaſperatur, liveſcit, finditur, mortem denuntiat, 229. *mollis* præter rationem reddita, ac nauſeabunda, cum ſudore frigido, ab alvo liquida, nigræ vomitionis ſignificationem affert. In his laſſitudinis ſenſus malum denuntiat, 232. *nigra*, & ex virore palleſcens, periculi maximè plena, 229. *nigreſcens* admodum decimo quarto die judicationem promittit, 229.
Lingua tremula cum narium rubore & alvo humectâ, ſi reliqua, quæ ſunt circa pulmonem, nullam judicationis ſignificationem præ ſe ferant, malo eſt, ac celeres pernicioſas purgationes denuntiat, 231. nonnullis proruptura alvi ſignificationem præbet, 645. inſtabilem mentem & à ſede conſtantiæ deturbatam ſignificat, 233. *tremulæ* quibuſdam etiam alvum humectam nonnunquam reddunt. In his autem ſi nigricent, etiam mortem denuntiant, *ib.*
Linguæ biſulcum velut ſalivâ albâ obductum febris remiſſionem indicat; eo quidem quod agnatum eſt, craſſo exiſtente, eodem die; ſi verò tenuius fuerit, poſtridiè; perendiè quoque, ſi adhuc tenuius fuerit. Eadem etiam ſignificatio eſt, ſi hæc circa ſummam linguam contingant, minus tamen firma, 230. *reſolutio* cum gravi ſurditate, 197. cum *revulſione* & voce ſtridulâ, deſipientiæ, ac ipſi quoque tremuli, vehementem mentis alienationem ſignificant. In his durities aut aſperitas perniciem minatur, 99.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

Linguæ denſæ & peraridæ phrenitidem porte
dunt, 234.
Lippitudine affecto ſuborta febris ſolutionem a
fert. Sin minus, cæcitatis,aut mortis, aut etia
utriuſque, metus eſt, 222. laborantem, ſpon
alvus profluens juvat, 224.
Livores ad coſtam, 400.
Loquendi impotentia in convulſionibus multu
perſeverans, malo eſt. Quæ verò parum dur
aut linguæ ſiderationem, aut brachii, aut e
rum, quæ in dextrâ parte ſunt, denuntiat. S
vitur autem magnâ urinarum confertim & c
repentè prodeuntium abundantiâ, 359.
Lumborum contenſio ex menſium copiâ, ſuppur
tionem fore indicat. Fortaſſis verò & tales a
quantum delirare contingit, 324.
Lumborum dolor, 607. & ſupra umbilicum labo
qui non cedit remediis, in hydropem ſiccu
deſinit, 304. præcordiorum dolori ſuccede
cum aliquo murmure, in febribus, alvos pl
runque humectat, niſi flatus eruperit, aut u
næ copia prodierit, 291. quibus in caput r
curſat, & manus torpore affectæ, ac oris ve
triculi dolorem ſentiunt, aut aurium ſonitu
ii liberaliter ſanguinem profundunt. Sed
his alvus effunditur, & mentis perturbatio
utplurimum tentantur, 308. abſque cau
manifeſtâ crebrò invadens, morbi malignit
tem indicat, 322. cum æſtu implacido & a
xio, malum ſignificat, 323. & oris ventricu
cum forti ſcreatione, convulſionem quodam
modo ſuſpectam facit, 320. in ſubinde inho
reſcentibus, 19. in ſoporoſis, 179. *dolo*
recurſatio, 314. *dolori* ſi oris ventriculi dol
acceſſerit, futuræ per hæmorrhoïdes vacuatio
nis ſignum eſt, aut etiam eam præceſſiſſe ſign
fic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

ficat, 312. *dolore* qui conflictantur, ii malè habent. Num his tremores fiunt, & maculæ rubentes, quales in tibiis, cum rigore? 318. & lateris qui abſque ulla occaſione tentantur, ii in morbum regium incidunt, 325. ex *eo* liberales ſunt & largæ ſanguinis fluxiones, 307. cum *eo* anxietate laborare, 586. in *eo* conſiderandum, num nigra per ſeceſſum proditura ſint, 319. in *intenſo* & alvi ſubductione largiore, ſumto veratro, ſpumoſorum crebra vomitio prodeſt, 310. vomitus parvi, & frequenter repetentes, bilioſi, ſinceri, mali ſunt, 560. *dolores* ſanguinis profluvium excitant, 306. *diuturni* qui cum febre ad tertianæ naturam propius accedente ingraveſcunt, ſanguinis grumoſi ſeceſſuri ſpem faciunt, 305. & circum præcordia labores, in ægris una cum febre cibum faſtidientibus, eos dolor intenſus ad caput progreſſus, non ſine convulſionis ſpecie celeriter interficit, 317. atque *inferiorum partium*, quibus febris etiam accedit, ſi relictis inferioribus ſeptum tranſverſum appetant, tum vero præſertim exitio ſunt, ſi aliquod periculoſum ſignum acceſſerit, 108.

Lumborum gravitas & frigiditas, 487.

Lumbricis tenuibus & longis (qui *aſcarides* dicuntur) in capitis dolore vexatis, conſequente ſurditate & ſopore, tubercula ad aures excitantur, 165.

M.

M*Aculæ* rubentes in tibiis, 318.

Malignitas, 14. *malignitatem* facies incenſa cum ſudore ſignificat, 7. denuntiant, quæcunque febri ex adverſo reſpondent, niſi abſceſſum faciant, 145. *malignè* habent ii, qui ſubinde inhorreſcunt, ex capite laborantes, tenuiter exudantes, 12.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

ad *Mammam* dolor, 426. *dolore* quæcunque e[illegible] febribus vexantur, eas ſanguinis concreti ſpui[illegible] tio non fæculenta, dolore liberat, 553. *mamm*[illegible] pus colligunt in puellis orthopnoïcis, ſi ute[illegible] rum ferant, 549.

Mania. *vide* Inſania. ex *maniâ* in raucedinen[illegible] cum tuſſi fit ſeceſſio, 484. *maniacis* acceden[illegible] convulſio, oculorum aciem retundit, 485.

ad *Manûs* contactum qui reſiliunt, malè haber[illegible] judicantur, 59. *manuum* dolores in febre, 30[illegible] tremor in lethargicis, 139.

Maxillæ diſſolutæ in opiſthotono, 361. *maxilla*[illegible] *rum* connexio in cervice durâ cum dolore, 261[illegible]

Menſium profluvium, quod ſeptimo, nono, au[illegible] decimo quarto die contingit, utplurimum [illegible] febribus liberat, 152. ex copiâ lumborum con[illegible] tenſio ſuppurationem fore indicat, 324. *men*[illegible] *ſibus* crebris apparentibus oculorum caligine[illegible] ſolvuntur, 552.

Menſtrua deturbant mulieri, idque præſertim, [illegible] ad ſpinam ardor conſequatur, quæ caput con[illegible] cutiunt, & aurium ſonitus excitant, 167. *vid*[illegible] Muliebria purgamenta.

Mens non conſtat iis, quibus in convulſionibu[illegible] oculi intentè ſplendent, 351. obtorpeſcit iis[illegible] quibus inferiores partes malè afficiuntur, ve[illegible] hementibus pruritibus prius obortis, ſi perni[illegible] cioſè habent, 488.

Mentis commotionem minantur, quæ ex lumbis i[illegible] cervicem & caput redundantia, levis ſideratio[illegible] nis more, reſolutionis ſenſum inducunt, 313. [illegible]

Mentis emotio, 30. *furioſa* in lateris dolore, 418[illegible] metuenda eſt in febre ardente laborantibus, [illegible] aurium ſonitus cum viſûs hebetudine & a[illegible] nares gravitate accedant, niſi ſanguis ex nari[illegible] bus profluat, 131. *furioſâ* & vehementi qu[illegible]

cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

cum his, quæ 87 aphoriſ. habentur, tenentur, ii ſi tremuli evadunt, malignè habere judicantur, 88.

Mentis emotio vehemens, quibus ex metu cum perfrictione contingit, febres cum ſudoribus, & ſomni ſermonem omnino intercipientes hæc ſolvunt, 483. in *vehementem* incidunt, quibus à partu alba prodeunt, & his ſubſiſtentibus ſurditas cum febre & lateris dolor acutus excitatur, 525. in *vehementi* & furioſâ accedentes tremores, exitio ſunt, 93. *vehementes* in febribus cum taciturnitate in eo, qui voce defectus non eſt, perniciem minantur, 65. *ſilentes* abſque quiete, oculis quoquoverſum intuentes, ſpiritum efflantes, perniciem minantur, diuturnas vero faciunt partium reſolutiones. Quin etiam vehementer inſaniunt hoc modo affecti. Quibus autem cum ventris perturbatione hujuſmodi affectus ingraveſcunt, iis nigra per alvum ad judicationem prodeunt, 486.

Mentis emotionem metuere oportet, indeque ſuccedens phrenitis pernicioſa eſt, ubi fauces in morbis acutis graciles ſunt, parvæ ac dolentes, atque ubi os hiarit, ſi gracile appareat, nec facile contrahi poſſit, 275. palpitationes in febre circa ventrem ſignificant, 298. ſurditas procedente morbo, ac urina ſubrubra, cum nullo ſedimento, ſed cum ſublimamentis in medio innatantibus, prænuntiant, 198. in *bans* cum ſilentio aliquando deſinunt vocis defectiones in febre, quæ convulſionis ſpeciem præ ſe ferunt, 248. *emotione* corripiuntur ii, qui circa initia tenuiter febricitantes, ad judicationem cum capitis pulſatione, & urina tenui, ingraveſcunt, 81. *emotiones* quæ ſenſim feroces fiunt, in ferinas evadunt, 85. 155. 246. *emovent*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 17

vent mentem dolores ad ſuram in iis, qui inſanientes ſunt tremuli, aut aliquid inveſtigantium more ſenſim contrectant, aut palpant, 76. quæ ex partionibus contingunt exolutiones cum torpore, nullam tamen perniciem afferunt, 546.

Mentis exceſſum præſagiunt aurium ſonitus cum viſûs hebetudine, & ad nares gravitatis ſenſu, 194.

Mentis perculſio ſubita quibus fit in morbis, cum inquietâ corporis jactatione, iis ſanguinis eruptionem fore ſpes eſt, 184.

Mentis perturbatio in iis, quibus dolor lumborum ad caput recurſat, 308.

Mentem inſtabilem lingua tremula ſignificat, 233. *vide* Delirium.

Metus ac animi abjectio præter occaſionem ex perfrictione, in convulſionem tendit, 4.

Mictio moleſta, 348. membranularum ſpeciem referens, 83.

Morbus acutus. in *acuto* capitis dolor, & præcordia revulſa, niſi ſanguis ex naribus profluat, ad phrenitidem deveniunt, 119. ſi partes externæ perfrigerentur, internæ verò urantur, ac ſitis urgeat, malum denuntiatur, 115. *acuti*, 49. 190. effluente ex naribus ſanguine, judicatione abſolvuntur, idque die judicatorio, ac ſudore copioſo exorto, urinaque purulenta ac vitrea affatim reddita, in qua quod ſubſidit, laudabile ſit, aut abſceſſu effatu digno, & alvo mucoſa & ſanguinea dejiciente, ac derepente prorumpente, vomitionibuſque non pravis ſub judicationem contingentibus, 150. in *acutos* quartanæ hybernæ fere tranſeunt, 159. in *acutis* æger ſi vult reſidere, malum indicium, 497. alvi recrementum ſpumans & circumbilioſum,

